ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XVI - VOLUMEN XVI

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M.ÖCCCCXXIV

i.

Annus XVI - Vol. XVI 18 Ianuarii 1924 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTOLA ENCYCLICA

AD EMOS PP. DD. S. R. E. CARDINALES LUDOVICUM HENRICUM LUÇON, ARCHIEPISCOPUM RHEMENSEM, PAULINUM PETRUM ANDRIEU, ARCHIEPISCOPUM BURDIGALENSEM, LUDOVICUM ERNESTUM DUBOIS, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, LUDOVICUM IOSEPHUM MAURIN, ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM, ALEXIUM CHAROST, ARCHIEPISCOPUM RHEDONENSEM, ARTHURUM STANISLAUM TOUCHET, EPISCOPUM AURELIANENSEM, CETEROSQUE RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS, ATQUE AD UNIVERSUM CLERUM ET POPULUM GALLIAE: DE CONSOCIATIONIBUS DIOECESANIS

PIUS PP. XI

DILECTI FILII NOSTRI ET VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

MAXIMAM gravissimamque de Dioecesanis Consociationibus causam dum vobis nuntiamus tandem ad eum modum diremptam, quemadmodum dicturi mox sumus, officii Nostri esse ducimus, omnes huius tanti negotii vicissitudines uno veluti complexu vobis revocando proponere, idque eo brevius, quod de re agitur unicuique vestrum magnam partem penitus perspecta planeque cognita. Maerenti equidem animo acerbissimos dies illos reminiscimur, cum consilium segregandi apud vos rationes Reipublicae ab Ecclesiae rationibus calamitose initum est perfectumque calamitosius. Recolimus enim, abruptas repentino atque iniuria publicas quae cum Apostolica Sede intercedebant rationes; latam

die ix mensis Decembris anno mdccccv discidii legem, qua, ab una tantum parte legitimisque posthabitis, abrogata sunt illa quae iamdudum vigebant pacta, conventa, et de iuribus bonisque ecclesiasticis deque cultu divino, ignorata cum Ecclesiae Hierarchia tum Apostolicae Sedis auctoritate, perperam licenterque decretum est; hanc ipsam legem a s. m. decessore Nostro Pio X per Encyclicas Litteras *Vehementer*, die xi mensis Februarii datas, et in Allocutione habita in Consistorio, die xxi eiusdem mensis an. mdccccvi, expresse sollemniterque condemnatam; Consociationes cultuales, quas vocant, ad eiusdem legis praescripta condendas, una simul reprobatas, et per alias Encyclicas Litteras *Gravissimo*, quae eo ipso anno, die x mensis Augusti, prodiere, iterum reiectas atque interdictas. Dimissis autem Consociationibus istis — ut verbis decessoris Nostri utamur —, opportunum nonnullis visum est experiri, an liceret, earum loco, aliquod aliud institui Consociationum genus, quod simul legitimum esset et canonicum, atque ita laboriosissima, quae imminerent, tempora defenderet et sacrosancta Ecclesiae iura, saltem quod ad substantiam attinet, sarta tecta servaret. Sed cum id assequendi spes nulla ostenderetur, hoc alterum Consociationum tentare genus idem Summus Pontifex, auditis utique Episcopis Galliae, fas esse manente separationis lege negavit, usquedum legitime certoque non constitisset, divinam Ecclesiae constitutionem atque immutabilia Eomani Pontificis et Episcoporum iura, eorumque in bona necessaria Ecclesiae, praecipue templa, potestatem incolumia per Consociationes easdem et tuta semper fore.

Quid tunc evenerit, ipsi scitis; vidit universus catholicus orbis et admiratione prosecutus est. Quod enim Summus Pontifex Pius X in Litteris, quas supra memoravimus, fidenter suadendo et quasi praesagiendo postulaverat, et vosmet voce exemploque hortabamini, id feliciter evenit: praeclarum scilicet et cotidie ferventius liberalitatis devotionisque certamen Clerum inter et populum initum est, cum populus nunquam recusaret largam effusamque stipem in splendorem divini cultus hpnestamque sacerdotum tuitionem conferre; Clerus autem, corde magno et

animo volenti, durissimam legis de diseidio latae condicionem subiret. Quae quidem lex cum difficiliorem gravioremque sacri ministerii perfunctionem faceret, magnis praesidiis inde subductis et optimis adiutoribus in exsilium pulsis, tum ministerium ipsum — quo nihil cum bono publico coniunctos — omni reditu exspoliabat sacrorumque administros egestati rerum omnium addicebat. Huius ipsius pulcherrimi certaminis, quod non inepte heroicum dixeris quodque eo Nos tempore procul intento animo spectabamus, mirabilia quaedam in re oeconomica ab ipso Pontificatus Nostri initio cognovimus, eiusdemque nec fuisse adhuc nec esse defatigationis indicia statim perspeximus. Itaque oeconomica Ecclesiae Gallicae condicio, compluribus etiam Episcopis testibus, non. talis videbatur quae praesentaneum aliquod remedium postularet, ipsaque ratio patrimonialis, quamvis difficilis esset et incommoda magnoque in discrimine ob improbam legem versaretur, idoneis non omnino destituta erat praesidiis e iure communi. Verumtamen magnae Nobis sollicitudini curaeque erant, hinc, adminiculo legis subducto, iurium et rerum omnium nulla stabilitas, illinc vero asperitates perturbationesque communium temporum; ob eamque rem quicquid auxilii ac remedii adhiberi posset, experiundum videbatur. Qua Nos officii conscientia eo magis angebamur, quo latius invalescebat opinio, non parum intercessionem Nostram posse ad animos plenius pacificandos: quae quidem pacificatio, perinde ac vobis, est Nobis maxime, ut semper fuit, in votis, ex quo, nulla commendatione meritorum sed arcano Dei providentis consilio, ad hoc munus universalis hominum Patris evecti sumus. Etenim post teterrimum bellum post que illustria in patriam facinora ab utroque catholico clero, iniuriarum oblito et patriae caritatis unice memori, in oculis omnium patrata, desiderium cotidie acrius exarserat religiosae ipsius pacis, quam lex discidii turbaverat, ita instaurandae, ut aequior Ecclesiae catholicae in Gallia, sub legis praesidio, condicio fieret.

Hinc Consociationum Dioecesanarum, quae dicuntur, exorta causa est, quarum statuta, a viris earundem rerum peritis, non

sine gubernatorum Galliae consensu, adumbrata, ad Apostolicam Sedem per Nostrum in Gallia Nuntium delata sunt, ac postea, vobis omnibus, itemque Venerabilibus Fratribus Nostris S. E. E. Cardinalibus e Sacro Consilio Extraordinariis Ecclesiae Negotiis expediendis, sententiam haud semel rogatis, Nobismet ipsis ad examinandum proposita. Iudicium quidem sane difficile atque arduum : neque enim fas Nobis erat neque animus ab ea, quam Pius X instituerat, ratione discedere. Yetabat quippe tanti deces»-soris Nostri memoria et recordatio; vetabat natura ratioque rerum, quibus, cum Apostolicae Sedis et ecclesiasticae Hierarchiae iuribus, ipsa Dei et animarum iura petebantur. Itaque, postquam multas indiximus atque Nosmet ipsi Deo adhibuimus preces, post diuturnam coram Deo considerationem, ratam habentes iniquae de discidio legis improbationem, simul autem reputantes haud medio - criter immutatas esse cum communis opinionis condiciones, tum quae "'Apostolicae Sedi cum republica Gallica rationes intercédèrent, sub exitum anni MDCCCCXXII ediximus, Consociationum Dioecesanarum haud gravate experimentum Nos his condicionibus permissuros, si ex una parte earum statuta sic emendata essent, ut sua vi ac natura cum Ecclesiae divina constitutione eiusque legibus saltem substantialiter, ut aiunt, congruerent; ex altera vero legitimae certaeque Nobis datae essent cautiones ad periculum, quoad fieri posset, removendum ne homines Ecclesiae infensi, aliquando reipublicae clavum tenentes, omnem vim legitimam propterea que omnem iuris stabilitatem a Consociationibus Dioecesanis abiudieando, bona iisdem attributa essent publicaturi

Eiusmodi quidem statuta, cum de iis diu multumque utrinque disceptatum esset, in eam tandem formam redacta sunt, ut Dioecesanae Consociationes ; quae inde exsisterent, longe aliae essent ab iis quas Pius X reprobaverat seu non permittendas decreverat, eo vel maxime quod et statuta a lege Pii X. iudicio damnata neque necessario neque directo pehderent, et Consociationes in operis sui exsecutione aeque etiam canonicis legibus conformari deberent, integro iure adeundi Apostolicam Sedem, si forte quid difficultatis eveniret.

Cautiones vero, etsi non eaedem ipsae, quas ab initio, gubernatoribus Galliae haud abnuentibus, proposueramus, verumtamen eius generis Nobis oblatae sunt iisque rationibus et declarationibus suffultae, ut eas pro communis pacis bono admittendas censuerimus, maxime cum et meliores consequi nullo pacto licere videretur et tales se illae praeberent quae ad mentem quoque Pii X legitimae certaeque, omnibus perpensis, existimari possent.

Habemus enim secundam favorabilemque novis statutis non modo peritissimorum in re legali, eorundemque clarissimorum virorum, sententiam, verum etiam sententiam omnium Coetuum concordem, ex quibus constat *Consilium Status,* supremus scilicet ad Galliae leges atque unice idoneus seu competens, ut aiunt, magistratus; quae quidem sententia, quam etiam gubernatores reipublicae suam fecerunt, in id demum recidit, in eiusmodi Statutis nihil contra Gallicas leges contineri, quod idem est ac dicere, nihil Consociationibus Dioecesanis a Gallicis legibus esse metuendum.

Quae cum ita sint, Nos, pro officio Nostro Apostolico, volentes ne quid a Nobis desideretur, quod, incolumi Dei Ecclesiaeque iure atque honore, praestare possimus, cum ad legale quoddam fundamentum Ecclesiae Gallicae restituendum, tum ad pleniorem, ut sperare licet, nationis vestrae Nobis carissimae pacificationem, edicimus ac declaramus, Consociationes Dioecesanas, quae adiectis statutis regantur, saltem ad experimentum permitti posse.

Quam ceteroqui ob causam tam moderata tamque cauta loquendi ratione utamur, non est, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, cur multis explicemus ac declaremus. Neque enim in praesenti agitur nisi de remedio, quod maiora arceat mala, adhibendo, cum ea semper Nobis fuerit sententia — in qua quidem permanemus —, si quando id Nobis divino concessu obtigisset, ut gravissimum hoc negotium ad unum aliquem adduceremus exitum, hunc et Nobis et vobis et clero fidelibusque Galliae "universis habendum unice fore, hinc, quasi quamdam praeceptionem plenae illius perfectaeque libertatis, quam, sibi iure divino debitam necessariamque, ut ubivis, sic apud vos, aut intercipi

aut imminui Ecclesia, pro officio et natura sua, pati non potest; illinc, veluti certam quandam in itinere mansionem, unde ad integram libertatem legitime placateque potiundam progrede» remini.

Neque vero ulli liceat declarationem illam Nostram in sensum a- mente Nostra alienissimum detorquere, quasi Nos damnationes a s. m. decessore Nostro Pio X latas delere et laicis, quas vocant, legibus reconciliari voluerimus. Ea enim, quae Pius X damnavit, Nos pariter damnamus; quotiescumque autem in « laicitate », ut dicunt, sensus inest vel propositum Deo et Eeligioni infestum adversum que, a Deo et a Eeligione alienum, « laicitatem » ipsam omnino improbamus atque improbandam esse aperte declaramus. Sed neque quis dicat ipsam per se permissionem Nostram interdictis Pii contradicere; in res enim longe alias et inter longe alia adiuncta haecce lata sunt.

Iam nihil est reliquum, nisi ut nonnulla, quae plurimum habent momenti, et vos et clerum populumque vestrum, paterni effusione animi, doceamus. Sacerdotes enim et fideles, qui sunt curae vestrae concrediti, monemus — quod idem ipsimet et plane scitis et fusius dicturi estis —, per novas Consociationes earumque Statuta iuridicam quidem Ecclesiae apud vos condicionem aliquanto tutiorem eoque ipso meliorem fieri, non adeo tamen, ut nobile illud ac generosum, quod ab initio laudavimus, certamen cessare debeat aut possit; neque enim bona per legem discidii adempta, iustae scilicet restitutionis nomine, recuperari licuit. Vos igitur, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, itemque sacerdotes Dei, operis socios consòrtesque vestri, apostolicis verbis collaudando hortamur, pergatis amanter pascere, ut adhuc fecistis, qui in vobis est gregem Dei.[1] Pascite verbo, pascite exemplo; pascite laboribus, pascite doloribus, quemadmodum Dominus Noster Iesus Christus talibus nos hostiis redemit, ut uberes cum gaudio fructus colligatis. Fideles autem vestros apostolicis item verbis exoramus : mementote praepositorum vestro-

[1] I PETR., V, %.

rum qui vobis locuti sunt verbum Dei;[1] ne cessetis diligere decorem domus Dei[2] et iis corporea suppeditare qui vobis spiritualia seminaverunt;[3] sed neque cessetis eisdem obedire et subiacere, ut qui pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, cum gaudio hoc faciant, et non gementes.[4]

Quod autem, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, Consociationes Dioecesanas permitti tantummodo posse declaravimus, idcirco, ut candide fateamur, abstinendum censemus ne condi eas atque institui prorsus iubeamus; at cupimus fidenterque rogamus in visceribus Christi, ne gravemini, qua estis erga Nos pietate et quo ardetis disciplinae et unitatis concordiaeque studio, earundem Consociationum experimentum agere eandemque praestare Nobis magnanimitatem atque observantiam quam s. m. decessori Nostro Pio X praestitistis: propitius enim erit vobis Deus omnibus simul id facientibus et petentibus ab eo misericordiam;[5] fidelis quippe est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum ut possitis sustinere.[6]

Ut autem omnia in Dei gloriam, animarum salutem optatissimaeque pacis incrementum cedant — quod a Sacratissimo Corde Iesu et Deipara Immaculata vehementer exposcimus —, vobis, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, clero fidelibusque uniuscuiusque vestris et Galliae universae apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Ianuarii, in festo Cathedrae Romanae S. Petri Apostoli, anno MDCCCCxxiv, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

[1] *Hebr.*, XIII, 7.
[2] *Ps. XXV, 8.*
[3] I *Cor.*, ix, U.
* *Hebr.*, XIII, 17.
[5] II *Machab.*, xni, 12.
[6] I *Cor.*, x, 13.

(Traduction)

PIE PP. XI

NOS CHERS FILS ET VÉNÉRABLES FRÈRES
SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE

Le temps est enfin venu pour Nous, de vous annoncer la solution de l'importante et très grave question des Associations Diocésaines. Mais en vous exposant, comme Nous allons le faire, la manière avec laquelle Nous sommes arrivés à cette conclusion, Nous considérons comme Notre devoir de rappeler, et de mettre sous vos yeux, comme dans un tableau, les différentes phases des négociations qui se sont déroulées à ce sujet. Nous le ferons d'autant plus brièvement, qu'il s'agit d'une chose en grande partie déjà parfaitement connue de Vous.

Nous nous souvenons, dans l'amertume de Notre cœur, des jours bien tristes où s'est formé, parmi vous, le projet néfaste de séparer les intérêts de la Eépublique de ceux de l'Eglise, et où ce projet a malheureusement été exécuté. Nous nous rappelons, en effet, comment, tout à coup, les relations qui existaient entre le Saint-Siège et la France, ont été brusquement et injustement rompues; comment le 9 Décembre 1905 a été émanée la loi de séparation, par laquelle le Concordat, qui depuis longtemps déjà était en vigueur, a été abrogé par une partie seulement et à l'encontre des formalités de droit, et comment, sans aucun égard soit pour la Hiérarchie de l'Eglise, soit pour l'autorité du Saint-Siège, on a, d'une manière injuste et arbitraire, légiféré sur les droits et biens ecclésiastiques, comme aussi sur le culte divin; comment Notre Prédécesseur, de sainte mémoire, Pie X, par sa Lettre Encyclique *Vehementer* du 11 Février, et par son Allocution prononcée au Concistoire, le 21 du même mois l'année 1906, a condanne, d'une manière expresse et solennelle, cette même loi; comment il a réprouvé, en même temps, les Associations dites cultuelles, que l'on voulait fonder dans l'esprit de cette loi, Associations que, par une autre lettre Encyclique, *Gravissimo,* datée du 10 Août de la même année, le même Potife réjetait et réprouvait de nouveau.

Ces Associations ayant été mises de côté, plusieurs - pour Nous servir des paroles de Notre Prédécesseur - ont cru opportun d'essayer si l'on ne pourrait pas, à leur place, fonder un autre

genre de société qui serait conforme, en même temps, aux lois françaises et aux saints Canons et qui, éloignant les temps très difficiles qui se préparaient, conserverait intacts, du moins quant à la substance, les droits sacrosaints de l'Eglise. Mais, comme alors nul espoir n'apparaissait d'obtenir un tel résultat, le même Souverain Pontife, après en avoir conféré avec les Evêques de France, défendit de tenter, tant que durerait la loi de séparation, ce nouveau genre d'Associations, jusqu'à ce qu'il n'apparût pas légalement certain que la constitution divine de l'Eglise et les droits imprescriptibles du Pontife Romain et des Evêques, aussi bien que leur pouvoir sur les biens nécessaires de l'Eglise, et en particulier sur les édifices sacrés, ne fussent, dans ces Associations, respectés et sauvegardés.

Tous savez tous ce qui est arrivé alors. Le monde catholique tout entier l'a vu et en a été saisi d'admiration. Ce que le Souverain Pontife Pie X, dans les Lettres que Nous venons de rappeler, avait demandé, en le conseillant avec confiance et, pour ainsi dire, en le présageant; ce que vous-mêmes exhortiez de faire et par la parole et par l'exemple, est heureusement arrivé. On a eu le spectacle magnifique du clergé et des fidèles, rivalisants de jour en jour avec plus de ferveur, en libéralité et en dévouement. D'un côté, les fidèles n'ont jamais refusé, pour la splendeur du culte divin et le convenable maintien des prêtres, leur aumône, abondante et généreuse. De l'autre, le clergé s'est soumis, de grand cœur et d'un esprit joyeux, aux conditions, si dures fussent-elles, créées par la loi de séparation.

Il faut encore ajouter que le ministère sacré - qui plus que toute autre chose est étroitement lié avec le bien public - était rendu, par cette loi, encore plus difficile et plus pénible, par l'expulsion de précieux auxiliaires et coadjuteurs et par la privation de toute rente, ce qui exposait les ministres sacrés au manque des choses les plus nécessaires à la vie.

Cette pieuse et noble rivalité, entre le clergé et les fidèles, rivalité que, à bon droit, Nous pourrions appeler héroïque, Nous l'avons Nous-même suivie, avec un vif intérêt, dans un temps déjà éloigné. Dès le commencement de Notre Pontificat Nous en avons connu les résultats merveilleux pour ce qui regarde les intérêts économiques et Nous avons compris de suite que cet élan n'était ni diminué, ni sur le point d'être affaibli., En effet, la condition économique de l'Eglise de France, d'après le témoi-

gnage de plusieurs Evêques eux-mêmes, ne semblait pas telle, qu'elle demandât un remède pressant; d'autre part la reconstitution et l'administration elle-même du patrimoine ecclésiastique, quoique difficile et pleine d'entraves et, à cause de l'injuste loi, exposée à bien des dangers, n'était pas entièrement dépourvue d'un certain appui provenant du droit commun.

Malgré cela, le manque d'une vraie situation légale, entraînant avec soi l'instabilité des droits et de toutes choses, et les difficultés générales et les troubles des temps présents, étaient pour Nous une source de sollicitude et de grande préoccupation: c'est pourquoi il semblait bien qu'on dût essayer tout moyen apte à porter secours et remède à la situation actuelle.

Ce sentiment de Notre devoir Nous pressait d'autant plus, que se répandait davantage l'opinion, que Notre intervention pourrait, avec assez d'efficacité, contribuer à obtenir une plus entière pacification des esprits, pacification que, autant que vous, Nous désirons et avons toujours désirée, du jour où, non point à cause de Nos mérites personnels, mais par une disposition secrète de la divine Providence, Nous avons été élevé à cette haute charge de Père commun des fidèles. En effet, à la clôture de l'horrible guerre que le monde a traversée, la vue des faits glorieux que le clergé, tant séculier que régulier, oubliant les injures reçues et ne se souvenant que de l'amour de la patrie, a accompli, aux yeux de tous, avait fait naître, de jour en jour, plus ardent le désir que la paix religieuse, troublée par la loi de séparation, fût rétablie, de manière à ce que les conditions de l'Eglise Catholique en France fussent plus conformes à la justice, sous la sanction de la loi.

De ce désir est née la question des Associations Diocésaines. Les Statuts de ces Associations, ébauchés par des hommes compétents, non sans le consentement des chefs du Gouvernement français, furent envoyés au Siège Apostolique par Notre Nonce en France, communiqués ensuite à vous tous, aussi bien qu'à Nos vénérables Frères, les Cardinaux de la Sainte Eglise Romaine appartenant à la Congrégation des Affaires ecclésiastiques extraordinaires» dont l'opinion a été plusieurs fois présentie, et enfin proposés à Notre examen.

Il Nous était certes bien difficile de prononcer un jugement sur cette question. En effet, il ne Nous était pas permis et Nous ne voulions pas Nous écarter de la voie tracée par Pie X; la mémoire et le souvenir d'un tel Prédécesseur Nous l'empêchaient;

la violation des droits du Siège Apostolique et de la Hiérarchie ecclésiastique, qui se confondent avec ceux de Dieu et des âmes, ne Nous le permettait pas. Aussi, après avoir ordonné de prier beaucoup, après avoir Nous-même élevé vers Dieu nos supplications, après avoir longuement considéré la chose devant Dieu, confirmant la réprobation de la loi inique de séparation, mais en même temps, jugeant que, avec les dispositions de l'opinion publique, les circonstances et les relations entre le Siège Apostolique et la République française étaient profondément changées, vers la fin de l'année 1922, Nous avons déclaré que Nous n'aurions pas de difficulté à permettre, en voie d'essai, les Associations Diocésaines, aux deux conditions suivantes: d'une part, les Statuts devraient être corrigés de manière à s'accorder, selon leur teneur et leur nature, au moins substantiellement, avec la constitution divine et les lois de l'Eglise; d'autre part, on devrait Nous donner des garanties, légales et sûres, pour éloigner, autant que possible, le danger que, dans le cas où des hommes hostiles à l'Eglise viendraient à tenir le gouvernail de la République, on ne refuse à ces Associations toute force légale et conséquemment toute stabilité de droit, les exposant de la sorte à perdre les biens qui leur auraient été attribués.

Oes Statuts ont été, de part et d'autre, discutés longuement et avec soin, et de cette discussion ils sont sortis tels, que les Associations Diocésaines, qui en résulteraient, seraient bien différentes de celles que Pie X avait autrefois réprouvées ou défendu de fonder. Ceci est d'autant plus vrai, que ces Statuts ne dépendent, ni nécessairement, ni directement, de la loi condamnée par Pie X, et que le fonctionnement des Associations elles-mêmes doit aussi se conformer aux lois canoniques, avec le droit et le devoir, en cas de difficultés, d'en informer le Siège Apostolique.

Quant aux garanties, en réalité, ce ne sont pas celles que Nous avions proposées dès le commencement et auxquelles les Chefs du Gouvernement français avaient consenti. Cependant, celles qui Nous ont été offertes, sont de telle nature, et s'appuient sur de telles raisons et de telles déclarations, que Nous avons cru pouvoir les admettre pour le bien de la paix générale, doutant plus qu'il ne Nous semblait pas possible d'en obtenir de meilleures, et que celles que l'on Nous offrait, pouvaient, toutes choses bien pesées, être considérées comme légales et sûres, telles que Pie X lui-même les exigeait.

En effet, Nous avons, en faveur des nouveaux Statuts, non seulement l'opinion d'hommes très versés dans la jurisprudence et d'une renommée à toute épreuve, mais aussi l'avis unanime du Conseil d'Etat toutes Chambres réunies, qui, d'après la législation française, est la magistrature suprême et seule compétente pour donner avis sur l'interprétation des lois. Cet avis, partagé également par les hommes qui régissent la République, revient, en fin de compte, à ceci, que ces Statuts ne contiennent rien contre les lois françaises, ce qui veut dire que rien n'est à craindre, de ces mêmes lois, pour les Associations Diocésaines.

Lesj choses étant ainsi, voulant, en conformité avec Notre devoir^ Apostolique, ne rien omettre, saufs les droits sacrés et l'honneur de Dieu et de son Eglise, de ce que Nous pouvons faire dans le but de donner à l'Eglise de France un certain fondement légal comme aussi pour contribuer, ainsi qu'on peut l'espérer, à une pacification plus entière de votre nation, qui Nous est très chère, Nous décrétons et déclarons pouvoir être permises, au moins en voie d'essai, les Associations Diocésaines, telles qu'elles sont réglées par les Statuts ci-joints.

ïl n'est d'ailleurs pas nécessaire, Nos très chers Fils et Vénérables. Frères, que Nous dépensions beaucoup de paroles, pour expliquer et déclarer pourquoi Nous Nous servons d'une expression aussi pesée et aussi circonspecte.

En effet, il ne s'agit, dans les circonstances actuelles, que d'appliquer un remède destiné à éloigner des maux plus grands. Car, Nous avons toujours été persuadé, et Nous le sommes encore, que si le Ciel Nous avait accordé d'arriver à un résultat quelconque dans cette affaire si importante, ce résultat, et par Nous et par Vous, et par le clergé et tous les fidèles de France, on devrait le considérer, d'un côté comme un à-compte de cette pleine et entière liberté, que l'Eglise revendique, partout et chez vous, pour elle-même, comme due et nécessaire de droit divin, et que, en conformité avec son office et sa nature, elle ne peut permettre qu'on contrarie ou diminue; de l'autre, comme une étape, d'où l'on pût partir vers le recouvrement légitime et pacifique d'une liberté pleine et entière.

Quoi qu'il en soit, que personne ne se permette de détourner, dans un sens qui est très loin de Notre pensée, Notre déclaration présente, comme si Nous voulions abolir les condamnations portées par Notre Prédécesseur de sainte mémoire, Pie X, ou nous ré-

concilier avec les lois que l'on nomme laïques. Car, ce que Pie X a condamné, Nous le condamnons de même; et toutes les fois que par «laïcité » on entend un sentiment ou une intention contraires ou étrangers à Dieu et à la Religion,.Nous réprouvons entièrement cette « laïcité » et Nous déclarons ouvertement qu'elle doit être réprouvée. Qu'on ne dise non plus que Notre permission est d'elle-même en contradiction avec les prohibitions de Pie X; car celles-ci portent sur des objets bien différents et dans des circonstances non moins différentes.

Il ne Nous reste plus que de vous faire connaître, dans l'effusion de Notre amour paternel, à vous, à votre clergé et à vos ouailles, quelques advertissements de grande importance.

D'abord, Nous rappellerons aux prêtres et aux fidèles confiés à vos soins, ce que sans doute vous savez déjà et ce que vous-mêmes expliquerez plus amplement: que si les nouvelles Associations et les Statuts qui s'y rapportent, contribuent à rendre chez vous la condition juridique de l'Eglise un peu plus stable et par cela même meilleure, il ne faudrait pas cependant pour cela, que la noble et généreuse rivalité, que Nous avons louée dans le courant de Notre lettre, dût ou pût cesser : car les biens, que la loi de séparation a enlevés à l'Eglise, n'ont pu être recouvrés, ce qui n'aurait été qu'une juste restitution.

Nous vous exhortons donc, Nos chers Fils, Vénérables Frères, ainsi que les prêtres de Dieu, vos collaborateurs: continuez, comme vous avez fait jusqu'ici, à paître, avec un soin jaloux, le troupeau de Dieu qui vous est confié.[1] Paissez-le par la parole, paissez-le par l'exemple; paissez-le par vos tïavaux, paissez-le par vos douleurs, de mémo que Notre-Seigneur Jésus-Christ nous a rachetés par de semblables sacrifices, afin que vous recueilliez avec joie des fruits abondants.

Les fidèles, confiés à vos soins, Nous les prions de même: souvenez-vous de vos maîtres, qui vous ont prêché la parole de Dieu;[2] ne cessez d'aimer l'honneur de la maison du Seigneur,[3] et de fournir les moyens temporels à ceux qui ont semé, parmi vous, les biens spirituels;[4] ne cessez non plus d'être obéissants

[1] **I *Petr.*, v, 2.**
[2] ***Hebr.*, XIII, 7.**
[3] ***Ps. XXV, 8.***
[4] **I *Cor.*, ix, 11.**

et soumis à ceux, qui veillent comme devant rendre compte pour vos âmes, afin qu'ils le fassent avec joie, et non en gémissant.[1]

En déclarant, Nos ciiers Fils, Vénérables Frères, que les Associations Diocésaines peuvent seulement être permises, Nous devons avouer, en toute candeur, que Nous avons voulu, par là, Nous abstenir de vous commander formellement de les fonder et de les instituer. Toutefois, Nous désirons, et Nous vous supplions en Jésus-Christ, par ce sentiment de piété filiale que vous avez envers Nous et ce désir, dont vous brûlez, de conserver la discipline, l'unité et la concorde, d'essayer les dites Associations. De cette sorte vous montrerez que vous êtes animés envers Nous de ce même esprit de magnanimité et de déférence filiale, que vous avez eu envers Notre Prédécesseur de sainte mémoire, Pie X. Car Dieu vous sera propice à vous tous qui ferez cela ensemble et qui implorerez sa miséricorde;[2] en effet, Dieu est fidèle, et il ne souffrira pas que vous soyez tentés au-delà de vos forces; mais, avec la tentation, il vous donnera aussi le moyen d'en sortir, afin que vous puissiez la supporter.[3]

Afin que toutes choses tournent à la gloire de Dieu, au salut des âmes et à l'accroissement de la paix si ardemment désirée, - et c'est ce que Nous demandons avec instance au Sacré-Cœur de Jésus et à la Vierge Immaculée - Nous vous accordons de grand cœur, à vous, Nos chers Fils, Vénérables Frères, au clergé et aux fidèles de vos diocèses et à la France tout entière, la Bénédiction Apostolique.

Donné à Rome, près de Saint-Pierre, en la fête de la Chaire de Saint-Pierre à Rome, le 18 du mois de Janvier de l'année 1924, deuxième de Notre Pontificat.

. PIUS PP. XI

[1] *Hebr.*, XIII, 17.
[2] II *Machab.*, xin, *1%*
« I *Cor.*, x, 13.

(Eoiemplum Statutorum)

Association Diocésaine de

STATUTS

ART. I.

Entre l'Evêque *N....* et les antres soussignés, il est formé une Association diocésaine d e d o n t l e siège est à *X* . à l'Evêché.

ART. II.

L'Association a pour but de subvenir aux frais et à l'entretien du culte catholique sous l'autorité de l'Evêque, en communion avec le Saint-Siège, et conformément à la constitution de l'Eglise catholique.

Le fonctionnement de l'Association sera donc^églé par les présents Statuts et en conformité avec les lois canoniques.

En cas de difficultés, le Président de l'Association aura soin d'en informer le Saint-Siège.

ART. III.

Par application de l'art. II ci-dessus, l'Association se propose, en particulier, les objets suivants:

I° l'acquisition ou la location et l'administration des édifices qu'elle jugera opportun d'avoir à sa disposition en vue de l'exercice public du culte catholique dans le diocèse;

2° l'acquisition ou la location et l'administration des immeubles destinés au logement de l'Evêque, des bureaux de l'Evêché, des curés et "des vicaires, ainsi que des prêtres âgés ou infirmes;

3° pourvoir au traitement d'activité et, éventuellement, de retraite des ecclésiastiques occupés au ministère par nomination de l'autorité compétente, ainsi qu'aux honoraires dûs aux prédicateurs et aux salaires des employés de l'Eglise;

4° l'acquisition ou la location et administration temporelle du Grand Séminaire, des Petits Séminaires et de leurs annexes.

ART. IV.

Toute immixtion dans l'organisation du service divin, dans l'administration spirituelle du diocèse, en particulier dans les nominations et déplacements des membres du clergé, ainsi que dans la direction, enseignement et administration spirituelle des Séminaires, est formellement interdite à l'Association.

ABT. V.

L'Association se compose:

I° de l'Evêque;

2° de membres titulaires;

3° de membres honoraires.

Les membres titulaires devront être en nombre de trente au moins (y compris l'Evêque et les autres membres du Conseil) et tous résidants dans le diocèse. Les membres honoraires pourront être en nombre illimité et ils ne sont pas obligés de résider dans le diocèse.

Les membres titulaires ont, seuls, le droit d'assister et de voter aux Assemblées générales.

L'Evêque est président de droit du Conseil d'administration, de l'Assemblée et de l'Association tout entière.

ART. VI.

La cotisation annuelle est fixée à cinq francs au minimum. Elle peut être rachetée par le versement d'un capital de 500 frs.

ART. VII.

Nul ne peut être admis comme membre titulaire ou honoraire qu'à la condition d'avoir été présenté par l'Evêque, d'accord avec le Conseil d'administration, et d'obtenir dans l'Assemblée la majorité des voix des membres composant l'Assemblée générale.

En cas de mort, de démission ou d'exclusion d'un membre titulaire, il est procédé à son remplacement par la plus prochaine Assemblée générale. Au cas où le nombre des membres titulaires deviendrait inférieur à 25, il serait pourvu sans délai au remplacement de tous les membres décédés, démissionnaires ou exclus.

ART. VIII.

Toute peine on censure ecclésiastique portée et notifiée contre un membre de l'Association, entraîne de plein droit sa radiation.

ART. IX.

Les droits et prérogatives de l'Evêque dans l'Association peuvent être exercés exceptionnellement, en son lieu et place, par un délégué choisi par lui parmi les membres de l'Association.

Pendant la vacance du siège et dans le cas où le diocèse n'est plus gouverné par l'Evêque, ses droits et prérogatives vis-à-vis dé l'Association sont exercés par celui qui le remplace dans l'administration du diocèse, réserve faite du caractère provisoire et conservatoire de sa charge.

ART. X.

L'administration de l'Association est confiée à un Conseil composé de l'Evêque, Président, et de quatre membres titulaires de l'Association élus par l'Assemblée générale, la première fois sur une liste de huit membres présentés par l'Evêque, dans la suite sur la présentation de l'Evêque, d'accord, avec le Conseil lui-même. Ces quatre membres, dont un doit être pris parmi les Vicaires généraux et un parmi les chanoines, assistent l'Evêque dans sa gestion de la manière prévue par les règles canoniques. Les membres du Conseil d'administration sont élus pour six ans; le Conseil est renouvelé par moitié tous les trois ans. Les conseillers sortants sont indéfiniment rééligibles.

En cas de démission, de décès ou d'exclusion d'un de ses membres, l'Evêque, d'accord avec le Conseil d'administration, désigne un remplaçant provisoire jusqu'à la prochaine réunion de l'Assemblée générale. Le membre du Conseil d'administration, élu par l'Assemblée générale, en remplacement d'un membre démissionnaire, décédé ou exclu, reste en fonction jusqu'au moment où les pouvoirs du membre remplacé auraient normalement expiré.

Le Conseil choisit dans son sein un secrétaire et un trésorier.

Le refus de l'une de ces fonctions entraîne de droit sa démission de membre du Conseil.

ART. XI.

Le Conseil d'administration, sur la convocation de son Président, se réunit régulièrement une fois chaque mois. Il ne peut prendre les décisions prévues par les présents Statuts, que si deux membres au moins sont présents, le Président non compris.

Les décisions sont prises à la majorité des membres présents.

En cas de partage, la voix du Président est prépondérante.

Il est tenu procès-verbal des séances.

ART. XII.

Les membres titulaires de l'Association sont réunis en Assemblée générale ordinaire une fois par an, sur la convocation du Président. La convocation doit être faite huit jours francs avant la réunion: elle contient l'ordre du jour proposé à l'Assemblée.

Les membres titulaires peuvent être réunis en Assemblée générale extraordinaire sur la convocation du Président, dans les conditions prévues à l'alinéa précédent.

ART. XIII.

L'Assemblée ne peut prendre valablement les décisions prévues par les présents Statuts, que si la moitié plus un de ses membres sont présents. Si cette proportion n'est pas atteinte, l'Assemblée est convoquée de nouveau, mais à dix jours au moins d'intervalle et, cette fois, elle peut validement délibérer quel que soit le nombre des membres présents.

Les décisions sont prises à la majorité des membres présents. En cas de partage, la voix du Président est prépondérante.

Il est tenu procès-verbal des séances.

Le secrétaire du Conseil d'administration est secrétaire de l'Assemblée générale.

ART. XIV.

Le vote par procuration ou par correspondance n'est admis ni au Conseil d'administration, ni aux Assemblées générales.

ART. XV.

Les fonctions de l'Association sont gratuites.

ABT. XVI.

Indépendamment des attributions financières, fixées par l'art. XX ci-après, l'Assemblée générale donne les avis qui lui sont demandés par l'Evêque.

ART. XVII.

Les ressources de l'Association sont:

1° les cotisations de ses membres;

2° les produits des troncs, ainsi que des quêtes et collectes autorisées par l'Evêque pour les besoins de l'Association;

3° le revenu des fondations pour cérémonies et services religieux;

4° dans les églises dont l'Association a la propriété, l'administration ou la jouissance, les rétributions pour la location çles sièges, ainsi que celles, même prévues par dispositions testamentaires, pour les cérémonies et services religieux, pour là fourniture des objets nécessaires aux funérailles et à la décoration de l'église;

5° le revenu de ses biens meubles et immeubles.

AKT. XVIII.

Les ressources de l'Association sont employées par l'Evêque aux objets spécifiés dans les présents Statuts.

ART. XIX.

Les ressources disponibles pourront servir à constituer un fonds de réserve dans les limites régulières pour les besoins généraux du culte, et un fonds de réserve illimité qui devra être employé exclusivement, y compris les intérêts, à l'achat, la construction, la décoration ou la réparation d'immeubles ou meubles destinés aux besoins de l'Association, visés à l'art. II et III ei-dessus.

ART. XX.

Après la clôture de l'exercice, le trésorier établit les comptes de l'exercice clos.

Ces comptes sont présentés par écrit au Conseil d'administration. Ils sont examinés par trois commissaires aux comptes que

le Conseil choisit en dehors de son sein et qu'il peut choisir en dehors de l'Association. Ces commissaires sont charges d'adresser au Conseil un rapport écrit sur la régularité des comptes et sur la situation financière de l'Association.

Le Conseil d'Administration, après avoir pris communication du rapport des trois commissaires et les avoir entendus, s'il le juge à propos, statue sur les comptes, et charge un de ses membres de présenter le rapport définitif à l'Assemblée générale.

Ces opérations diverses doivent être terminées de manière que les comptes puissent être présentés à l'Assemblée générale dans sa réunion ordinaire.

ART. XXI.

L'Association ne peut introduire, aux présents Statuts, aucune modification qui soit contraire à la constitution de l'Eglise catholique. Les autres modifications devront être présentées à l'Assemblée générale par l'Evêque, d'accord avec le Conseil d'administration.

ART. XXII,

L'Association est formée pour une durée indéterminée.

ART. XXIII.

En cas de dissolution, l'actif de l'Association sera attribué à une association constituée par l'Evêque ou par celui qui le remplace, conformément aux présents Statuts. Dans l'intervalle, qui, en tout cas, ne devra pas dépasser deux mois, l'Evêque ou son remplaçant canonique assurera la gestion des biens de l'Association.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PANORMITANA-MONTISREGALENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Postulantibus Ordinariis dioecesium Panormitanae et Montisregalensis ut pagi *Borgo Molava, Olio di Lino, Corso Calatafimi* et *Malpasso,* pertinentes ad archidioecesim Panormitanam, uniantur paroeciae pagi *Bocca* archidioecesis Montisregalensis, et vicissim ut pagus *P'iett'atagliata* archidioecesis Montisregalensis uniatur paroeciae pagi *Mezzo Monreale* archidioecesis Panormitanae, Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI preces benigne excipiendas censuit ac decrevit. Quapropter, de consulto Emorum Patrum Sacrae Congregationis Consistorialis, de Apostolicae potestatis plenitudine ac suppleto, quorum interest vel sua interesse praesumant, consensu, hoc Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur, idem Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI statuit ut pagi *Borgo Molata, Olio di Lino, Corso Calatafimi {dalle due Venelle alla Rocca)* et *Malpasso* distraherentur ex archidioecesi Panormitana et unirentur paroeciae pagi *Bocca* archidioecesis Montisregalensis; et pagus *Pietratagliata* distraheretur ex archidioecesi Montisregalensi et uniretur paroeciae pagi *Mezzo Monreale* archidioecesis Panormitanae.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est Emum P. D. Alexandrum tit. Ss. Andreae et Gregorii Card. Lualdi, Archiep. Panormitanum, ei tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum, de quo agitur, quemlibet virum in dignitate ecclesiastica constitutum; facta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, ad hanc Sacram Congregationem mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. **C.** Consistorialis, die **10** ianuarii anno **1924.**

£g C. **CARD. DE LAI**, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 4 dicembre 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione Generale dei Sacri Eiti, nella quale gli Eminentissimi e Eeverendissimi Signori Cardinali, i Eevmi Prelati ed i Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Maria Maddalena Postel, Vergine, Fondatrice e Prima Superiora Generale dell'Istituto delle Suòre delle Scuole Cristiane, dette della Misericordia.

Martedì 11 dicembre 1923, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta ìa Congregazione dei Sacri Eiti *Particolare,* nella quale gli Emi Signori Cardinali, ed i Emi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

I° Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia Vescovile di Euremonda, sopra miracoli in specie che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Pietro Canisio, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, dopo avvenuta la beatificazione di lui.

2° Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti sopra miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Beata Giovanna Lestonnac, Fondatrice dell'Ordine delle Figlie di Maria, dopo avvenuta la beatificazione della medesima.

3° Intorno alla validità di tutti i Processi Ordinari ed Apostolici costruiti sopra il martirio del Servo di Dio Natale Pinot, Sacerdote secolare, che si asserisce ucciso in odio alla Fede.

4° Intorno alla validità di tutti i Processi Ordinari ed Apostolici costruiti sopra il martirio e la causa del martirio del Servo di Dio Michele Abba Ghebre, Sacerdote ascritto fra i Preti della Missione di S. Vincenzo de' Paoli, ed ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede.

5° Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari costruiti per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Paola Elisabetta. Cerioli, Fondatrice dell'Istituto della S. Famiglia in Bergamo.

6° Finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Assunta Pallotta, Suora professa dell'Istituto delle Missionarie Francescane di Maria.

Martedì, 18 dicembre 1923, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Vincenzo Vannutelli, Ponente della Causa di Beatificazione o dichiarazione del Martirio delle Serve di Dio Ifigenia da S. Matteo, della Congregazione delle Suore dell'Adorazione perpetua del Santissimo Sacramento, Elisabetta Teresa del Saero Cuore di Gesù, dell'Ordine delle Orsoline, Maria da S. Enrico, dell'Ordine Cistercense, e Compagne, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* per discutere il dubbio: Se consti del martirio, della Causa del martirio e dei segni o prodigi delle predette Serve di Dio. che si asseriscono uccise in odio alla Fede, in Arausonia, nel 1794.

Martedì 15 gennaio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Emi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Eiti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio e Fondatore della Congregazione delle Figlie volgarmente dette della Beata Maria Vergine dell'Orto.

SACRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nel Sacro Tribunale della Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso ad un posto di scrittore per esame scritto e orale: il primo avrà luogo il giorno 18 del prossimo febbraio alle ore 8 ant.; il secondo il dì seguente alle ore 9 ant.

I Reverendi Sacerdoti, che desiderassero prendervi parte, dovranno esibire la relativa domanda, corredata dei necessari documenti, alla Segreteria dello stesso Sacro Tribunale, non più tardi del giorno 14 dello stesso mese di febbraio p. v.

Dalla Segreteria della Sacra Penitenzieria, il 7 gennaio 1924.

S. Luzio, *Reggente.*

SEGRETERIA DI STATO

DOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

21 giugno 1923. Monsig. Alfonso Greco, il Emo P. Enrico Le Floch, della Congregazione dello Spirito Santo, il Emo D. Placido de Meester, O. S. B., è il Emo P. Eomualdo

Souarn, degli Agostiniani dell'Assunzione, *Consultori della S. G. per la Chiesa Orientale.*

15 dicembre 1923. I Emi P. Vittorio da Sestri Ponente, dei Minori Cappuccini, P. Stefano Ignudi, dei Minori Conventuali, P. Antonino Franco, dei Carmelitani, P. Antonio Da Coste, C. SS. E., *Consultori delia S. C. dei Eiti per le cause dei Servi di Dio.*

24 » » Il Emo P. Michele d'Herbigny, S. I., *Consultore delia S. C. per la Chiesa Orientale.*

» » » Il Emo P. Giuseppe Gaudron, delia Congregazione di Gesù e Maria, *Consultore delia S. C. dei Religiosi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 novembre 1923. L'Emo Sig. Cardinale Achille Locatelli, *Protettore dell'Istituto (.(.des Frères de la Sainte-Famille de Bélley ».*

13 dicembre » Monsig. Domenico Spolverini, *Canonista della S.Penitenzieria.*

22 » » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore delle Suore del Terz'Ordine di S. Francesco, in Syracuse.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

9 novembre 1923,. Monsig. Leopoldo Schuster, Vescovo di Seckau.

1 dicembre » Monsig. Giuseppe Batignani, Vescovo di Montepulciano.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

13 marzo 1923. Monsig. Paolo Eossi, dell'archidìoeesi di Milano.

22 dicembre » Monsig. Oscar H. Move, della diocesi di Wheeling.

Prelati domestici di S. S.:

13 novembre 1923. Monsig. Valentino Malczynski, della diocesi di Lodz.

16 » » Monsig. Ludovico Georgens, della diocesi di Spira.

» » » Monsig. Giacomo Stabel, della medesima diocesi.

21 •>> » Monsig. Corrado Kümel, della diocesi di Eottenburg.

26 » » Monsig. Costantino Brettle, dell'archidiocesi di Friburgo.

» » » Monsig. Francesco Saverio Mutz, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Agostino Brettle, della medesima archidiocesi.

29 » » Monsig. Guglielmo E. Clapperton, Eettore del Collegio Urbano Scozzese, della diocesi di Aberdeen.

29 » » Monsig. Meóla Bares, della diocesi di Treviri.

30 » » Monsig. Giorgio Simon, della diocesi di Vesprimia.

6 dicembre » Monsig. Federico Giacomo Meguire, della dioc. di Oklahoma.

7 » » Monsig. Giuseppe Grella, dell'archidiocesi di Milano.

18 dicembre 1923. Monsig. Vittore Michel, della diocesi di Nîmes.
19 • » » Monsig. G-iuseppe Toth, della diocesi di Sabaria.
22 » » Monsig. Enrico B. Altmeyer, della diocesi di Wheeling.
» » » Monsig. Francesco Lisowski, dell'archid. di Leopoli, rit. lat.
» » » Monsig. Giuseppe Ciotti (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine dello Speron d'oro:

26 ottobre 1923. S. A. Serenissima il sig. principe Ladislao Batthyány Strattmann, della diocesi di Sabaria.

i

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

6 dicembre 1923. Al sig. senatore Alfredo Barros Errazuriz (Chile).

Il Cavalierato dell'Ordine Plano:

23 novembre 1923. Al sig. Max Rosenberg.

La Commenda con placca dell'Ordine San Gregorio Magno, classe civile:

19 dicembre 1923. Al sig. A. Privat Auboard, Governatore interinale del Gran Libano.
20 » » Al sig. Pasquale De Martini, deH'archidioeesi di Benevento.
24 » - » Al sig. Angelo Carminati, deH'archidioeesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

13 novembre 1923. Al sig. marchese Filippo Collicola Cardelli Monthioni, della archidiocesi di Spoleto.
16 » » Al sig. prof. Benedetto Schmittmann, dell'archid. di Colonia.
28 » » Al sig. cav. Casimiro Rey-Herme, dell'archidiocesi di Lione,
.1 dicembre » Al sig. Giuseppe Ledesma, deH'archidioeesi di Manila.
9 » » Al sig. Giovanni Riboldi, deH'archidioeesi di Milano.
10 » » Al sig. Giovanni Callanan, del Vicariato Apostolico del Capo di Buona Speranza.
17 » » Al sig. prof. Eugenio Gigaut, dell'archidiocesi di Parigi.
22 » » Al sig. Anatolio von Hügél, della diocesi di Northampton.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

28 novembre 1923. Al sig. Maresciallo Generale Luigi Antonio De Madeiros, Presidente del Supremo Tribunale Militare del Brasile.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, elasse civile

7 aprile 1923	A: sig. Guglielmo Eütz, dell'archidiocesi di Monaco,
27 luglio	A sig. dott. Polibio Modinos, del Vicariato Ap. dell'Egitto,
22 ottobre	A: sig. Gali Masri, del Vicariato Apost. dell'Egitto (Tebe),
14 novembre	A: sig. Carlo Pembaur, della diocesi di Meissen,
16	A sig. Enrico Becker, della diocesi di Eresia via.
20	A sig. conte Enrico Palluat du Besset, dell'archid. di Lione,
	A sig. Luigi Gaucherand, della medesima archidiocesi.
	A: sig. Giorgio Ancel, della medesima archidiocesi.
"2~3	A sig. Francesco Eudman, deH'archidioeesi di Birmingham,
24	A: sig. Giovanni Francesco Stuart-Hay, deH'archidioeesi di Liverpool.
	A: sig. Maurizio de Boissieu, deH'archidioeesi di Lione,
30	A sig. Ferdinando Silvestrini (Roma),
6 dicembre	A sig. Edmondo Duchâtel, della diocesi di Lilla,
» »	A: sig. Raimondo Pellaumail, della diocesi di Angers,
7 »	A: sig. Luigi Village, della diocesi di Marsiglia,
	A sig. Emilio Valéry, della diocesi di Luçon.
	A: sig. dott. Alberto Desfarges, della diocesi di Moulins,
20	A sig Eodolfo Enr. Arnoldo M. Bomme, della dioc. di Harlem,
24	A sig. Leone Alessandro Carlo Delahaye, della diocesi di Beauvais.
»	A: sig. Eugenio Boullenger, della medesima diocesi.
»	A sig. Massimiliano Prospero Delaherche, della med. diocesi.
	A sig. barone Wadieh T.Habeiche, govern.di Gebail (Biblos).

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 dicembre 1923.	Al sig. Cesare Elguera, Sotto-segretario di Stato al. Ministero degli Affari Esteri del Perù.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa :

7 aprile 1923.	Al sig. Carlo Goebel, deirarchidiocesi di Monaco e Frisinga.
22 ottobre »	Al sig. Chaker effendi Masri, del Vicariato Apostolico di Egitto (Tebe).
•28 novembre »	Al sig. Filippo Dell'Aira, della diocesi di Caltanissetta.
30 » »	Al sig. Tommaso De Gamboa Bandeira De Mello, del patriarcato di Lisbona.
3 dicembre »	Al sig. Giacomo Me. Brien, della diocesi di Southwark.
» » »	Al sig. Enrico Bianchini, dell'archidiocesi di Firenze.
,» » »	Al sig. Pietro Eossi, della medesima archidiocesi.
29 » »	Al sig. Francesco Thampoo, della diocesi di Galle.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.

25 agosto 1923.	Monsig. Giuseppe Lasa y Arana, della diocesi di Madrid.
9 ottobre »	Monsig. Boleslao Puchalski, della diocesi di Brooklyn.
10 novembre »	Monsig. Giovanni Foiba, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » »	Monsig. Guglielmo Tower, della diocesi di Giavarino.
17 » »	Monsig. Ludovico Vada, della diocesi di Gran Varadino
1 dicembre »	Monsig. Mattia Lhotsky, della diocesi di Budweis.
4 *y>* »	Monsig. Natale Ivanis,' della diocesi di Banjaluca.
» » »	Monsig. Ermanno Düttmann, della medesima diocesi.
» » »	Monsig. Paolo Pajié, della medesima diocesi.
» » »	Monsig. Giustino Giuseppe Di Santanna, della diocesi di Ilheos.
7	Monsig. Stanislao Szurek. dell'archidiocesi di Leopoli latina.
»	Monsig. Giovanni Buday, della diocesi di Transilvania.
U	Monsig. Edoardo Nécsey, della diocesi di Nitria.
	Monsig. Paolo Borschki, dell'Amministrazione Apostolica di Tucznen.
»	Monsig. Luigi Piastrelli, dell'archidiocesi di Perugia.
	Monsig. Agostino Bernardo Kublinski, dell'archidiocesi di Riga.
»	Monsig. Nicodemo Rancans, della medesima archidiocesi.
»	Monsig. Edoardo Stukiel, della medesima archidiocesi.
21	Monsig. Biagio Alvaro, della diocesi di Squillace.
»	Monsig. Edoardo Weber, della diocesi di Wheelìng.
29	Monsig. Pietro Donohoe, della diocesi di Brooklyn.
»	Monsig. Tommaso O'Brien, della medesima diocesi.
»	Monsig. Maurizio Fitzgerald, della medesima diocesi.
	Monsig. Patrizio Cherry, della medesima diocesi.
»	Monsig. Giovanni Belford D. D., della medesima diocesi.
»	Monsig. Giovanni York, della medesima diocesi.
31	Monsig. Angelo Mantellini. della diocesi di Modigliana.
»	Monsig. Luigi Montuschi, della medesima diocesi.
»	Monsig. Francesco Sinibaldi, della diocesi di Segni.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

7 dicembre 1923. Il sig, conte Rodolfo de Courmont, dell'archidiocesi di Parigi.
11 » » Il sig. Roberto Groffrido Elwes, della diocesi di îforthampton.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 aprile 1923. Monsig. Guglielmo Anderlió, della diocesi di Sirmio.
9 maggio » Monsig. Francesco Posavac, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Racki, della medesima diocesi.
12 » » Monsig. Antonio Mitrovió, della medesima diocesi.
4 dicembre. » Monsig. Mcola Curzio, della diocesi di Policastro.
10 » » Monsig. Ferdinando Polentarutti, dell'archidiocesi di Udine.
20 dicembre » Monsig. Giovanni Welkme, dell'archidiocesi di Riga.
» » » Monsig. Antonio Urbsz, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Casimiro Jasenas, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Paolo Ozolin, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Bruno Cosentino, della diocesi di Squillace.
» » » Monsig. Mcola Colucci, della diocesi di Monopoli.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

4 dicembre 1923. Il sig. Gino Maggia, della diocesi di Padova.
29 » » Il sig. nobile Guido Perego, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Il sig. Edgardo Mathot, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Il sig. Gioacchino Gioia, dell'archidiocesi di Piacenza.

Cappellani segreti d'onore di S. S.:

27 novembre 1923. Monsig. Salvatore Bascetta (Roma).
6 dicembre » Monsig. Carlo Wohlandt, della diocesi dì Gurk.

Cappellano comune Soprannumerario di S. S.:

14 dicembre 1923. Monsig. Antonio Rossi (Roma).

NECROLOGIO

8 aprile 1923. Monsig. Tommaso O' Dea, Vescovo di Galway.
31 luglio » Monsig. Felice Maria Choulet, Vescovo tit. di Zela.
26 novembre » Monsig. Giovanni Gallagher, Vescovo di Goulburn.
26 dicembre » Monsig. Michele Baldetti, Vescovo tit. di Gerapoli.

Annus XVI - Vol. XVI 1 Februarii 1924 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PAROECIALIS ECCLESIA BEATAE MARIAE VIRGINIS, VULGO « MARIJA BISTRICA », INTRA FINES ARCHIDIOECESIS ZAGABRIENSIS, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclarissimas inter sacras aedes, quibus Chroatia nobilitatur, iure meritoque accensenda est paroecialis ecclesia ad B. M. V., vulgo *Marija Bistrica* appellata, intra fines posita archidioecesis Zagabriensis. Hac sacra in aede tribus et ultra a saeculis ipsius Deiparae Virginis simulacrum celeberrimum colitur, ad quod invisendum praesentemque opem imploraturi confluunt turmatim fideles, non solum e finitimis, sed e dissitis quoque regionibus peregrinantes. Septem per saecula templum idem iterum iterumque restitutum, amplificatum et, corrogata undique e Chroatiae finibus stipe, ornatum, nuperrime incendio vastatum, sed mox splendidioribus artis operibus excultum, quid Chroaticae gentis fides possit testatur. Et re quidem vera, populi illius decus ac delicium habetur hoc templum, prouti pretiosissimi ex voto oblata donaria luculenter confirmant. Quin immo inter oblatores insignes numeratur rec. mem. Praedecessor Noster Leo PP. XIII, qui sacrae eiusdem aedis gazophylacium pretioso dono locupletavit. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Noster Antonius Bauer, Archiepiscopus Zagabriensium, Nos flagitaverit ut praenobile ipsum templum ad Basilicae minoris

gradum evehere dignemur, Nos, quibus nihil antiquius est quam ut christiani populi pietas erga gratiarum apud Deum sequestram Virginem magis magisque augeatur, simul ut grati animi ergo Chroatica gens Sanctae huic Apostolicae Sedi firmius arctiusque adhaereat, votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardin ah Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam paroecialem Mariae Virginis, vulgo *Marija Bistrica,* Zagabriensis archidioecesis, titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestamus cum honorifieentiis et privilegiis deferendi conopaeum (non tamen auro vel argento ornatum), tintinnabulum ac stemma, iuxta formam Basilicarum minorum Almae huius Urbis.

Haec statuimus et mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv decembris, anno **MDCCCCXXIH**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE ZULULAND, NOVIS AUCTA FINIBUS, IN VICARIATUM APOSTOLICUM, « DE ESHOWE » DENOMINANDUM, ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iamvero, cum ad maiorem Dei gloriam fideique incrementum visum sit ut in ea Africae meridionalis regione, ubi actualis praefectura apostolica de Zululand exstat, curis alumnorum Congregationis Benedictinae a Sancta Ottilia in Bavaria commissa, novus apostolicus vicariatus

erigatur, Nos, collatis consiliis cum W. FF. NN. S. E. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque perspectis rerum adiunctis, haec, quae infrascripta sunt, decernenda existimavimus. Nimirum, ut aptius prospiciatur christiani nominis propagationi in evangelizandis praesertim aborigenis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, e finitimo vicariatu apostolico Natalensi quatuor districtus, nempe *Mtunzini, Eshowe, NJcanshala* et *Ugutu,* distrahimus sive separamus, eosdemque dictae praefecturae seu missioni de Zululand addimus. Eandem autem de Zululand praefecturam apostolicam, a novis limitibus de quibus supra constitutam, in vicariatum apostolicum erigimus illique nomen facimus *de Eshowe.*

Haec volumus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi decembris, anno **MDCCCCXXIH**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

III

DISMEMBRATO TERRITORIO VICARIATUS APOSTOLICI DE HUPÉ ORIENTALI, EXINDE « DE HANKOW » APPELLANDI, TRES PRAEFECTURAE APOSTOLICAE «DE HAN YANG », «DE WUCHANG » ET «DE PUCHI », IN SINIS ERIGUNTUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quo christiani gregis bono atque incolumitati satius consultum sit, Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, longinquis in missionibus Pastorum numerum augere maturamus, qui commissis ipsorum curis ovibus advigilent sedulo studio easque ad secura salutis pascua adducere satagant. Iamvero,

cum opportunum visum sit consilium, nimis amplum de Hupé orientali apostolicum vicariatum in plures missiones dividere sive dismembrare, Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. E. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, hanc separationem apostolica Nostra auctoritate sanciendam existimavimus, ut pro christiani nominis incremento illas ad regiones mittantur alii missionarii, sive Ordinis Minorum ex provinciis religiosis Statuum Foederatorum Americae septentrionalis, sive Societatis Hibernensis a Sancto Columbano pro missionibus ad Sinenses. Quae cum ita sint, cum venerabiles fratres Celsus Costantini, Archiepiscopus titulo Theodosiensis, Delegatus Apostolicus in Sinis, et Gratianus Gennaro, Episcopus titularis Hierichuntinus, eiusdem vicariatus de Hupé orientali hodiernus Vicarius Apostolicus, de communi consensu proposuerint ut tres novae ibidem praefecturae apostolicae erigerentur; Nos, supremo animarum bono consulere cupientes atque ipsorum Praesulum votis concedentes, haec, quae infra scripta sunt, statuimus et mandamus. Nimirum, motu proprio et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, a vicariatu apostolico de Hupé orientali in Sinis haec territoria seiungimus ac dimembramus: I. Territorium quod complectitur subpraefecturas civiles *de Hanyang, Mienyang, Tsienkiang, Tienmen, Kingshan* et *Anlu,* necnon partem subpraefecturae civilis de *Hanchwan* inter flumina *Han* et *Yangtzehiang* positam; idemque territorium sic separatum erigimus in praefecturam apostolicam cum nomine praefecturae apostolicae *de Hanyang,* quam Societati Hibernensi a Sancto Columbano pro missionibus ad Sinenses committimus. - II. Territorium quod comprehendit subpraefecturas civiles *de Wuchang, Sienning, Tungsiian, Woeheng, Tayeh* et *Hingkwo;* illudque territorium in praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen sit praefectura apostolica *de Wuchang,* quam concreditam volumus curis provinciarum Ordinis Fratrum Minorum e Statibus Foederatis Americae septentrionalis. - III. Insuper ab eodem vicariatu seiungimus territorium complectens subpraefecturas civiles *de Puelli, Kiayü, Tsungyang* et *Tungcheng,* idemque territorium erigimus in praefecturam apostolicam cui nomen sit praefectura apostolica *de Fuchi;* eandemque praefecturam clero saeculari indigenae concredimus administrandam. Decernimus denique ut vicariatus apostolicus de Hupé orientali, supra numeratis territoriis imminutus, exinde ab urbe principe vicariatus apostolicus *de Hanlc^w* appelletur.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare

poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **xn** decembris, anno **MDCCCCXxni,** Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IGNATIUM DUBOWSKI, EPISCOPUM LUCEORIENSEM ET ZYTOMIRLENSEM: DE SUPPLICATIONIBUS VLADIMÜtlAE, IN OPPIDO NATALI SANCTI IOSAPHAT KUNCEVITII, EPISCOPI ET MARTYRIS, HABENDIS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetitiam sane maximam dies duodecimus proximi mensis allaturus vobis est, in quem diem trecentesimus incidit plenus annus a pretiosa in conspectu Domini morte Iosaphat Kuncevitii: illius, inquimus, Episcopi et Martyris, qui in regionis vestrae schismaticis ad Ecclesiam Romanam reducendis tam fortiter tamque studiose, ad effusionem usque sanguinis, elaboravit. Induxisse autem te in triduum supplicationes, Vladimiriae in oppido natali sanctissimi Viri habendas, ut inlustre eius martyrium commemorares eiusdemque in fideles tuos et in cives a catholica communione disiunctos advocares patrocinium, ex officiosissimis, quas haud multo ante dedisti, litteris perlibenter comperimus. Optimum quidem consilium et Nobis perplacet et cupimus gregi tuo ea pariat pietatis virtutumque incrementa, quae ipsemet, pro pastorali sollicitudine, exoptas tibique fidenter polliceris. Quod ut facilius atque abundantius contingat, non modo concedimus ut ter saecularis martyrii dies ritu duplici primae classis cum octava, hoc anno, per dioecesim istam, servatis de cetero rubricis, agatur; sed etiam plenam admissorum veniam iis damus fidelibus, qui quovis uno ex tribus üs supplicátionum diebus rite expiati de sacra mensa libaverint et, Vladimiriae, templum ubi sollemnia habebuntur, alibi per dioecesim quod-

cumque maluerint, ad mentem Nostram orando, de more inviserint. Atque utinam ab invicto unitatis propugnatore illud obsecrando instandoque impetretis, ut, quos veterrimum apud vos distinet a catholica Ecclesia discidium, ii maturent ad hanc Apostolicam Sedem, veluti ad tutum communis salutis portum, confugere. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis [frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis octobris anno MDCCCCXXirr, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

II

AD R. P. D. IOANNEM AUGUSTINUM GERMAIN, ARCHIEPISCOPUM TOLOSANTJM: DE COMMEMORATIONE SANCTI THOMAE AQUINATIS EA IN URBE CELEBRANDA.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. - Urbem istam, tali antiquarum recentiorumque laudum cumulo memorabilem, quarum una quaelibet ad alias civitates inlustrandas satis foret, nemo •catholicorum non putarit idcirco beatissimam, quia caput et corpus Angelici Doctoris decessor Noster Urbanus V ipsi possidendum pieque adservandum permisit. Atque annales eius temporis memoriae prodiderunt, cum oratores legibus ferendis celeberrimaeque studiorum Universitatis doctores ac discipulos, tum clerum et optimates et ingentem civium advenarumque multitudinem, die xxvm mensis ianuarii anni MCCCLXIX, pompa triumphi simillima obviam sacro Reliquiarum thesauro occurrisse, quas, in templum Dominiciani Ordinis illico invectas, cum, saeculo duodevicesimo exeunte, civile incendium in Gallia exarsit et religiosi viri alio «xsulatum abire coacti sunt, pervetusta Saturnini martyris aedes honorificentissimo excepit hospitio. Nec profecto unquam obhviscemur, Nobismet ipsis, haud multo ante initum Pontificatum, contigisse feliciter, ut in templo isto Tolosatibus carissimo sacrum Aquinatis caput magna cum spiritus suavitate summaque religione coleremus. Quamobrem mirari non licet, ut Nos in Litteras Encyclicas *Studiorum Ducem* pietatem in Angelicum Doctorem profudimus Nostram, ita vos eas Litteras singulari plausu gratoque animo accepisse, et iam tum sollerter contendere ut sextum

saeculum a Thoma inter sanctos caelites relato magnifice apud vos commemoretur. Cui quidem commemoratione per sacra in triduum soUenmia proxime agendae, laetamur vehementer, venerabiles fratres Archiepiscopos Episcoposque Instituti Catholici Tolosani Patronos, post dimissum annuum coetum, adfuturos esse: unde plurimum sane splendoris fore ut soUemnibus ipsis accedat, facile coniicimus. Quod autem tu, venerabilis frater, postulasti, ut, quae indulgentiarum munera atque privilegia per eandem Epistulam Encyclicam ecclesiis Ordinis Praedicatorum et sacerdotibus sodalibus vel tertiariis, partim statis supplicátionum diebus, partim anno saeculari vertente lucranda vel fruenda concessimus, ea ipsa aedi Saturnini martyris et sacerdotibus ex utroque clero Tolosae incolis aut istuc continentibus benigne largiremur, damus id perlibenter, quoniam magnopere confidimus, rem et in gloriam Angelici Doctoris et in popularis pietatis incrementum bene vertere. Caelestium interea donorum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis octobris, anno **MDCCCCXXIH**., Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. GÜLIELMTJM ROSAS ET ARZIETA, EPISCOPUM PAN AMENSEM: DE CONVENTU CATHOLICO E TOTA NATIONE MENSE DECEMBRI AGENDO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae, Encyclicis Litteris primum datis, de condicione societatis humanae deque remediis eidem reparandae pro Apostolico officio docuimus, ea videmini habuisse ante oculos cum deliberatum vobis est Catholicum habere e tota natione Conventum. Quem quidem Conventum, eo ipso quod per sollemnia Deiparae labis nesciae, proximo mense, acturi estis, iam tantae Patronae fultum praesidio, utilitates consequentur sane uberiores quam vosmet opinione atque spe praeceperitis. Catholice quidem sentire, catholico uti vitae instituto, cum Apostolica hac Sede cohaerere firmiter, sollemne ad hunc usque diem habuerunt dilecti e republica ista filii; at quemadmodum, venerabilis frater, animadvertis, ex ipsa universa ordinum civilium perturbatione, quae immane bellum excepit, atque ex nunquam remissis, ac

fortasse acrius alicubi redintegratis, sectarum in Ecclesiam Christi machinationibus cum integritati fidei, tum animorum coniunctioni et familiarum sanctitati atque stabilitati, plurimum profecto impendet discriminis. In tuendis igitur eiusmodi bonis, quae sarta tectaque esse singulorum aeque interest ac civitatis, toti esse debent quotquot Conventui aderunt: quo autem pacto ea cum prospero eventu ab insidiis adversariorum defendere liceat, id collatis hinc inde consiliis videant ac decernant. Quoniam vero, et quidem recte, scribis, ut communes omnium vestrum labores ex optato succedant, eos caelestium effusione gratiarum iuvari oportere earundemque auspice et conciliatrice apostolica benedictione, hanc tibi, venerabilis frater, iisque universis qui in urbem honoris tui sedem, eius rei gratia', coituri sunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die i mensis novembris, anno **MDCCCCXxm,** Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

IV

AD R. P. D. NATALEM BRUNI, ARCHIEPISCOPUM MUTINENSEM EUMDEMQUE ABBATEM NONANTULANUM: OFPICIOSIS LITTERIS RESPONDET E CONVENTU EPISCOPORUM AEMILIAE REGIONIS DATIS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quas, cum Episcopis tecum. Mutinae congregatis, nuperrime dedisti ad Nos litteras, placuit in iis officii humanitatisque vestrae amplissimam agnoscere significationem. Quod enim, veluti recensendo, memorabatis quicquid ab inito Pontificatu ad pacem suadendam remque catholicam iuvandam experti sumus, id, cum vos ostenderet Nostri studiosissimos, grato equidem animo accepimus. At longe suavius Nos tetigit pastoralis illa sollicitudo, quae vos acriter urget, efficitque percommode ut actionem vestram ad actionem praeceptionemque Nostram dirigatis ac moderemini: unde, cum scriptum sit « vir obediens loquetur victorias », non potest non sequi, ut in vestris cuiusque laboribus, Deo dante, multo plus insit roboris atque efficacitatis. Certum igitur vobis est, nihil reliqui f acere ut, adulescentibus cognitione rerum divinarum et spiritu caritatis imbuendis, posteritatem praestetis dioecesibus vestris parem difficultati temporum catholicoque nomine dignissimam; itemque contendere, ut, quos ad sacerdotale munus instinctu Deus suo vocare videatur, eos ut «pupillam oculi» custodiatis educetisque accuratissime. Neque minus cordi vobis fore scribitis, ut regnum

Christi, lata per fideles vestros sacris expeditionibus et missionalibus ope, cotidie magis amplificetur. Eiusmodi sane consilia, quae cum optatis Nostris omnino congruunt, vix attinet ulcere quantopere Nobis probentur; pergite, praeterea, in hac rerum asperitate - quemadmodum vos facturos pollicemini - et Nobis esse solacio et a Christo Iesu [exposcere, omnia ut foveat uberiore gratiarum praesidio, quaecumque ad eius gloriam in Ecclesiaeque utilitatem posthac persequemur. Caelestium interea donorum conciliatrix et gratae voluntatis Nostrae testis sit apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater, ceteris, qui Mutinam convenerunt, Episcopis atque universo uniuscuiusque clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vi mensis novembris anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

V

AD R. P. D. FRANCISCUM ANTONIUM HENLE, EPISCOPUM RATISBONENSEM, QUINQUAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO ANNUM COMPLETURUM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ita benignissimus Deus aetatem tibi prorogavit, ut quinquagesimum ab inito sacerdotio annum sis propediem completurus: quod quidem eventum pro certo habemus fore, ut non modo tibi - etsi in tanta rerum asperitate - periucundum accidat, sed etiam clerum populumque tuum, cuius reverentiam studiumque tibi quam maxime conciliasti, in publicas laetitiae significationes exacuat. Neque enim, quod patria vestra durioribus connectatur fortunis, idcirco abstinebunt* tui quominus debitis te ofiicns, fausta hac occasione, prosequantur; immo etiam ex ipsis, quibus premuntur, calamitatibus habent cur gratum tibi animum suum quoquo pacto profiteantur. Nam exploratum Nobis est, ex quo Ratisbonensem Ecclesiam regundam suscepisti, nihil te reliqui fecisse ut boni pastoris partes, flagrante Christi caritate, animo impleres: quae quidem caritas efficit, ut omnibus e grege, quotiescumque oportet, praesto adsis, eorum angustias, egestatem, inediam vehementer dolendo levando que pro viribus. Fruere igitur, venerabilis frater, per proxima, quae apparari novimus, sollemnia, pia ac memori tuorum voluntate; fruere praeterea gratulationibus ominibusque communis omnium Patris, qui a Pastorum Principe, cuius vices gerit, ex animo efflagitat, ut Ecclesiae tuae serveris quam diutissime inco-

lumis et caelestibus donis solaciisque pro merito affluas. Quorum conciliatrix, eademque paternae benevolentiae Nostrae testis, sit apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis novembris, anno MDCCCCXxrn, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

VI

AD R. P. D. CAROLUM COX, EPISCOPUM TIT. DIOCLENSEM, VICARIUM APOSTOLICUM TRANS V A ALEN. ET ADMINISTRATOREM APOSTOLICUM 3QMBERLIENSEM: QUINQUAGESIMUM SACERDOTII EIUS NATALEM GRATULATUR.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam animi commotionem et spiritus suavitatem expertus es cum in flore aetatis primum perlitasti, ea tibi iam seni redintegrabitur die vicesimo proximi mensis, in quem diem, ut nuper accepimus, quinquagesimus sacerdotii tui natalis auspicato incidet. Cuius quidem sanctissimi muneris spatium ut tam longum emetireris - quae res profecto paucis plerumque contingit, - non sine misericordi Dei consilio factum arbitramur, qui te voluerit diu multumque in-procuranda per australes Africae regiones infidelium'salute desudare, auctumque denique episcopali dignitate, et duobus vicariatibus, alteri ipso officii iure, alteri fiduciaria opera, praefectum, ipsos missionalium labores sapienter moderari naviterque exemplo tuo provehere. Grato igitur erga Dei numen animo in praeteritum tempus respici as, in eaque sistas fidenter cogitatione, quale et quantum eos maneat in caelestibus sedibus praemium, qui apostolatum maxime omnium laboriosum frugiferumque in catholicis missionibus obeunt. Quam quidem remunerationem cum tibi, venerabilis frater, optemus amplissimam, tum laetabile eventum volumus e paterno, quo te prosequimur, gratulationis officio sane laetabilius exsistat: atque ex hac ipsa voluntatis erga te Nostrae significatione illud etiam sequi confidimus, ut et Congregationis tuae sodales et utriusque vicariatus fideles, tecum ob egregia facinora tua et accepta abs te beneficia coniunctissime, ad faustum diem qua decet celebritate agendum multo acrius exardescant. Ominamur praeterea, ut, quae capturas es ex proxima faustitate solacia iis animus tuus corroboretur et in spem erigatur uberiorum gratiarum et fructuum: quorum auspicem et peculiaris benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et missio-

nalibus fidelibusque tibi commissis apostolicam, benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis novembris anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

YII

AD R. P. D. BARTHOLOMAEUM LAGUMINA, EPISCOPUM AGRIGENTINUM, XX? APPETENTE EPISCOPATUS EIUS NATALI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum, die decimo primo proximi mensis, natalem acturus sis episcopatus tui quintum ac vicesimum, in partem gaudii tui communisque tuorum laetitiae venire volumus. Id quidem a Nobis postulant cum animi ingeniique tui laudes, tum quae in Agrigentina!» Ecclesiam omne genus beneficia contulisti, tum denique ipsa qua flores optima apud clerum populumque existimatio. Neque enim ignora.mus, plurima te scripta de rebus Orientalibus ante initum episcopatum, multiplicis plena doctrinae, edidisse, atque haud minorem redolere doctrinam ea quae in gregis eruditionem hoc diuturno episcopalis muneris spatio divulgasti. Huc ingentes accedunt, item Nobis explorati, quos fecisti sumptus in templum princeps stabiliendum idemque in pristinam vetustissimae formae dignitatem restituendum; atque honori tibi vertitur, quod pari liberalitate ac munificentia urbanas suburbanasque Seminarii aedes, et episcopalem domum, refeceris atque ornaveris. Supervacaneum, ceteroqui, putamus alia omnia recensere, cur debeant filii tui iucundum eventum grati animi sui significationibus iucundius efficere: id enim ultro facturi sunt, immo etiam vehementer gestient cum noverint Nosmet, delato tibi, ut facimus, paterno gratulationis officio, sibi ipsis praeivisse. Quo autem proxima huius natalis tui sollemnia uberiores afferant fidelium animis fructus, damus, ut omnes, quotquot Missae aderunt quam pontificali ritu eo die perages, plenam admissorum veniam, usitatis tamen condicionibus, lucrentur. Atque tibi praeterea optantes, ut benignissimus Deus incolumem te diu vegetumque servet, caelestium donorum auspicem et peculiaris caritatis erga te Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et sacerdotibus fidelibusque tuae procurationi commissis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis novembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

VIII

AD R. P. D. FRANCISCUM ALBERTI, EPISCOPUM DE PLATA, XXV ANNO EXEUNTE AB EPISCOPALI EIUS CONSECRATIONE.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Dioecesis istius tuae clerus populusque eo iam nunc spectat, ut, cum quintus ac vicesimus advenerit episcopatus tui natalis, observantiam caritatemque illam, qua te sui studiosissimum complectitur, publicis declaret gratae voluntatis laetitiaequè testimoniis. Eiusmodi autem fausti diei celebratio non est dubitandum quin talis futura sit, ut hinc per communia pietatis officia animum tuum gaudio expleat, inde virtutes atque egregia pastoralis vitae tuae facinora in luce totius reipublicae collocet. Quamquam putamus promerita in Ecclesiam atque in civilem societatem tua, qua late nationis istius fines proferuntur, obscura esse nemini; at certe Platenses cives, quibus iuvandis ab inito sacerdotio te totum devovisti, in ea sunt fortuna ut res experiendo magis quam discendo cognoverint, cum sibi tam diu licuerit te intueri atque admirari, pro Christi animarumque causa nullis unquam parcentem laboribus, sive curionem ista in urbe ageres, sive dioecesim postea vicaria potestate moderareris, sive denique Auxiliaris Episcopus decessor! tuo navares operam. Praeterea, cum te Apostolica Sedes, ante biennium, delegit qui eidem Antistiti vita functo succederes, visus es maiorem, si quidem fieri poterat, sedulitatem industriamque gravissimo muneri obeundo afferre. Debent enim tibi cives novum Seminarium, dioecesanis clericis accuratius instituendis nuperrime excitatum, quod ut perficiatur reditibusque locupletetur, si stipem ii largiter, proximorum occasione sollemnium, contulerint, arbitramur eos rem tibi tam gratam facturos ut nihil possint supra. In laetabili igitur evento, quod Nosmetipsi gratulationibus ominibusque ex animo participamus, fore prospicimus ut copiosis afficiaris solaciis; quae quidem solacia a tuis profecta Pastorum Princeps Iesus Christus, ut pro certo habemus, suarum effusione gratiarum cumulabit. Quarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo universo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis novembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

IX

AD E„ P. D. NATALEM BRUNI, ARCHIEPISCOPUM MUTINENSEM: DE NOVO TEMPLO IN POMERIO MUTINENSI IN HONOREM S. IOSEPH, B. M. V. SPONSI, EXSTRUENDO. "

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Non una sane te impulit causa ut consilium caperes novi templi in pomerio urbis istius aedificandi, quod Deo iii honorem sancti Ioseph dedicatum iri comperimus. Atque in primis propositum eo tuum pertinet, ut, qua flagras in beatissimum Deiparae Sponsum pietate, eam in tuos atque in operarios praecipue inficias ac transfundas, in quorum regione sacra aedes exstruetur. Nihil profecto gravius atque utilius, quam ut opifices ad Iosephum colendum imitandumque revocentur, quo etsi Patrono catholica Ecclesia utitur universa, at ipsi tamen peculiari ac proprio, qualis reapse -est, uti debent. Qui quidem opifices si eius vitam atque exempla intueantur, facile perspecturi sunt, quanti fabrilia opera corporisque labor, quibuscum tolerantia et sanctimonia coniungatur, apud divinum hominum Redemptorem sint, qui talem sibi nutricium delegent eidemque se artis ralumnum praestiterit. Nec dubitandum quin operarii, reiectis quibus saepe decipiuntur fraudulentorum hominum commentis, sibi persuadeant, non modo posse omnes, quotquot aetatem orando et laborando exigere a • sancto Ioseph didicerint, beate, quantum nostra sinit condicio, vivere, sed etiam eo patrono, qui in complexu sanctissimorum pignorum Iesu et Mariae extremum affiavit halitum, pretiosam suavemque mortem oppetere. Ceteroqui spiritualibus eorum incolarum utilitatibus omne genus provehendis novum templum, te, venerabilis frater, auctore atque auspice, inchoabitur. Etenim his temporibus plerumque accidit, ut oppida atque urbes cotidie magis extra moenia, aucto civium numero, laxentur, et, ne hos longum a curiali aede intervallum ab officiis christianae vitae implendis remoretur, alia sacra aedificia inter recentiores domos media erigi oporteat. In quo nemo non agnoscat Ecclesiae Matris providentiam et caritatem, quae filios nullo pacto sinit quibusvis pietatis adiumentis destitui. Sed praeterea aedem Iosepho sacram ns commemorandis expiandisque destinavisti qui e provincia ista postremo bello inferiere: nobile quidem consilium, quo non poterat civitas ista non commoveri vehementer. Quamobrem minime miramur si liberalitati sane insigni, qua aes tuum omne tanto operi attribuisti, cum rectorum provinciae et civitatis, tum omnis civium

ordinis liberalitas et voluntas respondet: at velimus singuli stipem ne recusent, ut veluti manibus populi universi monumentum istud communis pietatis excitatum videatur. Quod utinam perfectum absolutumque, sin minus ad perfectionem absolutionemque properans post biennium videas, cum quintum ac vicesimum ages episcopatus tui natalem; neque enim putamus posse te, fausta illa occasione, meliore atque uberiore frui abs tuis fidelibus solacio. Caelestium interea munerum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die ix mensis decembris, anno **MDCCCCxxm,** Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

X

AD R. P. D. IOANNEM VESCIA, EPISCOPUM POLICASTRENSEM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII SUI ANNUM CELEBRANTEM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum propediem quinquagesimus exeat annus, postquam, sacerdotio initiatus, primum religiosissime perlitasti, facere equidem non possumus, quin eventi tibi tuisque periucundi simus Nosmet ipsi publica voluntatis Nostrae testificatione participes. Cur enim cum fratribus in episcopatu Nostris, quaecumque iis laeta contingunt, non habeamus communia? Itaque, quos, tam diuturno temporis spatio, pro Ecclesia Dei animarumque salute tulisti perstudioso animo labores, eos tibi vehementer gratulamur, praetereaque a Christo Iesu, cuius vicaria potestate fungimur, exposcimus, ut multiplicibus solaciis, quibus te ad altare accedentem tot annorum decursu laetificavit, per proxima fausti diei sollemnia gratiarum gaudiique cumulum benignus adiiciat. Qui quidem suavitatis fructus talis tibi, venerabilis frater, rogamus exsistat, ut tibi videaris eam veluti delibare beatitatem, quam Ille, qui est *sacerdos in aeternum,* piis sacrorum administris parat in caelesti patria finiendam. Futuram tamen remunerationem quo, aucta meritorum tuorum copia, uberiorem accipias, petere ne dubites, cum immaculatum Agnum eo die immolabis, ut aetas tibi diu multumque prorogetur, quam in grege ad sancta opera excitando tereré, uti antehac, perseveres. Auspicato igitur natalis sacerdotii tui quinquagesimus adveniat, qui, ut fiet harum accessione Litterarum augustior, ita etiam paternae benevo-

lentiae testimonio, quam ipsa omina Nostra redolent, horumque effectu atque eventu est tibi longe gratior evasuras.-Caelestium interea donorum auspicem et peculiaris caritatis Nostrae testem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xi mensis decembris, anno **MDCCCCXxm,** Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

AD R. P. MATTHAEUM CRAWLEY BOEVEY, CONSOCIATIONIS FAMILIIS SACRATISSIMO CORDI IESU CONSECRANDI MODERATOREM GENERALEM, XXV ANNUM EXPLENTEM AB INITO SACERDOTIO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucundum sane tibi mox erit sanctam illius diei renovare memoriam quo ante annos xxv primum Deo litavisti, simulque animarum saluti et divinae gloriae procurandae te operam daturum esse pollicebare. Ac re vera quam sollerter, hoc toto tempore, his sacris propositis ineubueris, ex eo praesertim perspicere licet quod pietatem augusti Cordis Iesu ubique propagare studuisti; ita quidem ut non modo eidem singulae familiae consecrarentur, sed etiam ut illustriore domorum loco Christus Dominus tamquam Eex coleretur. Nos igitur egregiam nunc occasionem nanciscimur benevolentiam erga te Nostram testandi; atque, non secus ac postremi decessores Nostri, debita te laude ornantes, ultro equidem tecum hanc partimur fausti eventus laetitiam. Precamur ut quam diutissime te Deus servare benigne velit, eo semper calentem sacrosanctae Eucharistiae fervore quo alacrius in dies tam salutare coeptum urgere valeas : siquidem in praesens, si umquam alias, pernecesse est ut in tanta rerum omnium perturbatione ille tandem dominetur in societate humana pacificus Eex, Iesus Dominus, qui solus est *via, veritas et vita.* Caelestium auspex munerum apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, tuisque omnibus effuso animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xv mensis decembris, anno **MDCCCCXXin,** Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

XII

AD R. P. D. IOANNEM BAPTISTAM LUIS PEREZ, EPISCOPUM OVETENSEM: DE DIOECESANA SYNODO FELICITER ABSOLUTA.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Tibi et clero tuo, quemadmodum dioecesanam Synodum sub exitum superioris mensis ineuntibus caelestis sapientiae lumina precatione sancta conciliavimus, ita, eandem feliciter exsecutis, oblata nunc rescribendi occasione, cum diligentiam gratulamur in opus tanti momenti conlatam, tum salubérrimos operis ipsius eventus ominamur et cupimus. Tales quidem disceptationum et consiliorum vestrorum fructus prospicere sic et praecipere ipsemet videris, ut multa te ad Nos laetabilia allaturum confidas cum primum Nos Alma in hac Urbe pro officio conveneris. Ceteroqui iam nunc, absens, illud sane laetabile affers, esse vobis, communi consensu, propositum, non modo Nobiscum cohaerere arctissime et praeceptis hortationibusque obsequi omnino Nostris, sed etiam Deo cotidie instare, ut coeptis Nostris benigne faveat, quaecumque in Ecclesiae utilitatem persequi in posterum licuerit. Quod autem ad optata et vota attinet, quae tuo et sacerdotum nomine, quotquot in Synodum coivere, significasti, nihil profecto obstat atque officit, quominus, pro prudenti rerum aestimatione, eorundem rationem aliquando habeamus. Interea tibi, per haec natalicia Iesu Christi sollemnia, caelestium effusionem donorum precati, horum quidem auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxviii mensis decembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

XIII

AD R. P. D. FRANCISCUM MARIAM REDWOOD, ARCHIEPISCOPUM WELLINGTONENSEM: QUINQUAGESIMUM AB INITO EPISCOPATU ANNUM GRATULATUR.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod paene nulli, per vitae tempus, quamvis longissimum, contingere solet, id tibi, singulari quodam miserentis Dei consilio, eventurum est, ut quinquagesimum ab inito episcopatu annum, proximo mense februario, confìcias et compleas. xSacris autem civilibusque sollemnibus, quae stato die istic magna habebuntur celebritate catholicorum, sane gestientium cum rem prorsus mirabilem insuetamque, tum actuose utilissimeque emensum diuturnum pastoralis regiminis spatium praecipuo tibi studio gratulari, novimus equidem, fere universos ex Australia et Nova Zelandia episcopos adfuturos esse, quo eadem sollemnia, communis splendore dignitatis amplissimisque caritatis laetitiamque suae significationibus, et populo augustiora efficiant et tibi profecto iucundiora. Sed praeterea ille idem dies fiet tibi tuisque idcirco memorabilior, quod, auspicari lapide ponendo, novum cathedrale templum es tandem inchoaturus, sacrae illi aedi principi, qua ad tempus usi estis atque hodie utimini, aliquando substituendum. Multiplicem igitur eiusmodi eventi faustitatem quidni paterno gratulationum ominumque officio participemus, talem honestando Episcopum, quo inter viventes omnes per terrarum orbem Antistites nullus dignitate et munere senior exsistat? Itaque tibi, venerabilis frater, annos quinque et octoginta nato at vegetam tamen senectutem agenti, ex animo cupimus optamusque, ut Ille, cuius vices gerimus, venerationi te studioque gregis servet longe diutius sospitem, eaque locupletet caelestium munerum solaciorumque ubertate, quibus Pastores praeclare de Ecclesia méritos in terris quoque augere consuevit. Atque ne quinquagesimus episcopatus tui natalis sine spirituali fidelium tuorum emolumento praetereat, damus, ut stato sollemnium die, adstantibus Nostro nomine benedicas, proposita plena admissorum venia, usitatis condicionibus, lucranda. Divinarum interea gratiarum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die iii mensis ianuarii anno MDCCCCXxiv, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS -

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

15 decembris 1923. — Cathedrali Ecclesiae Uxentinae praefecit R. P. D. Antonium Lippolis, hactenus Episcopum Larinensem.

29 decembris. — Cathedrali Ecclesiae Limericiensi, R. D. Davidem Keane, canonicum eiusdem Ecclesiae cathedralis.

3 ianuarii 1924. — Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Petrolinensi, R. P. D. Antonium Malan, hactenus Episcopum tit. Amisenum et Praelatum *Nullius* de Registro de Araguaya.

4 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Acmoniensi, R. P. Bartholomaeum Stanislaum Wilson, e Congregatione Spiritus Sancti, electum Vicarium Apostolicum de Bagamoyo.

5 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Euraeensi, R. P. D. Ioannem Bapt. Peruzzo, e Congreg. Clericorum Regularium a Ssma Cruce et Passione Domini, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Pauli Caroli Francisci Origo, Episcopi Mantuani.

14 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Soliensi, R. D. Iosephum Hammels, parochum ad S. Gereonis, Coloniae, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Caroli Iosephi S. R. E. Cardinalis Schulte, Archiepiscopi Coloniensis.

15 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Metropolitanae, R. D. Ioannem M. Jan, Vicarium generalem dioecesis Portus Principis, quem constituit Coadiutorem, cum iure futurae successionis, R. P. D. Francisci M. Kerszusan, Episcopi Capitis Haitiani.

16 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Aradensi, R. P. D. Petrum Aziz Höh-, hactenus Episcopum Salmasiensem Chaldaeorum.

29 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pellaeensi, R. D. Gulielmum Franciscum Salesium Brown, Protonotarium Apostolicum *ad instar* et Vicarium generalem dioecesis Southwarcensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Petri Emmanuelis Amigo, Episcopi Southwarcensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIUM *N.* ET Z.

INCARDINATIONIS

10 martii 1923

SPECIES FACTI. — Iosephus, in dioecesi transalpina *N.* ortus, annum agens xv inde discessit ut parentes in Italiam proflciscentes sequeretur. Quum studiis incubuisset, ludi magistri munere functus est in nonnullis collegiis, donec, immani bello exorto, militiae italicae addictus est. Inde postea dimissus, de statu ecclesiastico amplectendo cogitans, anno 1916 exeunte ab Episcopo *N.* facultatem petiit in aliqua dioecesi Italiae perpetuo manendi. Et Episcopus *N.*, patentibus litteris signatis, die 15 ianuarii 1917 declaravit: « Nihil ex nostra parte obstare quominus a quocumque catho« lieo Antistite, cum Apostolica Sede communionem habente, in albo sui «cleri adscribi possis et, servatis servandis, ad sacros Ordines promo« veri; ea tamen conditione ut nullum inde in nostra dioecesi beneficium « ecclesiasticum ex iure tibi deberi censeas », etc. Quibus obtentis litteris Iosephus studiis theologicis in Seminario région ah civitatis *Y.* operam dedit, et iam sacris initiari cupiens, S. Congregationem Consistorialem de opportuna ad rem facultate rogavit, a qua responsum accepit: « Inveniat Episcopum benevolum receptorem». Itaque, habitis litteris dimissorialibus ab Episcopo X - de eadem nempe regione cui Seminarium illud constitutum fuerat - per Episcopum praefatae civitatis *Y.* promotus est - ad sacram tonsuram die 14 iunii 1919, et postea ad superiores Ordines usque ad diaconatum inclusive, titulo quidem patrimonii sui. In litteris dimissorialibus pro diaconatu, .die 27 iulii 1919 datis ab Episcopo X., explicite legitur: « Tibi R. D. Subdiacono Iosepho *** e territorio *N.*, huic nostrae « *X.* dioecesi legitime incardinato, etc., facultatem facimus, etc. ». Ad presbyteratum tandem promotus, deinceps sacerdos Iosephus, quamvis numquam in eadem dioecesi *X.* moratus fuerit, nullumque beneficium obtinuerit, semper habitus est ut eidem dioecesi X. legitime incardinatus, adeo ut, teste Episcopo, « ut alio moraretur, semper legitimam discedendi facul« tatem obtinuit, quam et ipse nuper ad triennium ei prorogavit ». Nunc vero, orta aliqua dissensione inter sacerdotem Iosephum et Episcopum X.,

Iosephus, ad dioecesim suae originis *N.* adhuc se pertinere contendens, Sacram Concilii Congregationem adivit, postulans declarari dubium:

*Utrum sac. Iosephus *** pertineat ad dioecesim* X. *in Italia an ad dioecesim transalpinam 'N. in casui*

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — I. Recurrens sacerdos ita quidem arguit: Litterae Episcopi originis *M.* datae sunt ineunte mense ianuario a. 1917, quo nempe tempore ius ante Codicem adhuc vigebat. Porro in eodem iure, ex decreto Sacrae Congregationis Concilii diei 24 novembris 1906, dabatur quidem *laicorum excardinatio,* sed ea fere iisdem solemnitatibus et cautelis erat peragenda, quibus clericorum: signanter vero, excorporationis litterae in scriptis « ex iusta causa *et pro determinata dioecesi* » dandae erant (n. 1), nec effectum habere poterant nisi per subsequentem incorporationem. In casu autem litterae non diriguntur ad determinatum ullum Episcopum, ut palam est ex earum tenore; igitur accipi nequeunt ut litterae excorporationis laici hominis; quod etiam suadetur ex sequenti apposita conditione ne Iosephus beneficium ulhim in dioecesi *N.* sibi vindicaret aut postularet: haec enim conditio intelligi nequit si Episcopus *N.* voluisset excorporare e dioecesi laicum hunc Iosephum. Sunt igitur praefatae litterae Episcopi *N.* merae litterae testimoniales seu dimissoriales, quarum vigore Iosephus ordinari quidem potuisset ab alio quopiam Episcopo, sed tantum pro *sua* dioecesi originis *N.* Itaque, quum anno 1919 Iosephus in civitate *Y.* vigore *harum litterarum* ordinatus est, nonnisi pro sua dioecesi *N.* ordinatus est. In hac porro facti specie nihil regerere valet, quod ordinatio facta fuerit vigente iam iure Codicis, ex cuius praescripto, can. 111, «per receptionem « primae tonsurae clericus adscribitur seu, ut aiunt, incardina" nr dioecesi « pro cuius servitio promotus fuit »; semper enim manet in casu, ex litteris Episcopi *N.j* Iosephum promotum fuisse pro servitio dioecesis *N.,* quia, ex can. 963, « litterae dimissoriae semel concessae, non exstinguuntur reso- « luto iure dantis ». Haec confirmantur ex eo quod, si dicas Iosephi incardinationem, post Codicem factam, ex solo iure Codicis esse aestimandam, neque sic constat Iosephum iuris esse Episcopi *X.* in Italia: quum in dioecesi *X.,* fatente Episcopo, nullum domicilium Iosephus acquisierit, ne quidem per iuramentum, ad normam const. *Speculatores,* quod neutiquam praestitit, et ideo, ad normam can. 956, Episcopus *X.* minime proprius Iosephi erat, ad eius ordinationem quod attinet. Itaque, si negatur Iosephum pertinere ad dioecesim suae originis *N.,* cum demonstretur nec pertinere ad dioecesim *X.,* habebis clericum vagum, cuius incardinatio nunc facienda erit ecclesiae quam ipse seliget, in ea domicilium figendo.

. II. Ex adverso haec opponebantur. Excorporatio et incorporatio laico-

rum, ut constat ex laudato decreto S. C. Concilii 24 nov. 1906, in iure antiquo ignota erat: adeo ut eadem S. Congregatio, in decreto *A primis,* diei 20 iulii 1898, expresse statuerit, n. 6: « Ad laicos quod attinet, standum esse dispositionibus Constitutionis *Speculatores* ». « Sed pluribus in locis - ita pergit decretum a. 1906 - mos iam pridem invaluerat ut quaedam litterae quasi excardinatoriae seu excorporationis aut *exeat* nuncupata» laicis quoque traderentur..., quibus litteris Episcopus originis laicum suas dioecesis subditum dimittebat, et ius nativum, quo pollebat eum in clericalem statum adscribendi, in alium Ordinarium transferre eique ceder* videbatur: et vicissim hic illum suscipiens eum proprium subditum sibi facere et qua talem ad primam tonsuram et sacros Ordines promovere libere posse arbitrabatur, quin aut ratione domicilii aut ratione familiaritatis subditus sibi esset iuxta Constitutionis *Speculatores* praescripta ». Ut plane liquet ex his verbis, excorporatio nonnisi quandam conditionem ponebat *liceitatis* futurae incardinationis facto collationis primae tonsurae sequuturae: et revera auctoritas Episcopi originis in nondum clericum, nondum exsistebat actu, sed anticipatione quadam intelligebatur. Itaque, licet excorporatio invalida ex defectu formae fuisset, post susceptam primam tonsuram, per hanc valide incardinato clerico, res redire non poterat ad priorem condicionem, quum subditi status iam valide mutatus fuisset. Quibus praemissis:

a) aut in casu dixerimus excorporationem revera intentam fuisse ab Episcopo *N.*, et tunc, post iam susceptam sacram tonsuram et sacros Ordines ab Episcopo *X.*, nihil nocet defectus formae excorporationis, quatenus in incertum Episcopum concessae;

b) aut, quod longe praestat, litteras Episcopi *N.* interpretabimur pro simplici licentia Iosepho data inveniendi Episcopum benevolum recepto* rem (prout revera eas videtur interpretata S. Congregatio Consistorialis) ad effectum *excorporationis* suo tempore peragendae; et tunc, promulgato interim Codice - qui omnem necessitatem excorporationis pro laicis, etiam ad liceitatem, prorsus sustulit - epistola ipsa Episcopi *N.* nullum iam praestat impedimentum, quominus incardinatio clerici, anno 1919 facta, ad normam solius Codicis aestimetur.

Iamvero a. 1919, Iosephus in Seminario regionali Y., de cuius regione est etiam dioecesis *X.,* versabatur. Quum ex dictis, domicilium suae originis *N.* iamdudum amisisset, nec proprium alicubi constituisset, erat iure *vagus;* talisque manere poterat ante clericalem initiationem. Cum vero sacra tonsura donandus esset, ex praescripto S. C. Consistorialis, debuit sibi Episcopum benevolum receptorem invenire, hoc est dioecesim quaerere cuius servitio se offerret (nam non *recipitur* quis nisi prius

sese offerat) et in qua iure reciperetur: talemque Episcopum invenit Ordinarium *X*. Hinc pronum est inferre eum. tonsura suscepta, dioecesi *X*., pro qua fuit promotus, esse incardinatum ad normam can. 111, § 2. Nec obstat quod servitium tale *de facto* postea non praestiterit: id enim, non impedit quominus ad illud praestandum tunc se exhibuerit; ceterum, si non de facto, de iure illud adeo praestat, ut commutatio loci, si ita loqui fas est, fiat de licentia Episcopi, qui illi *permittit* ut alio moretur. Nec etiam obstat quod domicilium in eadem dioecesi *X*. tunc non habuerit: hinc enim ad summum - praescindendo a responso S. C. Consistorialis - id arguere liceret, Episcopum in casu contra praescriptum can. 956 egisse: unde certe non sequitur tonsuram invalide collatam fuisse; ad incardinationem vero ex facto tonsurae satis est, ex can. 111, § 2, propositum, in casu sufficienter manifestatum, sese mancipandi servitio et obedientiae Ordinarii dioecesis pro qua quis promovetur; adeo ut, ex eodem can. 956, superfluum evadat iuramentum stabilitatis et, absque formali excardinatione, de qua can. 113 et 969, ad aliam dioecesim transire sic tonsuratus nequeat. Quod apprime congruit primaevae Ecclesiae disciplinae, vi cuius, teste Emo Gasparri, *de sacra Ordinat.*, II, 802, « quilibet Episcopus erat *proprius* « pro ordinatione laici, idest poterat laicum cuiuscumque dioecesis ordi- « nare, et ordinatus ita perpetuo ecclesiae ordinantis adscribebatur, ut « non posset ad aliam dioecesim transire, aut sine eius licentia ab alio « Episcopo ad altiores Ordines promoveri ».

Nec omittendum est quod in casu domicilium de iure non videtur defecisse: nam ex quo Iosephus, post inventum Episcopum benevolum receptorem X., in Seminario regionali manere perrexit, perinde erat ac si in Seminario dioecesano degisset: ita enim constituta sunt Seminaria regionalia pro studiis philosophicis et theologicis in Italia, ut suppleant quod in singulis dioecesibus constituere Seminarium dioecesanum iam non datur; argumento ducto ex analogia cum publicis coemeteriis in quae, ut notum est, singuli parochi suum ius integrum servant quod obtinebant in proprium cuiusque paroeciae coemeterium. Iure, itaque, nec ex errore, Episcopus X. in dimissorialibus pro diaconatu asserere potuit: « Tibi E. D. subdiacono Iosepho, e territorio *N*. oriundo, nunc nostrae dioecesi legitime [nempe per susceptionem sacrae tonsurae] incardinato, facultatem facimus », etc. Quare, etc.

RESOLUTIO. — In plenario conventu Sacrae Congregatio Concilii, habito die 10 martii 1923, ad propositum dubium:

*Utrum sac. Iosephus *** pertineat ad dioecesim* X. *in Italia an ad dioecesim transalpinam* N.

Emi Patres respondendum censuerunt: *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram.

Factaque postmodum SSmo Dno Nostro Pio div. Provid. PP. XI relatione per infrascriptum S. C. Subsecretarium, Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis :

5 decembris 1923. — Instituti Fratrum Instructionis Christianae a Sancto Gabriele, olim a Sancto Spiritu, nuncupati *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationem Sororum ab Immaculata Conceptione B. M. V., Tertii Ordinis Sancti Francisci nuncupatam, cuius domus princeps sita est in archidioecesi Olomucensi, *approbavit, itemque eius Constitutiones, esperimenti gratia, ad septennium.*

— Instituti Presbyterorum a Sacro Corde Iesu nuncupati *Constitutiones definitive approbavit.*

6 ianuarii 1924. — Congregationem Sororum a Praesentatione B. V. Mariae, Dubuquen. nuncupatam, cuius domus princeps sita est in loco vulgo *Mount-Loretto,* Jowa, in archidioecesi Dubuquensi, *approbavit et, ad septennium, experimenti gratia, eius Constitutiones.*

— Instituti Sororum a Maria Auxiliatrice, vulgo *de Marie Auxiliatrice* nuncupati, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationis Fratrum a Sancto Vincentio a Paulo nuncupatae *Constitutiones definitive approbavit.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

27 novembris 1923. —• *Vicarius Apostolicus Caronemis,* R. P. Benventitus a Oarucedo (Didacus Alonso), ex Ord. Min. Cappuccinorum.

28 novembris. — *Vicarius Apostolicus de Kilima-Njaro, in Africa Orientali,* E. P. Henricus Gogarty, ex Instituto a Spiritu Sancto.

11 decembris. — *Vicarius Apostolicus Hondurensis,* E. P. Ioseph A. Murphy, e Societate Iesu.

13 decembris. — *Vicarius Apostolicus de Hupè Occiduo-Meridionali,* B. P. Trudo Jans, ex Ordine Fratrum Minorum.

9 ianuarii 1924. — *Vicarius Apostolicus de Bagamoyo, in Africa Orientali,* E. P. D. Bartholomaei:^ Stanislaus Wilson, ex Instituto a Spiritu Sancto.

Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando :

Revmus Ioannes Hagan, Antistes Urbanus, Rector Pontificii Collegii Hibernici de Urbe, adscitus est in Consilium Generale Superius Pontificii Operis a Propagatione Fidei, p»o Hibernia.

Revmus Ioannes Neuhaeusler, Secretarius Societatis pro Missionibus, vulgo « Ludwig Missionsverein » dictae, renuntiatus est Praeses Consilii Nationalis eiusdem Pontificii Operis pro Bavaria.

Revmus Carolus Albertus Martins do Rego, Protonotarius Apostolicus ad instar participantium et canonicus Ecclesiae cathedralis Lisbonensis, pariter renuntiatus est Praeses Consilii Nationalis eiusdem Pontificii Operis pro Lusitania.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

BURDIGALEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE TERESIAE CAEOLAE DE LAMOUROUS, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A MISERICORDIA.

Exeunte saeculo decimo octavo et ineunte decimo nono, licet nobilis gens gallica difficillimis illis temporum rerumque circumstantiis turbata fuisset," non ' defuerunt viri ac mulieres caritate Dei et proximi flagrantes, veluti stellae in nubibus et tenebris lucentes, quae Christi pacem et imaginem mente, verbo et opere retulerunt, ad optatum, solatium, subsidium et utilitatem humanae societatis. Ex his recensenda nunc est Ancilla Dei Maria Teresia Carola de Lamourous, fundatrix Instituti Sororum a Misericordia, de cuius beatificationis et canonizationis Causa introducenda apud sacrorum Eituum Congregationem disceptatum est. In oppido *Bursae,* prope Burdiga.lam, die I° novembris anno 1754, e Ludovico de Lamourous et Teresia de Vincens, antiquo et nobili genere nata, in curiali templo baptizata fuit et domi, sub custodia et disciplina piae genitricis, catholicae religionis mysteriis bonisque moribus instituta. Succrescens coaevas puellas et minores fratres ac sorores ad pia et bona opera excitabat, cum ipsis etiam domesticis curis et manualibus laboribus navans. Undecim agens annos, ferventi desiderio et affectu sanctissimam Eucharistiam prima vice sumpsit, quam deinde virtute profieiens fere quotidie devote recepit. Dum Maria Teresia cogitabat se totam in religione approbata Deo mancipare, contigit eodem anno tum obitus suae dilectae genitricis, tum rerum publicarum in Gallia perturbatio, qua furente omnes familiae religiosae per vim et nefas a suis coenobiis et monasteriis expulsae sunt. - In saeculo manere coacta, urgente tamen caritate Christi, praesto fuit, etiam cum discrimine vitae, succurrere miseris, praesertim sacrorum alumnis atque Ecclesiae ministris, in illa seditione ac tumultu deiectis et ad mortem quaesitis, quos latentes et clam sacris operantes Ipsa invisebat ad pietatem et caritatem mutuis officiis exercendam. Tunc, Deo volente, Maria Teresia novit optimum sacerdotem Iosephum Chaminade, cuius Causa beatificationis et canonizationis, apud sacram Rituum Congregationem iam introducta, bene progreditur. Illum uti suae conscientiae mode-

ratorem elegit, eiusque ductu et consilio, sub anno 1796, Serva Dei solemni sponsione Sacratissimo Cordi Iesu se obtulit victimam piacularem ad reparandas iniurias divinae Maiestati inlatas et ad pacem et tranquillitatem Ecclesiae et patriae ab ipsa divina clementia impetrandam. - Interim piae mulieres quum asylum puellis a vitio redimendis destinatum instituissent, eius regimen Ancillae' Dei, notae et probatae virtutis, cuius naturam aeque ac personam aptam ad rem aestimabant, sponte proposuerunt. Quod opus, propter metum cum difficultate coniunctum dirigendi huiusmodi asylum statim recusavit; sed deinceps, consilio et hortatu sui moderatoris, et memor studii Boni Pastoris ad recuperandam unam ex grege ovem amissam et laetitiae Angelorum super uno peccatore poenitentiam agente, propensa voluntate libenter suscepit. - Hanc poenitentiae domum ingressa, illas puellas et foeminas omni cura et amore prosequuta est; atque ipsae laboribus et officiis bonae matris condignae responderunt. - Ad firmitatem et incrementum Operis quod poenitentium numero in dies crescebat, Institutum Sororum a Misericordia erigendum curavit, adlectis in sodales et adiutrices in eo caritatis ministerio puellis eiusdem spiritus et vocationis. Ipsa Fundatrix conscripsit Eegulas, tum pro religiosa familia gubernanda, tum pro poenitentibus regendis et emendandis, quas distinctas Regulas, non minus sapientia et prudentia quam caritate plenas, ecclesiastica auctoritas laudavit et probavit. Quibus autem subsidiis Maria Teresia suum Opus sustentaret, compertum est recenseri eius fiduciam in divinam Providentiam cum fervida prece totius Communitatis, benefactorum stipem ac liberalitatem, assiduum laborem Sororum et poenitentium. Hisce validis auxiliis suffulta, probante P. Chaminade, Conventum *ab Annuntiatione* emere non dubitavit, in quo et sedem Instituti a Misericordia posuit. Quum ad centum pervenisset numerus foeminarum receptarum, fama caritatis Servae Dei eiusque Operis per totam provinciam diffusa, Deo sic disponente, allexit et attraxit ad invisendum asylum, anno 1808, ipsum administrum Status Maret, qui imperatorem Napoleonem I Baionam comitatus est, quique non solum Mariam Teresiam eiusque Opus admiratione, laude et benevolentia complexus est, sed etiam, singulari misericordia motus, conspicuam pecuniae summam e publico aerario erogandam obtinuit ab ipso Imperatore, qua partim praefati Conventus pretio solvendo, partim illius necessariae et opportunae reparationi provisum fuit. - Volvente anno 1813, licet aetate gravi et tenui valetudine laborans, Serva Dei Lutetiam Parisiorum petiit, ubi, bene accepta, pro suis poenitentibus nicotiani folii fabricationem impetravit, sicque pio Operi tutos procuravit reditus. Burdigalam reversa ad roborandum et amplificandum Institutum a Misericordia, suis sodalibus et adiutricibus

religiosas vestes dedit non multo dissimiles a modesta veste saeculari, quasi monitum de inita vita communi ducenda et de officiis pietatis et caritatis bene gerendis. Mirabile dictu est quantam sedula et operosa moderatrix sibi conciliaverit admirationem et existimationem civium et praesulum Burdigalensium et singularem amoris affectum Sororum et poenitentium, quae trecentae circiter erant, eamque uti dulcissimam matrem habebant et appellabant. - Eo tempore accidit eventus in actis processualibus relatus et miratione dignus. Maria Teresia vetustam asceterii cappellani restituere et eleganter ornare voluit. Instabat dies pro pacta pecunia solvenda, deficiente etiam pane pro Communitate. Pia mulier cappellani adit et, ante altare- Ssmi Sacramenti genuflexa, effusis precibus et lacrymas diu orat. Inde surgit et, cum simplicitate et fide¿ ostiolum divini tabernaculi pulsat, dicens: « O bone Iesu, filiae tuae gra« vibus sunt in angustiis: adiuva, quaeso, illas, Domine! ». Ees mirabilis! Continuo pulsatur ad fores piae domus, et persona benefica adest, quae pecuniae summam bonae matri largitur ut aes alienum solveret et abundantem panem pro alimento totius Communitatis mittit ad domum *misericordiae,* quae et *providentiae* nuncupari posset. In his et similibus adiunctis Serva Dei suam fecit divinam sententiam: « Iactabo super Dominum « curam meam, et ipse me enutriet ». *(Psalm. LTV,* 23). - Praecipue tamen Maria Teresia, utpote religiosa et praeposita, suam suarumque filiarum et ancillarum, spiritualem utilitatem promovere studebat. Ad hoc convenit quod aiebat S. Augustinus de se et de animarum curatoribus: « In eo « quod christiani sumus, attenditur utilitas nostra; in eo quod praepositi, « nonnisi vestra » *(Serm. CLXV de Temp.).* « Nolite quiescere lucrari « Christo, quia lucrati estis a Christo » *(Tract. X in loann.).* - Virtutes Famulae Dei copiose describuntur in Processu Informativo et summatim sunt: assidua oratio mentalis et vocalis, mirabilis caritas in Deum et proximum, suavis fortitudo et patientia in angustiis et adversitatibus, poenitentia et abstinentia, fiducia in divinam Providentiam, zelus gloriae et regni Dei, pietas erga Iesum Redemptorem eiusque sanctissimam genitricem Mariam, atque Angelos et sanctos tutelares, demum obedientia, reverentia et in sanctam Ecclesiam eiusque caput visibile, Christi Vicarium, Romanum Pontificem, praesules ecclesiasticos et potestates civiles. Quae quidem virtutes suavem odorem sanctitatis adhuc spirant et effundunt in tota regione Galliae meridionalis, cum bonorum fructu operum. - Tandem Ancilla Dei, quae ab anno 1823 arthritide chronica laboraverat et per tredecim annos e lectulo aegritudinis vigili sollicitudine et prudentia Pium Opus et Religiosum Institutum gubernabat, patiens et laeta sustinens poenas et dolores quasi dona et charismata caelestia, praegu-

stans mercedem illam magnam: « Beati misericordes, quia misericordiam «consequentur» et «misericordias Domini in aeternum cantabunt », piissime obiit, die decimaquarta, mense septembri, anno 1836, aetatis suae octogesimo secundo. Maria Teresia migravit in patriam atque, expectans carnis resurrectionem, adhuc vivit in memoria et benedictione hominum. Fama enim eius sanctimoniae in vita et post obitum magis in dies clarescens, viam aperuit Processui Informativo super ea condendo auctoritate Ordinaria in Archiepiscopali Curia Burdigalensi; quo expleto et ad sacram rituum Congregationem transmisso, praesens quaestio de Causa beatificationis et canonizationis introducenda, servato iuris ordine, proposita et discussa est. Itaque, instante Rmo P. Augnstino Subiger, e Societate Mariae (vulgo *Marianistis),* huius Causae postulatore, quum, revisione scriptorum Famulae Dei rite peracta, decreto diei 12 ianuarii 1920 sancitum fuerit: *nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit,* attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Revmorum. Archiepiscoporum et Episcoporum dioecesium et missionum Galliae, necnon Capitulorum ecclesiarum cathedralium, parochorum, superiorum generalium Ordinum et Congregationum religiosarum, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 13 novembris 1923.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Burdigalen. Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae de Lamourous, Fundatricis Instituti Sororum a Misericordia, die 14, eisdem mense et anno.

© **A. CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

CONSTANTIEK. SEU ABBINOEK".

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE MAGDALENAE POSTEL, VIRGINIS, FUNDATRICIS ET PRIMAE SUPERIORISSAE GENERALIS INSTITUTI SCHOLARUM CHRISTIANARUM A MISERICORDIA.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet, post indultam a Sede Apostolica eidem Beatae venerationem, in casu et ad effectum^ de quo agitur?

Quum de duabus hisce, quae ad cognoscendum fuerant propositae, disceptaretur sanationibus, quaeque meritis et precibus Beatae Mariae Magdalenae Postel referuntur acceptae, quaedam obortae sunt difficuleultates, quae, prout earum fert natura sibique proposuerant, qui eisdem excitandis suum appulerunt animum, detegendae et adquirendam veritati non parum profuerunt.

Equidem, inde ab initio prosperis sane auspiciis ista, quae de miraculis est, iudicialis inita fuit actio. Bini enim, qui, e praescripto iuris sacraeque huius Congregationis mandato, pro unaquaque sanatione adlecti sunt periti viri, sanationem ipsam naturae superasse vires, concordi arbitrati fuerunt sententia; quodque maius est praestantius, eisdem duobus ita sentientibus tertius quoque adstipulatus postea est peritus, qui, iussu pariter legis, ex officio fuerat accitus. Quapropter, si quis fortasse autumare potuerit omnia iam haberi in promptu, ut, secundum actorum vota, definiretur et absolveretur Causa, in errorem ille incidisse dicendus est, quippe qui, quaenam iudicum, quaenam vero peritorum peculiares esse debeant partes, non satis advertit animo. Unusquisque enim et iudex et peritus suum proprium servat separatumque munus, quod periti est adiuvare iudicem, iudicis autem edicere sententiam; ideoque integrum relinquitur iudici admittere vel reticere periti conclusiones, dummodo, cum decidendi reddit rationes, patefaciat quibus motus argumentis sic ille se gesserit; iudici quippe imponitur onus non peritorum tantum conclusiones, etsi concordes, sed cetera quoque Causae adiuncta attente perpendendi. Hae sunt, quae, cum de iudicialibus peritis est sermo, cumque de peculiaribus quibusdam agitur dignoscendis et diiudicandis quaestionibus, quas technicas appellant, apud omnia tribunalia perpetuo viguerunt vigentque normae; earum

idcirco vestigiis, ut consentaneum et exspectandum prorsus erat, instituit iuris canonici Codex. Quae namque nuper describere consilium et cura fuit, eadem omnino verba sunt, quae in eiusdem iuris canonici Codicis n. 1804 prostant canone.

Rem, facto calculoque suo, confirmare visus est sacer hic Ordo. Nam, cum ad praeparatoriam ventum est Congregationem, Reverendissimi Cardinales, nonnullorum Consultorum auditis suffragiis, censuerunt suetum augendum in casu esse peritorum numerum; quandoquidem, ut ad ulteriora in Causa tutius fieri posset progressus, valde e re esse putarunt, quartum unoquoque super facto disceptationi subiecto advocandum et audiendum adhuc esse artis salutaris peritum. Quamvis enim qui praecesserant periti tres suam quisque expendendam sibi traditam sanationem sine prodigio fieri non potuisse opinati professique fuerint, hanc tamen, quam amplexati illi fuerant, non adeo perspicue, apte atque accommodate tuiti erant sententiam, ut eamdem profanis etiam medicaeque aut chirurgicae artis imperitis hominibus probare et suadere valuerint eorumque firmiter inducere in animum; praeter quam quod ambigendi quoque non deerat locus, utrum, quae praesto erat, iuridica necne existimanda esset probatio.

Medias inter istas ambiguitates et fluctuationes quartus qui advenit ex officio peritus, quae de illo ex citata erat, exspectationem sustinuit planeque replevit. Ipse quippe trium collegarum suorum praecedens iudicium ratum quidem habuit confirmavitque in substantialibus, sed nequaquam sese perhibuit sollicitum quoad accidentalia quaedam, utpote quae, dum nihil detrahere poterant perspectae miraculi veritati, miraculi ipsius nedum incommodam efficiebant conceptionem, verum et pro requisita suimet confirmatione non satis suppetiarum nanciscebantur in iis, quae legitime adquisita iudicialibus erant tabulis. Mox autem uterque quartus supra laudatus peritus, faciliore non minus quam efficaciore adhibito sermone, clarius et enucleatius tum illud explicuit, in quo situm esse deberet in uno et altero casu, miraculi subiectum, tum ex arduo atque aspero planum reddidit atque expeditum reliquum Patroni munus, demonstrandi videlicet, quibus opus erat, cuncta suppetere utriusque facti elementa; eaque insuper, prout, cum de miraculis agitatur quaestio, conditae iubent leges, iuridicae inniti probationi, quam oculati nimirum constituunt testes.

Quibus sane ex omnibus auspicato contigit, ut qui ad consultivum suum ferendum suffragium vocati erant, certam atque tutam caperent iudicii deliberationem; idque, post binas praehabitas, antepraeparatoriam scilicet et praeparatoriam, in generali enotuit praesertim Congregatione, quae, die quarta superioris mensis decembris, coram Sanctissimo Domino

nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Eeverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: *An, et de quibus miraculis constet, post indultam a Sede Apostolica Beatae Mariae Magdalenae Postel venerationem, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suas quisque ex ordine pandiderunt sententias, quas tamen intento laetoque persecutus quum fuisset animo Sanctissimus Dominus noster supremum Suum proferre distulit iudicium, communibus interea foederatisque fusis ad Deum precibus, maiorem divini luminis gratiam et copiam enixe imploraturus. Quumque mentem Suam manifestam facere postmodum statuisset, hodiernam designavit auspicatissimum Dominicam diem, qua tres Sapientes Deum Puerum adoratum perrexerunt. Eapropter, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo,* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis puellae Mariae Magdalenae Balley ab ulcerosa et decem per annos recidiva cheratite, sublato quoque leucomate, quod antea fuerat obortum;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis Armandae Tiphaigne ab encephalocele, seu, ut vocant, cerebri hernia.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit, octavo idus ianuarii anno MDCCCCXXIV.

83 A. **CARD. VICO**, Ep.. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

i

Causae]? in Tribunalis. E. Eotae anno 1923 actae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. MELEVITANA. - NULLITATIS MATRIMONII^ *ex capite vis et metus et disp ens ationis super matrimonio. rato et non consummato.*

Turnus Rotalis: T. Grazioli, *Ponens,* F. Parrilîo et F. Solieri.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: Y. Pozzan.

Dubia: « **I.** An constet de matrimonii nullitate in casu. Et, quatenus negative: **II.** An consilium praestandum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu ».

Sententia diei 15 ianuarii: « Ad **I.** providebitur in secundo. Ad **II.** affirmative ».

II. LUGANEN. - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. - DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: P. Rossetti, *Ponens,* E. Giumenti et M. Massimi.

Promotor iustitiae: F. Bracci.

Advocatus: Y. Sacconi.

Dubia: « **I.** An sit locus restitutioni in integrum in casu. Et, quatenus affirmative: **II.** An constet de diffamatione, ita ut sit locus reparationi et suspensionis irrogationi in casu ».

Sententia diei 19 ianuarii: « Ad **I.** Negative. Ad **II.** Provisum in primo ».

III. TRANEN. - CONVENTIONIS (Quaestionis incidentalis de competentia).

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri et **I.** Florczak.

Promotor iustitiae: F. Bracci.

Advocatus: Y. Sacconi.

Decisio diei 30 ianuarii: « Tribunal S. Rotae competens esse ad propositam quaestionem videndam et procedendum esse ad ulteriora ».

IV. MONTIS ALBANI. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defeotm consensus et* **DISPENSATIONIS SUPER RATO.**

1'umus Rotalis: F. Cattani Amadori, *Ponens,* R. Chimenti et M. Massimi.

Vinculi Defensor: **H.** QuattroGolo.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubia: « **I.** An constet de nullitate matrimonii in casu. **II.** An consilium praebendum sit SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu ».

Sententia diei 28 februarii: « Ad **I.** negative. Ad **II.** negative ».

V. INSULEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I.** Prior, *Decanus,* F. Cattani Amadori et A. Jullien, *Ponens.*

V metili Defensor: **H.** Quattrocolo.

Advocatus: **H.** Ben vignati.

Dubium: « An eonstet de nullitate matrimonii in casu».

Sententia diei 5 martii: « Negative ».

VI. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis ei metus.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri et **I.** Florczak.

Vinculi Defensor: **H.** Quattrocolo.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 10 martii: « Negative ».

VII. BAIOCEN. ET LEXOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis et ex capite vis et metus.*

Timms Rotalis: **I.** Prior, *Decanus,* U. Mannucci, *Ponens,* et **A.** Jullien.

Vinculi Defensor: **H.** Quattrocolo.

Advocatus: **V.** Pozzah.

Dubium: «An constet de nullitate 'matrimonii in casu».

Sententia diei 17 martii: « Negative ».

VIII. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite defectus consensus, nec non vis et metus ex parte viri.*

Turnus Rotalis: F. Cattani! Amadori, *Ponens,* R. Chimenti et M. Massimi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Cónte.

Advocatus: C Astorri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu».

Sententia diei 23 aprilis: « Negative ».

IX. **CINGÜLANA. - DAMNORUM** (quaestio incidentalis super competentia S. B. Eotae).

Turnus Botalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri et I. Florezak.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: A. **D**'Alessandri, **H.** Benvignati.

Decisio diei 30 aprilis: « S. Rotam incompetentem esse in casu ».

X. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 18 martii: « Negative ».

XI. **PANORMITANA. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo et F. Solieri.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: I. Ronco.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 11 iunii: « Negative ».

XII. *N. N.* - **NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* I. Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: V. Pozzan.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate ex capite impotentiae viri, in casu».

Sententia diei 14 iunii: « Affirmative ».

XIII. **ROMANA. - CREDITI.**

Turnus Rotalis: F. Solieri, *Ponens,* I. Florezak et U. Mannucci.

Advocati: C. Astorri, I. Guasco et F. Bersani.

Dubium: «An P. C. Graecum teneatur refundere P. C. Germanico-Hungarico taxam vulgo " ricchezza mobile „ ab hoc Fisco solutam et solvendam super censum in sortem scut. 17.000 de quo in instrumento 16 septembris 1768, rog. Quassa, et quoad praeteritum a qua die».

Sententia diei 22 iunii: « Negative ».

XIV. VICARIATUS APOSTOLICI CHANSI SEPTENTRIONALIS. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite amentiae mulieris.*

Turnus Botalis: **I.** Florçzak, *Ponens, U.* Mannucei et A. Jullien.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 30 iunii: « Affirmative ».

XV. *N. N.* - **NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite affinitatis.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* U. Mannucei et A. Jullien.

Vinculi Defensoris substitutus: **C.** Conte.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 3 augusti 1922 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

Sententia diei 3 iulii: « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate in casu».

XVI. BoGrOTEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, **I.** Grazioli, F. Parrillo, *Ponens.*

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 5 iulii 1923: « Affirmative ».

XVII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.* -

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo et F. Solieri.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Gonte.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 29 iulii 1922 confirmanda vel infirmanda sit in casu ».

Sententia diei 10 iulii: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu constare de matrimonii nullitate in casu ».

XVIII. *N. N.* - **NULLITATIS MATRIMONII,** *ex' capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: R. Chimenti, *Ponens,* M. Massimi et **I.** Grazioli.

Vinculi Defensor: **H.** Quattrocolo.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

"*Sententia* diei 16 iulii: « Affirmative ».

XIX. **VERONEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex defectu consensui.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri et **I.** Florezak.

Vineuli Defensoris substitutus: G. Conte.

Advocatus: **N.** Patrizi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

» *Sententia* diei 18 iulii: « Affirmative ».

XX. **MONTISPESSULANI. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: *R.* Chimenti, **M.** Massimi, *Ponens,* et U. Mannucci.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocati: **V.** Sacconi et A. **D**Alessandri.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 23 iulii: « Affirmative ».

XXI. **ALBIEN.** *(Incidentis super contumacia).*

Turnus Rotalis: **I.** Florezak, *Ponens,* U. Mannucci et A. Jullien.

Promotor Iustitiae: F. Bracci.

Advocati: **V.** Sacconi, A. D'Alessandri.

Dubia: « **I.** An appellationem adversus decretum contumaciae diei **16** iunii 1922 Sorores «Notre Dame», loci Albi, tempore utili prosequutae fuerint. **II.** An eadem appellatio admittenda sit. **III.** An sit locus restitutioni in integrum adversus decretum contumaciae de quo supra. **IV.** An idem decretum sustineatur in casu».

Sententia diei 24 iulii: « Ad I. Negative. Ad **II.** Provisum in primo. Ad **III.** Affirmative. Ad **IV.** Decretum in casu non sustineri ».

XXII. **PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et mstus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: **I.** Florezak. *Ponens,* U. Mannucci et A. Jullien.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocati: N. Ferrata et **V.** Sacconi.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate in casu».

Sententia diei 28 iulii: « Affirmative ».

XXIII. LINGONEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite- vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens, I.* Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 31 iulii: « Affirmative ».

XXIV. BOGOTEN. -NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: F. Solieri, *Ponens,* **I.** Florczak et **IT.** Mannucei.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: **V.** Sacconi.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 2 augusti: « Negative.

* **XXV. BIÏURICEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* F. Solieri et **L** Florczak.

Vinculi Defensor: Ii. Quattrocolo.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 4 augusti: « Affirmative ».

XXVI. ALGERIEN. — NULLITATIS MATRIMONII, *ex defectu consensus ex parte viri.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* **I.** Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensoris substitutus: C, Conte.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu».

Sententia diei 6 augusti: « Affirmative ».

XXVII. *N. N.* - **NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite affinitatis in primo gradu lineae collateralis.*

Turnus Rotalis: F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, **I..** Florczak.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu».

Sententia diei 10 augusti: « Negative ».

XXVIII. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* **E.** Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: À. Carabini.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii in casu».

Sententia diei 10 augusti: « Affirmative ».

XXIX. *'N. N.* **- NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

* *Turnus Rotalis:* A. Jullien, *Ponens,* **E.** Hindringer et F. Guglielmi.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocati: F. Bersani, **I.** P. Certo.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 27 octobris: « Negative ».

XXX. MONTISPESSULANI. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: **U.** Mannucci, *Ponens,* A. Jullien et **E.** Hindringer.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: N. Patrizi.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 6 novembris: « Affirmative ».

XXXI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: **IT.** Mannucci, *Ponens,* A. Jullien et F. Guglielmi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocati: N. Ferrata, **V.** Sacconi.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii in casu».

Sententia diei 21 novembris: «Affirmative».

XXXII. EOMANA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite conditionis appositae a viro contra matrimonii substantiam.*

Videntibus omnibus: **E.** Chimenti, *Ponens.*

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: «An constet de nullitate matrimonii in casu».

Sententia diei 23 novembris « Affirmative ».

XXXIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et- metus ex parte mulieris.*

Turnus Rotalis: JJ. Mannucei, *Ponens,* A. Jullien et **R.** Hindringer.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 7 decembris: « Affirmative ».

XXXIV. VERSALIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

Sententia diei 17 decembris: « Negative ».

XXXV. FUN CHALEN. - NULLITATIS MATRIMONII ET DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: M. Massimi, *Ponens,* **I.** Grazioli et F. Parrillo.

Vinculi Defensoris substitutus: C. Conte.

Advocatus: A. Wynen.

Dubium: **«I.** An constet de matrimonii nullitate, in casu. **IL** An consilium praestandum sit SSmo pro dispensatione a rato et non consummato ».

Sententia diei 21 decembris: « Ad **I.** Providebitur in secundo. Ad **II.** Affirmative ».

XXXVI. ALGERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII, *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: F. Cattani Amadori, *Ponens,* **R.** Chimenti et M. Massimi.

Vinculi Defensor: H. Quattrocolo.

Advocatus: N. Ferrata.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

Sententia diei 22 decembris «Negative».

II

Causae quae, eodem anno **1923,** transactae- fuerunt vel peremptae, vel quae, absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt: quibus adduntur *Decreta* quoad recursus contra libellorum reiectiones (can. **1709 § 3).**

T. **PLATIEN. - REFECTIONIS DAMNORUM**, coram **R. P. D.** Solieri.

Attenta declaratione Actricis qua interpositam appellationem revocat, decreto diei **2** februarii, **R. P. D.** Ponens declaravit liti finem impositam esse.

il. S. **ANGELI DE LOMBARDIS. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ev capite vis et metus,* coram **R. P. D.** Massimi.

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, decreto **R. P. D.** Ponentis diei **11** aprilis **1923,** appellatio declaratur deserta.

III. **CLODIEN. - REIECTIONIS LIBELLI**, coram **R. P. D.** Mannucci.

Libellum Tribunali Olodiensi exhibitum a Sac. Ioanne Lombardo legitime reiectum esse, ad normam can. **1946 § 2** n. **1,** Turnus decrevit die **9** maii.

IT. **PISTORIEN. - CREDITI**, coram **R. P. D.** Mannucci.

Cum inter partes inita sit concordia, **R.** P. **D,** Ponens, decreto diei **1** iunii, declaravit exstinctam actionem iudiciariam.

V. **RHEMEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite conditionis appositae eco parte viri,* coram **R.** P. **D.** Grazioli.

Cum nullus actus processualis per annum positus fuerit, **R.** P. D. Ponens, decreto diei **13** iulii, declaravit instantiam peremptam esse.

VI. **RUPELLEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite clandestinitatis,* coram **R.** P. **D.** Mannucci.

Attenta Actricis renuntiatione, **R.** P. **D.** Ponens, decreto diei **4** augusti, iussit acta causae reponi in Archivo.

VII. **ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite vis et metus,* coram **R.** P. **D.** Grazioli,

Cum Actor in causa a die concordationis dubiorum nullum alium posuerit processualem actum ad prosequendam appellationem adversus

sententiam -Vicariatus Urbis, R. P. D. Ponens, decreto diei 16~ augusti, instantiam peremptam edixit. .

VIII. **PATAVINA. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. Massimi.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per biennium, R. **P.** D. Ponens, decreto diei 17 octobris, instantiam declaravit peremptam (can. 1736 Cod. iuris can.).

IX. **MASSILIEN. - NULLITATIS MATRIMONII,** *ex capite defectus consensus,* coram R. P. D. Mannucei.

Attenta Actricis morte, R. P. D. Ponens, decreto diei 22 octobris, iussit acta reponi in Archivo.

X. **ROMANA. - REIECTIONIS LIBELLI**, coram R. P. D. Massimi.

Libellum exhibitum a D. *N. N.* Tribunali Vicariatus Urbis, legitime reiectum fuisse, quod actio, ad nullitatem matrimonii evieendam, omni iuris fundamento destituta apparuerit, decrevit Turnus die 10 novembris.

XI. **IACIEN. - REIECTIONIS LIBELLI**, coram R. P. D. Massimi.

Libellum Tribunali Iaciensi a R. D. Rosario Piamingo exhibitum, merito reiectum quoad iudicium criminale, admittendum esse quoad iudicium contentiosum, decrevit Turnus die 12 novembris.

Ex Cancellaria, 28 ianuarii 1924.

T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD RELIGIOSUM VIRUM FR. HIMERIUM A IESU, INSTITUTI FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM MODERATOREM SUPREMUM : DE EIUSDEM INSTITUTI OPERA AD STUDIA CLASSICA EXTENDENDA.

Très honoré Supérieur Général. — Souvent des membres de l'Episeopat, notamment des Etats-Unis dAmérique, ont sollicité le Saint-Siège de vouloir bien permettre aux Frères des Ecoles Chrétiennes l'enseignement de la langue latine dans leurs écoles, afin que leur oeuvre, déjà heureusement répandue, soit plus efficace et plus avantageuse dans les diocèses et dans les circonstances où il serait difficile de pourvoir à l'instruction classique des jeunes catholiques, sans les obliger à fréquenter l'école neutre de l'Etat ou celles des sectes protestantes.

Néanmoins, afin de maintenir l'Institut dans la plus grande fidélité possible à la Règle de son saint Fondateur, on n'a pas voulu modifier jusqu'ici, sur ce point, sa conduite traditionnelle, à l'exception de quelques cas particuliers et avec des restrictions opportunes.

Mais en présence du besoin toujours plus urgent qui se fait sentir dans maints endroits, et en considération du profond changement que les temps nouveaux ont apporté dans les programmes et les statuts scolaires, comme aussi de la plus large participation de toutes les classes de la société à toutes sortes d'études, Sa Sainteté estime que l'Institut des Ecoles Chrétiennes doive désormais étendre son enseignement aux études classiques, comme il l'a déjà fait, avec succès, pour les études supérieures techniques, même pour les classes aisées.

Aussi bien, profitant de l'occasion du prochain Chapitre général de l'Institut, qui se tiendra vers la fin du mois d'avril courant, Sa Sainteté a daigné me charger de vous manifester Son auguste volonté à ce sujet, afin que vous la communiquiez au Chapitre qui devra pratiquement étudier de quelle manière et dans quelle étendue on pourra réaliser ce dessein et indiquer les précautions qui lui paraîtront nécessaires.

Les résolutions du Chapitre devront ensuite être soumises à la Sacrée Congrégation des Religieux, qui, après les avoir examinées attentivement, en référera au Saint-Père.

Le Souverain Pontife entend toutefois bien explicitement que, par cette disposition, rien ne soit changé dans la nature de l'Institut, qui doit rester laïque, d'après la volonté de son Fondateur, et être composé exclusivement dé Frères laïques, et que son but principal, comme sa gloire première, doive être, à l'avenir aussi, l'instruction des enfants pauvres et l'enseignement de la Religion, selon la Bulle d'approbation de S. S. le Pape Benoît XIII, de s. m.: « Fratres... cavere debent ut pueros, «praesertim pauperes, ad ea quae ad bene christianoque vivendum perti- «nent, erudiant.... ».

Le Saint-Père sait bien qu'il procure ainsi aux dignes Fils de saint Jean-Baptiste de la Salle, déjà si méritants, l'occasion de nouveaux mérites et de nouveaux dévoûments, et, à cette fin et pour ce motif aussi, Il accorde d'autant plus cordialement à vous et à toute votre Famille religieuse la bénédiction apostolique.

Veuillez agréer, très honoré Supérieur Général, l'assurance de mon religieux dévoûment en Xotre-Seigneur.

Du Vatican, ce 17 avril 1923.

P. **CARD. GASPARBI.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 29 gennaio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Suor Maria Eufrasia Pelletier, Fondatrice della Congregazione delle Suore dette del Buon Pastore.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITT
DA TENERSI NELL'ANNO 1924

1. - *15 gennaio.* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli.
2. - *29* » Congregazione generale sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Maria di S. Eufrasia Pelletier.
3. - *19 febbraio.* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del Ven. Giuseppe Cafasso.
4. - *26* » Congregazione Ordinaria.
6.-11 marzo. Congregazione Preparatoria sopra i miracoli del B. Giovanni Battista Vianney.
6. - *18* » Congregazione generale sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Lorenzo Imbert e Compagni.
7. - *8 aprile.* Congregazione preparatoria sopra le virtù della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini.
8. - *29* » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Maria Michelina del Ssmo Sacramento.
9. - *13 maggio.* Congregazione Preparatoria sopra i miracoli della B. Maddalena Sofia Barat.
10. - *20 maggio.* Congregazione Ordinaria,
lì. - *27* » Congregazione generale.
12. - *3 giugno.* Congregazione Ordinaria Particolare.
13.-77 » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Venerabile Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard.
14. *8 luglio.* Congregazione generale.
15. *15* » Congregazione Ordinaria.

16. - *22 luglio.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Venerabile Serva di Dio Bernarda Soubiroiis.

17. - *5 agosto.* Congregazione generale.

18.-12 » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Beata Teresa del Bambino Gesù.

19. - *21 ottobre.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del B. Pietro Canisio.

20. - *4 novembre.* Congregazione Preparatoria.

2L. - *18* » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Natale Pinot.

22. - *25* » Congregazione Ordinaria.

23. - *2 dicembre.* Congregazione generale.

24. -*9* » Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio, segni o miracoli del Servo di Dio Michele Abba Ghebre.

25. - *23* » Congregazione Preparatoria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE '

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si ë degnato di nominare:

20 novembre 1923. Monsig. Carlo Grano, *addetto all'archivio della Segreteria di Stato.*

là gennaio 1924. L'Emo Sig. Card. Aurelio Galli, *Membro della Saera Congregazione per gli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

19 » » L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Membro della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

21 » » Il Ri*[1] o P. Guglielmo di S. Alberto, dei Carmelitani Scalzi, *Consultore della S. C. di Propaganda Fide.*

28 » » Monsig. Silvio Fagiolo, *Consultore della S. C. dei Sacramente*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26novembre 1923. L'Emo Sig. Cardinale Guglielmo Van Rossum, *Protettore delle Figlie del Preziosissimo Sangue.*

22 gennaio 1924. Monsig. Francesco Lazzara, *Prelato Referendario della Segnatura Apostolica.*

25 » » Monsig. Vincenzo Bianehi-Cagliesi, *Protonotarii Apostolico di numero partecipante.*

Assistenti al Soglio Pontificio :

30 novembre 1923. Monsig. Leone de Mergel, Vescovo di Eichstätt.
10 gennaio 1924. Monsig. Felice Del Sordo, Vescovo di Alife.
17 » » Monsig. Damaso Pio De Bono, Vescovo di Caltagirone.

Protone-tari Apostolici ad instar participantium:

21 gennaio 1924. Monsig. Emmanuele Corragioni d'Orelli (Roma).
24 » » Monsig. Giuseppe Zajchowski, dell'archidiocesi di Leopoli dei Latini.

Prelati domestici di S. S.:

20 dicembre 1923. Monsig. Giuseppe Migone (Roma).
8 *gennaio 1924.* Monsig. Vincenzo Maratea, della diocesi di Campagna.
» » » Monsig. Adolfo Johannes, dell'archidiocesi di Bamberga.
» » » Monsig. Massimiliano Heimbucher, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Battista Höfner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pietro Quealy, della diocesi di Brooklin.
15 gennaio » Monsig. Alfredo Paré, dell'archidiocesi di Quebec.
» » » Monsig. Domenico Marsiglia, dell'archidiocesi di Benevento.
» » » Monsig. Giuseppe Kettemann, dell'archidiocesi di Bamberga.
» » » Monsig. Taddeo Stahler, della medesima archidiocesi.
18 » » Monsig. Antonio Bezerra de Menezes, della diocesi di Piauhy.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

8 *gennaio 1924.* Al sig. prof. Nicola Festa, Ordinario di Letteratura greca nell'Università di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

17 gennaio 1924. Al sig. Ferdinando A. L. van den Bergh (Olanda).

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

16 *gennaio 1924.* Al sig. Tommaso Antongini, della diocesi di Novara.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

16 gennaio 1924. Al sig. Giovanni Gioì, della diocesi di Ceneda.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

8 gennaio 1924. Al sig. avv. Arcangelo Piotti (Roma).
9 » » Al sig. Carlo van Aelst, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. dott. prof. Arminio Tsehermak Seysenegg, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Al sig. dott. Carlo Kunzl, della medesima archidiocesi.
10 » » Al sig. Domenico Vu-Quang-'Nha, del vicariato apostolico del Tonchino Centrale.
18 » » Al sig. dott. Adolfo Lechner, della diocesi di S. Ippolito.
20 » » Al sig. Giorgio Herlin, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Francesco Flipo-Lefebvre, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

3 gennaio 1924. Al sig. Helge Jacobsen, del Vicariato Apost, di Danimarca.
8 » » Al sig dott. Angelo Ariotti, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 gennaio 1924. Al sig. Andrea Jassa Bichara, della diocesi di Tebe.
9 » » Al sig. Carlo Luzianovick, della diocesi di Alessandria di Egitto.
16 » » Al sig. Ernesto Verlischi (Roma).

MAGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

4 gennaio 1924. Monsig. Paolo Antonio Dedola, della diocesi di Campagna.
» » » Monsig. Francesco Saverio Hartmann, della dioc. di Augsburg.
7 » » Monsig. Antonio Ferrerò, della diocesi di Mondovì.
10 » » Monsig. Adalberto Derfìniak, della diocesi di Cassovìa.
11 » » Monsig. Domizio de Paula Nardy, dell'archid. di Marianna.
» » » Monsig. Francesco Saverio Eggersdorfer, della diocesi di Passavia.

11 gennaio 1924. Monsig. Giuseppe Brunner, della medesima diocesi.
» » » Monsig Antonio Faist, della diocesi di Secco via.
12 >; » Monsig. Ladislao Molnár, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Francesco Fallenbüchl, della medesima archidiocesi.
16 » » Monsig. Michele Giorgi, dell'archidiocesi di Camerino.
17 » » Monsig. Clemente Cüppers, della diocesi di Münster
» » » Monsig. Antonio Medved, della diocesi di Lavant.
19 » » Monsig. Cuomo Laudando, della diocesi di Acerra.
» » » Monsig. Vincenzo Pascarella, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe De Lucia., della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Benato Delair, della diocesi di Nizza.
» » » Monsig. Alessandro Sipiaguine, della diocesi di Namur.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

24 settembre 1923. Monsig. Ilario de Soloeta, della diocesi di Vittoria.
11 gennaio 1924. Monsig. Gioacchino Neves Perreira, dell'archidiocesi di Marianna.
» » » Monsig. Francesco Lopes de Araujo, della medesima archidiocesi.
17 » » Monsig. Filippo Bricca (Boma).

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

16 gennaio 1924. Il sig. Giacomo Enrico Lenglart, della diocesi di Lilla.
» » » Il sig. Giorgio Alfredo Vermesch, della medesima diocesi.
19 » » Il sig. Carlo Kleckens, della diocesi di Bois-le-Duc.

Cappellano segreto d'onore di S', S.:

12 gennaio 1924. Monsig. Emilio Faggioli, dell'archidiocesi di Bologna.

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

lO gennaio 1924. Monsig. Giuseppe Antonio Naso, della diocesi di Nicotera e Tropea.

NECROLOGIO

20 gennaio 1924. Monsig. Luigi Boschi, Vescovo di Ripatransone.
23 » » Monsig. Vincenzo Bacchi, Vescovo di Faenza.
27 » » Monsig. Giuseppe Fiorenza, Arcivescovo tit. di Claudiopolk

Annus XVI - Vol. XVI 1 Martii 1924 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARI UM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTEBAE APOSTOLICAE

I

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE KIMBERLEY, IN AFRICA MERIDIONALI, ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KROONSTAD.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere et feliciter eveniant, ea ut mature praestemus Nos admonet supremi apostolatus officium, quo in terris divinitus fungimur. Quare, ut uberes salutis fructus in apostolico vicariatu de Kimberley, in Africa meridionali, huc usque suscepti laetius augeantur in dies, opportunum 'visum est consilium ab ipso vicariatu nonnullos civiles districtus distrahere atque inde separatam efformare missionem. Itaque, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. É. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, e vicariatu apostolico de Kimberley superenunciato, curis concredito Missionariorum Instituti Oblatorum Ssmae et Immaculatae Virginis Mariae, decem districtus civiles, nempe *Kroonstaä, Vredefort, Heilbron, Lindley, Senelcal, Bethlehem, Fiehsburg, Harrismith, Vrede,* dimidiamque partem civilium districtuum de *Hoopstad, Winburg* et *Ladybrand* distrahimus et separamus, atque inde novam praefecturam apostolicam *de Kroonstad* nuncupandam effingimus, alumnorum nationalitatis germanicae Instituti a Spiritu Sancto curis tradendam. Novae autem huius apostolicae praefecturae de Kroonstad limites sint sequentes: ad occidentem et ad septentrionem cursus fluminis *Val* et

provincia civilis Transvaalensis; ad orientem provincia civilis Natalensis et vicariatus apostolicus de Basutoland; ad meridiem cursus fluminis *V et* et linea quae ab hoc flumine incipiens urbem de *Marseilles* tangit et a *Maseru* finem habet.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis novembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASP ARRI,** *a Secretis Status.*

II

EX DISMEMBRATIONE VICARIATUS DE FO-KTEN, CUI IN POSTERUM NOMEN FIT DE FOOCHOW, EFFORMANTUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE FUNIN Gr ET PRAEFECTURA APOSTOLICA DE TINGCHOW IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ad maiorem Dei gloriam ehristianaeque fidei incrementum expedit ut, praesertim in longinquis missionibus, aucto numero Pastorum, Dominici gregis incolumitati et bono prospiciatur. Iamvero cum venerabilis frater Franciscus Aguirre, Episcopus titulo Botryensis et Vicarius Apostolicus de Fo-kien in Sinis, Nos instanter flagitaverit ut suae iurisdictionis territorium ob nimiam amplitudinem in plures partes divideretur novaeque missiones proinde erigerentur: Nos, praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titulo Theodosiensis et Apostolici in Sinis Delegati, collatis consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, praelaudati Praesulis votis adnuendum censuimus, ideoque haec quae infra scripta sunt statuimus ac mandamus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis pletudine, praesentium vi, a vicariatu apostolico de Eo-kien dismembramus

sive separamus: I. Territorium quod complectitur praefecturam civilem de *Funing,* quod in vicariatum apostolicum erigimus cui nomen facimus vicariatus apostolici *de Funing** - II. Territorium quod comprehendit praefecturam civilem de *Tingehow,* illudque in praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen facimus praefecturae apostolicae *de Tingehow.* - Has vero novas missiones sic per Nos erectas Ordinis Praedicatorum curis concredimus. - Denique vicariatum apostolicum *de Fo-Jcien,* enumeratis territoriis imminutum, exinde ab urbe principe vicariatum apostolicum *de Foochow* appellandum esse iubemus.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ilhgque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis decembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

III

DISMEMBRATO TERRITORIO EX PRAEFECTURA APOSTOLICA SUMATRAE, IN POSTERUM DE PADANG NUNCUPANDAE, ERIGUNTUR PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE BENGICOELEN ATQUE DE BANKA ET BILITON.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum propagationi christianae religionis in praefectura apostolica de Sumatra, Patribus Capulatis provinciae Neerlandicae commissae, ob nimiam territorii extensionem locorumque distantias, non possit amplius per unicam nominati Ordinis provinciam provideri, cumque spes effulgeat ulterioris religionis progressus, si, accersitis ex aliis institutis missionariis, numerus operariorum in vinea Domini augeatur, opportunum Nobis visum est consilium, praefecturam apostolicam praefatam dismembrare novasque inde missiones erigere. Itaque, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum Y V. FF. NN.

S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de Sumatra dismembramus sive dividimus, atque ab ea seiungimus: I. Partem insulae Sumatrae meridionalem, quam in separatam apostolicam praefecturam erigimus, cui nomen facimus *de Benglcoelen* ab urbe principe illius loci, circumscriptam limitibus civilium residentiarum de *Benglcoelen, Lampongsche, Palembang* et *Djambi* cum insulis minoribus adiacentibus, quam novam praefecturam Sacerdotum Ssmi Cordis a Sancto Quintino appellatorum curis demandamus. - II. Insulas de *Banka* et *Billion,* cum archipelago de *Riouw,* quas pariter in praefecturam apostolicam independentem constituimus, cui nomen siet a *Banka et Biliton,* quamque societati SS. Cordium de Picpus adsignamus. - Praeterea decernimus eadem Nostra auctoritate, ut antiquae praefecturae de Sumatra, arctioribus limitibus sic restrictae, in posterum nomen fiat *de Padang;* eaque Patribus Capulatis Provinciae Neerlandicae, sicuti antea, excolenda permaneat; cui ex nunc assignatae supersint solummodo civiles residentiae sive gubernia de *Atjeh, Sumatra's Oost Kuust, Tapanoeli, Sumatra^ West Kuust* cum insulis minoribus adnexis, adiecto etiam districtu *Indragiri* ad residentiam de *Riouw* civiliter pertinente.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus, ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis decembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

IV

TITULO ET PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS CONDECORATUR ECCLESIA PAROECIALIS B. M. V. GRATIARUM, CIVITATIS « ESTE », IN DIOCESI PATAVINA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Surgit in civitate *Este,* dioecesis Patavinae intra limites, ecclesia Deo dicata in honorem Beatae Mariae Virginis sub Gratiarum invocatione, quae, molis amplitudine, concinna forma eximiisque artis operibus conspicua, inter praecipua dioecesis et regionis templa merito adnumeratur. Ista sacra in aede antiqua religione colitur, miraculis inclyta, Beatae Mariae Virginis imago, iam ab anno MCCCCVIII illuc a Constantinopoli translata, quae ob innumera beneficia a fidelibus impetrata, praesertim in rebus adversis et in publicis calamitatibus, famam et gloriosum « Gratiarum » titulum adepta est. Ipsa sacra imago ex decreto Vaticanae Basilicae Capituli diei xv mensis decembris anni MDCCCXXII, pretioso diademate redimita refulget. Clerus ecclesiae addictus in praesens, sicuti olim Patres Ordinis Praedicatorum, quibus ipsa commissa erat, divinum cultum et devotionem ac fiduciam fidelium in Beatissimam Virginem omni studio et decore fovet et auget. Exinde templum ipsum veluti centrum habetur singularis pietatis civium atque advenarum, etiam turmatim peregrinorum more confluentium ad gratiarum omnium apud Deum sequestrae Virginis opem implorandam. Insignes ibidem et venerandae asservantur relliquiae, quas inter relliquiae e sacris Spinis et pretioso Sanguine D. X. I. C. praecipue recensentur. Hoc quidem Mariale sanctuarium Romani Pontifices Decessores Nostri peculiaribus privilegiis atque indulgentiis ditarunt, illis additis quae sodalitatibus et piis Unionibus inibi canonice erectis ab ipsa Sancta Sede concessae fuerunt: hae Sodalitates atque Uniones suum quaeque nomen habent, a SSmo Sacramento, a Pretioso Sanguine, a Sacro Corde Iesu, a sacratissimo Rosario, a Matribus christianis, a Puellis Mariae et a Doctrina christiana. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Carolus Riva, hodiernus archipresbyter et parochus ipsius ecclesiae, Nos suppliciter rogaverit ut ipsam ecclesiam, sive Mariale sanctuarium, inter Basificas minores adscribere dignaremur, hasque preces cumulet et ornet amplissimum suffragium Episcopi Patavini, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum

Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam Sanctae Mariae Gratiarum civitatis *Este,* in dioecesi Patavina, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, cum omnibus honorificentiis ac privilegiis quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiii mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASP ARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD PERILLUSTREM VIRUM LUDOVICUM BARONEM DE PASTOR, LEGATUM APUD APOSTOLICAM SEDEM EXTRAORDINARIUM ATQUE ADMINISTRUM CUM LIBERIS MANDATIS REIPUBLICAE AUSTRIACAE, SEPTUAGESIMUM NATALEM ACTURUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum, exeunte hoc mense, integris mentis corporisque viribus, septuagesimum acturus sis natalem tuum, quos in Oenipontana studiorum Universitate habuisti olim vel discipulos vel in docendo conlegas, ii parant, ut nuperrime accepimus, conspirantibus quidem ceteris quorum tibi amorem admirationemque conciliasti, praecipuis te venerationis laetitiaeque suae honestare testimoniis. Qua in meritorum tuorum commemoratione num Romanum Pontificem, num Nos, qui tanti te laboresque tuos facimus et vetere tecum necessitudine coniungimur, silere deceat aut primas partes cuiquam cedere? Praedicent quidem ii omnes, quotquot te quondam in celebri Athenaeo multos annos audierunt, summam illam tuam rerum gestarum cognitionem cum peracuta iudicii subtilitate incorruptoque veritatis studio coniunctam, seque beatissimos putent quod idem studium eandemque vesti-

gandarum existimandarumque rerum rationem, ductu tuo, hauserint ac veluti imbiberint. At vero opus tuum princeps omnibusque expletum numeris, quod est *Historia Romanorum Pontificum,* Apostolica Sedes, hac opportunitate data, per Nos publice dilaudat atque extollit veluti iure suo et tamquam rem suo fotam gremio, quandoquidem immortalis memoriae decessor Noster Leo XIII Tabularium tibi primo patere iussit, unde litterarum monumenta paene infinita in lucem eduxisti, quibus narratio tua niteretur. Tu autem, dilecte fili, ad tam grande opus eam attutisti ingenii aciem exquisitaeque doctrinae copiam, ut nullus fortasse unquam instructior paratiorque ad eius generis laborem accesserit. In iis enim voluminibus, quae ad hunc diem aliud ex alio edidisti, praeterquam quod omnia, vel minima, ad tabularum auctoritatem fidemque exiguntur, certa tutaque causarum consecutionumque indagatione eventa quaelibet penitus dispicis et, si qua eorum dubia aut in controversiam deducta, recte acuteque interpretando explanas. Quid, quod singulares ac proprias uniuscuiusque aetatis notas complexu tam miro proponis, ut quasdam quasi tabulas plenas veritatis, plenas artis depingas? Factorum praeterea expositionem iis verborum sententiarumaue luminibus exornas, ut unum aliquid inde exsistat absolutissimum, quod in sui admirationem studiosorum legentiumque animos convertat ac rapiat. Nec profecto ignoramus, adeo immensam tibi adesse, ex aliis quoque paene omnibus Europae bibliothecis atque archivis, materiam, ut haec tibi cotidie crescat, et crescant item praeter exspectationem, scribendo, volumina. Quid igitur tibi, dilecte fifi, fausta hac occasione cupiamus, nisi ut Ille, cuius vice fungimur, prorogata tibi aetate diutissime, ingenii corporisque tui vires confirmet, immo etiam exacuat, ne totius operis conficiendi facultas te spatiumque deficiat? Quod quidem opus quo magis procedit, eo clarius, rebus pro veritate exploratis, divina Ecclesiae virtus elucet ac splendei. Quamobrem perge, invicta qua soles alacritate, laboriosissimum persequi utilissimumque inceptum, cui nec Noster bonorumque omnium plausus nec caelestium deerit remuneratio gratiarum. Quarum interea auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die viri mensis ianuarii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

II

AD R. P. Di IOSEPHUM GUÉRARD, EPISCOPUM CONSTANTEENSEM: XXV APPETENTE EPISCOPATUS EIUS NATALI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae est Nostra in te benevolentiae caritas, ad epistulam grata voluntate rescribimus. qua, sub Natalem D. N. Iesu Christi ad Nos missa, cleri quoque populique tui nomine, copiosa Nobis precabaris lumina et solacia, quibus ad Ecclesiam in praesenti eventuum acerbitate regundam indigeremus. Pro eiusmodi igitur votis ominibusque, unde vestra emineret in Eomanum Pontificem pietas, vobis omnibus non modo maximam referimus gratiam, sed etiam illorum, qui istic sederunt Episcopi sanctitate vitae mirabiles, enixe patrocinium praesidiumque invocamus. Quodsi mutuam hanc humanitatis caritatisque significationem Natalis Iesu Infantis hominibus suadet vel a religione alienissimis, quae tamen inter filios et communem Patrem ultro citroque editur, multo plus ea habet suavitatis. Hac sane in re placeret utique diutius sistere atque immorari; at qui possumus, quando ad eventum, quo proxime delectaberis, non modo cogitatio provolat Nostra, sed etiam calamus ipse veluti properat? Quintum ac vicesimum intellegimus episcopatus tui natalem, quem die secundo proximi mensis, non sine magna filiorum tuorum laetitia, es acturus, Deo dante, feliciter. Qui quidem filii tui, ut aliunde accepimus, conrogare in usus tuos stipem deliberaverant; sed te largitatem eorum grate excepturum tum demum significasti, cum constitit, eam stipem in augendam magnifico aeris campani concentu turrim cathedralis templi conlatum iri, quod, a te reiectum ornatissimeque restitutum, quasi pupillam oculi amare diceris. Multa profecto ac maxima tibi dioecesis ista refert accepta, per hoc pastoralis muneris spatium, beneficia; debet enim doctrinae catholicae integritatem fideique spiritum sarta tectaque diligenter ac strenue; debet pia opera, et potissimum ludos, conlegia, Seminaria, stabilius restituta uberiusque provecta; neque obliviscitur, eam istic conditam esse et florere, te auspice, Societatem, quae orbis ex. bello pueris puellisque omnia suppeditat adiumenta, unde futura eorum prosperitas in tuto collocetur. Est igitur, cur huius faustitatem eventi Nosmet participando inlustremus; sic autem participamus, ut velimus cogites, Nos adfore, eo die, animo et voluntate praesentes. Atque ad te iam nunc veniant gratulationes cum ominibus Nostrae, teque in spem erigat caelestis remunerationis apostolica bene-

dictio, quam, praecipuae caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo gregi tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die ix mensis ianuarii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

III

AD PERILLUSTREM VIRUM LUDOVICUM VICECOMITEM D'HENDENCOUR, PRAESIDEM GENERALEM SOCIETATIS VINCENTIANAE: DE EIUSDEM SODALITII INCREMENTIS.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Societatem istam, cuius generali Consilio praees, unde veluti in venas singulorum per terrarum orbem Coetuum sanguis roburque defluit ac diffunditur, de opera et stipe multum amamus quam in egenos alendos sospitandosque impendit, qui, ut sunt Christo Iesu carissimi, ita Nobis in medullis haerent, qui eius vice, divino consilio, perfungimur. Quae vestra omnium actio id quoque habet emolumenti, ut, per ipsam, qua in agendo utimini, modestiam reverentiamque, animos pauperum, quorum verecundiae parcitis, si quando religionis aut expertes aut neglegentes inveneritis, in divinae admirationem caritatis plerumque raptos et comitate mollitos vestra, ad avitam fidem christianaeque vitae officia sensim gradatimque revocetis. Quae igitur de operis tam praeclari progressu et per superiorem annum amplificatione ipsemet, cum reliquis e Consilio, nuperrime docuisti, ea quidem impulere ut gratias quamplurimis de tanta fructuum ubertate benignitati Dei exsultando ageremus. Etenim plura attulistis ad peragendum cogitandumque iucunda: scilicet excitatum passim, non modo in continenti, sed etiam trans maria et vel in regionibus instituti vestri paene ignaris, magnum Coetuum seu *Conferentiarum,* quas vocant, numerum; habendorum statis temporibus e tota natione conventuum inductum huc illuc perutilem morem; praetereaque mirabilem istum caritatis motum a lyceis magnis ad ceteras scholas ita propagatum, ut studiosa iuventus in suas iam ac proprias societates a paroecialibus seiunctas auspicato coiverit. Cum autem videretis, miseriis illis, quas ex Conditorum praeceptione atque exemplo lenire consueveratis, finítimas ubique reperiri immensas alias ex postremo bello angustias, quae sedulitatem vestram desiderare advocatam viderentur, hanc quoque provinciam animose vos

ardenterque suscepistis. De his igitur omnibus, quae adhuc memoravimus, Societatem istam, quam nunquam satis praedicare liceat, Nostris publice laudibus cumulamus, eiusdemque vobis incrementa gratulamur. Quod reliquum est, sodales omnes paterno animo monemus, e cotidiano eiusmodi christianae beneficentiae usu pergant in posterum capere unde cotidie etiam et in caritate Dei, qui se in terris humilem pauperemque praestitit, et in ceterarum exercitatione virtutum abunde proficiant. Caelestis interea remunerationis auspicem praecipuaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, Consilio cui praesides et universae Societati apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis ianuarii anno MDCCCOXxiv, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

IV

AD EMUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM TITULO S. M. IN TRANSPONTINA S. R. E. PRESB. CARD. NASALLI ROCCA, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM: OFPICIOSIS LITTERIS, NOMINE QUOQUE COLLEGII THEOLOGICI DATIS, RESPONDET.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Pulcherrimos sane humanitatis pietatisque sensus cum votis ominibusque coniunctos in ea agnovimus epistula, quam ipse et decuriales Conlegii istius, theologici doctores sub Natalem D. N. Iesu Christi ad Nos communiter, pro more institutoque vestro, dederatis. Precabamini enim, non modo ut sacratissimus ille dies Nobis laetitiae plenus solaciique illucesceret, sed etiam ut per novum, qui proxime iam aderat, annum et res Nobis bene succédèrent, et Sancta Mater Ecclesia, Nobis ducibus, fines proferret suos et maiore in dies pace ac prosperitate uteretur. Ob vestra eiusmodi optata, quae Nostra item sunt, maximam vobis habemus gratiam, eademque rependendo, optima quaeque in annum nuper initum cupimus. At vero id cupimus potissimum, ut, quam perdiligenter in adulescentes, qui in spem Ecclesiae et Flaminiae regionis succrescunt, impendatis operam, ea sanctitatis doctrinaeque fructus ferat cotidie uberiores. Quo in genere placet vehementer vobis gratulari, hinc quod propositum vobis est, decessorum Nostrorum et Nostris ut iussis hortationibusque obsequamini, a purissimis Aquinatis fontibus sapientiam haurire qua alumnos istos imbuatis, inde quod saecularia a Thoma inter sanctos caelites relato sollemnia

religiosissime egistis, ut Validum ipsius patrocinium in vos discipulosque vestros advocaretis. Grati autem ob haec omnia animi Nostri testem et divinorum luminum donorumque conciliatricem, apostolicam, quam petiistis, benedictionem tibi, dilecte fili Noster, doctoribus item conlegialibus et sacrorum alumnis, praetereaque universo clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xi mensis ianuam, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

V '

AD R. P. D. PAULUM GULIELMUM DE KEPPLER, EPISCOPUM ROTTENBURGENSEM, XXV ANNOS AB INITO EPISCOPATU EXPLENTEM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ut hanc tibi inscribamus epistulam, facit res sane laetabilis, quae est tibi propediem eventura feliciter; faciunt ea quibus commendaris promerita, ut quintum ac vicesimum episcopatus tui natalem silentio ne praetereamus. Placet enim, pulcherrima hac occasione, publice testari, haud minoris te a Nobis fieri, quam a dioecesanis tuis et a sacerdotibus Episcopisque e Germania universis, qui cum integritatem sanctimoniamque vitae tuae et egregiam pastoralis muneris perfunctionem dilaudent atque extollant, tum e litterarum peritia et multiplici doctrina, quam in ponderosa Nobisque haud ignota prof udisti volumina, plurima ceperunt, quae in suos usus converterent, cognitionum liberaliumque artium emolumenta. Huc accedit, quod ea in te est vis eloquentiae et copia dicendi, ut disertissimus omnium e clero isto iure meritoque habearis. Sed aliud praeterea est, unde animus ad te redamandum Noster propius inclinet: illam tuam dicimus paene singularem Apostolicae Sedis reverentiam cum studio coniunctam, a qua in comperto est omnibus nunquam te, ne minimum quidem, deflexisse. Praeeuntes igitur filiis tuis, itemque in episcopatu conlegis, qui data opportunitate ad amphores edendas voluntatis erga te suae significationes usuri profecto sunt, faustum tibi eventum ex animo gratulamur, optantes, ut, quos ad Dei gloriam aeternamque hominum salutem procurandam tulisti ad hunc diem labores, futuram eorum in caelis remunerationem antecedant omne genus solatia, quibus te in terris quoque frui copiosissimis, praeter eam qua flores omnium vel acatholicorum opinio-

nem, aequum est et consentaneum. Caelestium interea donorum' auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, ftibi," venerabilis frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xm mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

YI

AD R. P. D. CELSUM COSTANTINI, ARCHIEPISCOPUM TIT. THEODOSIENSEM,. APOSTOLICAE SEDIS IN SINIS DELEGATUM: DE PRIMO CONCILIO PLENARIO IN SINIS CONVOCANDO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam, quod te delegimus qui istic negotia Ecclesiae Dei gereres, videmur eo ipso satis perspicue declarasse quantum virtuti et dexteritati tuae confideremus, novum tamen fiduciae, quam tibi habemus, testimonium placet ad te hisce Litteris Nostris afferre. Tibi enim, venerabilis frater, committimus, ut Vicarios omnes et Praefectos Apostolicos, qui sacras Missiones in Sinis moderantur, in urbem, quae *Shanghai* nuncupatur, legitime convoces et Conventui, quem proximo vere agi decretum est, Nostro nomine praesideas. Cui quidem Conventui ut vir praesit et splendore dignitatis et doctrinae prudentiaeque laude conspicuus, idemque ut auctoritate praesit Nostra, ipsa omnino postulat rei gravitas novitasque plane singularis. Quod profecto haberi liceat in Sinis Concilium, idque Plenarium et a praedicato istic Evangelio primum, res est quae clarissima in Ecclesiae fastis luce nitebit et memoriae posteritatis commendabitur: cuius in exsecutione propositi veluti exsultantes videre Nobis videmur eorum cineres, qui in Sinenses ad Christum traducendos ante actis aetatibus plurimum impenderunt laboris et sanguinem libenti generosoque animo profuderunt. Sed praeterea res agitur solacii laetitiaeque plena, cum proximum eiusmodi eventum patenter indicet quam late catholica fides sit per immensas istas regiones propagata, et sperare item iubeat fore ut magnam utilitatem copiam sacrae Missiones inde hauriant ac percipiant. Neque enim est dubitandum, quin et delatum tibi perhonorificum munus diligenter ipsemet sapienterque expleas, et ceteri, quotquot coiverint, locorum Ordinarii, caelestibus fulti gratiis ductu que tuo,

-ea deliberando constituant quae ad religionem in Sinis provehendam stabiliendamque pluris intersint quaeque christianae morum discipbinae tuitioni aptius conducant. Quae autem acta et decreta in amplissimo eiusmodi Concilio conscribi et fieri contingat, eadem praecipimus ut ad Apostolicam hanc Sedem, recognoscenda probandaque, post dimissos Patres, te curante, perferantur. Futurorum interea coetuum laboribus bene ominati, divinarum auspicem gratiarum paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, iisque omnibus, qui in Concilium conventuri sunt, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xx mensis ianuarii anno MDCOCCXxiv, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CiNGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONCILII

NAMUBOE2ST. ET ALIARUM

ABSTINENTIAE

Die 9 februarii 192A

QUAESTIO. — Litteris ad hanc Sacram Congregationem reverenter datis, exponebat nuper R. P. D. Episcopus Namurcensis, ex pontificia dispositione, in sua dioecesi, sicut in finitimis Belgii et Galliae dioecesibus, omnino *teneri* christifideles ad abstinentiam servandam toto tempore Quadragesimae, feria iv, loco sabbati. Cum autem controversia orta esset de peregrinis, an eodem iure tenerentur necne, ad eam rite dirimendam sententiam huius Sacri Consilii rogabat, coram quo ideo quaeritur: « An, « et qua die, tempore Quadragesimae, peregrini teneantur servare absti- « nentiam sabbati in locis ubi, ex speciali dispositione Sanctae Sedis, eadem «abstinentia debet servari feria iv».

ANIMADVERSIO. — Planum est in lege abstinentiae distingui debere substantiam praecepti a modo quo observandum illud est in aliqua regione. Substantia praecepti, in casu, est, ut per Quadragesimam bis in hebdomada, praefinitis diebus, abstinentia servetur, eaque est lex generalis; modus vero, in casu, est, ut particulari lege hi dies praefiniantur feria iv et vi. Iamvero etiam peregrini, ad normam can. 14 § 1, 3°, tenentur observare *leges generales,* in loco ubi hae vigent: haud itaque dubium, quin fidem et in dioer cesi Namurcensi, aliisque de quibus in casu, teneantur substantia praecepti quae ibidem plane viget; vicissim, ex n. 2° eiusdem paragraphi, peregrini non tenentur ad servandas leges *f articulares* territorii in quo versantur, licet id libere possint; et ideo, in casu, per se non obhgantur ad servandam abstinentiam feria iv loco sabbati, prout tenentur incolae loci, licet id libere possint. Hinc prono fluit alveo, eos teneri quidem, praeterquam feria vi, abstinere a carnibus, vel feria iv vel feria vi, prout maluerint, optione nempe eis permissa, in hoc, inter ius commune et ius particulare.

Quare, etc.

RESOLUTIO. — In plenariis porro Comitiis S. Congregationis Concilii, habitis in Palatio Apostolico "Vaticano die **9** mensis februarii, anno **1924,** Emi Patres ad propositum dubium respondendum censuere: *Teneri alterutra die ad libitum, remoto tamen scandalo.*

Quam resolutionem, referente postmodum infrascripto S. C. Secretario, Ssmus Dnus Noster Pius div. Provid. PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

t'Iulius, Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

i

DUBIUM

DE SUPERIORIBUS DOMORUM FILIALIUM

Cum in aliquibus Ordinibus aut Congregationibus Religiosis extent Domus *stricte filiales*, quae videlicet non constituunt propriam Communitatem nec bona propria possident, sed sunt quasi membra Domus maioris, a qua omnimode dependent et reguntur a Superiore delegato *ad nutum Superioris,* qui totam gubernat Communitatem et residet in Domo maiore, propositum fuit dubium: « An Superiores Domorum *stricte filia-« lium,* de quibus agitur, qui sunt simplices delegati *ad nutum* Superioris « Domus matricis, veniant sub nomine Superioris localis ad sensum Codi-ce eis iuris canonici».

Sacra Congregatio de Religiosis, exquisito voto plurium Revmorum Consultorum, rem definiendam Emis Patribus proposuit, qui, in plenario Coetu habito ad Vaticanum die **30** novembris **1923,** re mature perpensa, respondendum censuerunt: *Negative; et ad mentem.*

Mens autem est ut in revisione Constitutionum singulorum Ordinum aut Congregationum ad Codicem conformatarum, apposite provideatur per applicationem eorum canonum qui circa relationes inter subditos et praepositos pressius versantur, prout in singulis casibus opportunum indicabitur.

Facta autem de praedictis relatione Ssmo Domino Nostro Pio divina Providentia Pp. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Secretario, die 5 decembris eiusdem anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum in omnibus approbare et confirmare dignata est, et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die prima februarii 1924.

O. CARD. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S. .

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

II

INSTRUCTIO
DE CLAUSURA MONIALIUM VOTORUM SOLEMNIUM

Nuper edito ab hac Sacra Congregatione decreto « circa moniales in Gallia et in Belgio », sub die 23 iunii 1923, quamplura monasteria ex illis regionibus alacriter egerunt de obtinenda facultate qua moniales eorumdem ad vota solemnia profitenda admitterentur; et enixe postularunt, ut de Clausurae Papalis lege, quae talem concessionem consequitur, rite ab hac Sacra Congregatione instruerentur.

Considerans vero eadem Sacra Congregatio, legem clausurae in Codicem iuris canonici receptam ex veteri iure esse depromptam; eamque a S. Pii V tempore servatam, quamplurimis Sacrarum Congregationum responsis communitam, et Doctorum elucubrationibus illustratam fuisse, opportunum iudicavit ut Instructio promulgaretur, quae veluti norma pro universis monialium monasteriis, in quibus vota solemnia emittuntur, esse queat.

Re igitur mature perpensa, Sacra Congregatio, ea quae sequuntur, circa legem Clausurae Papalis, servanda decrevit:

I. Moniales, vi suae professionis et legis ecclesiasticae, contrahunt obligationem:

a) semper manendi intra septa sui cuiusque monasterii, ita ut, sine speciali Sanctae Sedis indulto, inde exire non liceat, salvis casibus de quibus infra (can. 601);

b) nec admittendi intra eadem septa quamcumque personam cuiusvis generis, conditionis, sexus, aetatis, sine licentia Sanctae Sedis, nisi persona sit a iure excepta, ut infra (can. 600).

Haec est Clausurae Papalis lex et obligatio, eaque afficit etiam monasteria in quibus monialium numerus quantumcumque imminutus sit.

II. Monasterium ergo, una cum adiacentibus hortis et viridariis (can. 597 § 2), ita circumseptum esse debet, ut, quoad fieri potest, nullus sit in ea vel ab iis prospectus externarum personarum (can. 602).

I° Si quae fenestrae respiciant publicam, plateam vel domos vicinas, vel communicationem cum extraneis permittant, ita vitris opacis vel valvulis (foriculis) muniri debent, ut prospectus hinc inde impediatur.

2° Si chorus crates habet per quas moniales altare videant, ita orates dispositae esse debent ut fideles, e loco ipsis reservato, ipsas moniales videre nequeant.

.3° Sedes confessionalis ita disposita sit oportet ut confessarius extra clausuram, poenitentes vero intra reperiantur.

4° Locus in quo moniales sacram Communionem recipiunt, ita, sive porta sive sipario, occlusus esse debet, ut moniales a fidelibus videri nequeant.

5° Apud ianuam monasterii in sacrario et ubicumque necessarium videatur, rota muro inseratur, per quam res necessariae transmitti possint. Nihil obstat, quominus hac in rota parvum foramen sit, per quod videri possit quaenam res rotae immittantur.

6° Intra limites Clausurae Papalis non comprehenditur publicum templum cum continenti sacrario, ad quae propterea, sine Sanctae Sedis indulto, moniales accedere nequeunt.

, III. Duobus modis lex clausurae violari potest: aut per indebitum *egressum monialium* e septis monasterii, quocumque praetextu, etiam ad breve tempus, factum (can. 601), aut per indebitum *ingressum cuiuscumque alius personae* sine licentia Sanctae Sedis.

1° *Egressus* e monasterio sine licentia Sanctae Sedis monialibus, post professionem, licet solummodo in casu imminentis periculi mortis vel alius gravissimi mali. Hoc periculum, si tempus suppetat, ab Ordinario loci scripto recognosci debet (can. 601).

a) Talia pericula erunt: incendium, inundatio, ruina fabricae, terrores belli, ihvasio militum et cetera huiusmodi. Eadem provenire possunt etiam ex parte cuiusdam monialis, exempli gratia, dementia periculosa affectae aut morbo epidemico laborantis, quo in casu huiusmodi monialis e clausura recedere debet, ut incolumitati religiosae communitatis consulatur. Si tamen tempus permittat, Ordinarius loci, a monialibus rogatus, periculum et causam sufficientem egrediendi e clausura scripto recognoscere debet.

b) Sine licentia Sanctae Sedis ergo non potest monialis ab uno monasterio ad aliud, etiam eiusdem Ordinis, nec ad breve tempus, transferri, nec exire causa novae fundationis faciendae; nec ut exerceat munus abba-

tissae seu antistitae aut magistrae novitiarum; nec ad curandam valetudinem; nec ad invigilandum aedificationi novi monasterii. Quae tamen licentiae a Sacra Congregatione, iustis de causis et debitis praescriptis conditionibus, concedi solent.

c) Si supra tectum monasterii sit ambulacrum, ad illud accedere moniales poterunt, dummodo cratibus undequaque rite protegatur.

d) Cum saepissime necessitas adsit, ut moniales, propter decorem domus Dei, per seipsas in ecclesia exteriore ea faciant, quae requiruntur ut semper debita munditie et nitore resplendeat, et praecipue in festis maioribus convenienti ornatu decoretur, Sancta Sedes, pro monasteriis id petentibus, antistitae facultatem concedit designandi religiosas, quotquot videantur necessariae, quae, tempore quo nemo est in ecclesia et haec omnino clausa manet, in eam descendere possint, ut ea omnia agant quae ad cultum ecclesiae eiusque munditiem pertinent.

e) Quamvis adspirantes ad habitum religiosum, dum postulatum peragunt, lege clausurae teneantur (can. 550 § 2), tamen libere et absque licentia Sanctae Sedis e monasterio egredi possunt quando ad saeculum sponte eas redire aut a superioribus dimitti contingat; et idem de novitiis dicendum, aut de professis votorum temporariorum, quando vota expiraverint, vel legitime dimissae fuerint.

2° *Ingressus* in monasterium sine venia Sanctae Sedis, vi can. 600, sequentibus personis licet:

a) Ordinario loci aut superiori regulari monasterium visitantibus, vel aliis visitatoribus ab ipsis delegatis, licet clausuram ingredi dumtaxat inspectionis causa, cautoque ut unus saltem clericus vel religiosus vir maturae aetatis eos comitetur (can. 600, I°).

b) Pro sola igitur visitatione *locali* peragenda visitatori clausuram ingredi licet. Visitatio *personalis* extra clausuram ad crates fieri debet. Nec Ordinario aut superiori regulari aut visitatori extra actum visitationis ratione officii clausuram ingredi fas est.

c) Causa explorationis, quae ante vestitionem et utramque professionem ab Ordinario loci vel eius delegato fieri debet, nec non pro electione antirstitae, Ordinarius loci aut eius delegatus clausuram ingredi noni debet (can. 506 § 2, 552 § 2).

d) Si vestitioni vel professioni monialium Episcopus vel alius sacerdos praesit, neque ipsis clausuram ingredi, neque postulanti aut professurae ex ea egredi licet.

e) Visitator ingressurus clausuram inspectionis causa ab uno saltem clerico vel religioso, etiam converso, maturae aetatis, comitari debet, qui toto tempore, quo in monasterio moratur, ab eo non discedat.

/) Confessarius, vel qui eius vices gerit, potest, cum debitis cautelis, ingredi clausuram ad ministranda Sacramenta infirmis aut ad adsistendum morientibus (can. 600, 2°). Haec facultas respicit confessarium ordinarium monasterii, vel qui eius vices gerit, quibus ex can. 514 § 2 competit administratio Sacramentorum et adsistentia morientibus in monasteriis monialum; in horum defectu alius etiam sacerdos clausuram ingredi potest.

g) Ad excipiendas confessiones aegrotantium ingredi clausuram potest, quoties requiratur, non solum confessarius ordinarius, sed etiam extraordinarius vel adiunctus aut confessarius quilibet a graviter aegrotante accersitus, de quo in can. 523 fit sermo.

li) Debitae cautelae adhibendae *pro Communione administranda* in decreto Sacrae Congregationis de Religiosis diei 1ae septembris 1912 exhibentur: « Oportet ut quatuor religiosae maturae aetatis, si fieri possit, ab « ingressu in clausuram usque ad egressum sacerdotem comitentur, qui « sacram pyxidem, aliquas consecratas Particulas continentem, deferre, « sacram Communionem administrare, reverti ad ecclesiam, eamdemque « sacram pyxidem reponere debet, servatis rubricis a *Rituali Romano* pro « Communione infirmorum statutis ».

i) Pro Confessione excipienda sequentes cautelae praescribuntur: duae moniales confessarium ad cellam infirmae comitentur ibique ante ostium cellae apertum expectent, dum Confessionem audit, ut redeuntem ad monasterii ianuam iterum comitari possint.

lc) Quandocumque sacerdotem ad supradicta ministeria obeunda clausuram ingredi contingat, finito ipso ministerio statim e monasterio egredi debet.

l) Si verbum Dei monialibus ad orates commode praedicari non potest, Sanctae Sedis licentia exquirenda est, quae, si graves adsint rationes, eam denegare non solet, ut praedicatores clausuram ingredi et in choro sive in capitulo praedicare valeant, servatis tamen animadversionibus et cautelis pro ingressu confessarii supra descriptis.

m) Possunt clausuram ingredi qui supremum actu tenent populorum principatum eorumque uxores cum comitatu; item Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales (can. 600, 3°).

n) Antistitae est, adhibitis debitis cautelis, ingressum permittere medicis, chirurgis, aliisque quorum opera est necessaria, impetrata prius saltem habituali adprobatione ab Ordinario loci; si vero necessitas urgeat, nec tempus suppetat adprobationem petendi, haec iure supponitur (can. 600, 4°).

o) Antistita ergo, f acuítate hac ipsa lege a Sancta Sede sibi tributa, potest omnibus personis, quorum opera intra septa monasterii necessaria est, ingressum permittere; prius tamen ab Ordinario loci saltem habitualem

adprobationem obtinere debet. Hinc usuvenit, ut moniales in principio cuiuslibet anni in libro apposito recenseant eos omnes, quorum opera, ut plurimum, in monasterio, vel in horto, vel in officinis intra septa monasterii sitis, durante anno, occurret (medicos, aut alios ad infirmarum curationem necessarios, operarios pro horto, pro cella vinaria, pro stabulis opifices et alias huiusmodi personas); quem librum Ordinario pro illa habituali adprobatione obtinenda subscribendum praesentent. Si vero "in aliquo casu extraordinario necessitas monasterii ingrediendi urgeat, nec tempus suppetat adprobationem ab Ordinario petendi, haec adprobatio iure praesumitur, id est ipsa lex hanc praesumptionem ratam habet.

f) Antistitae autem iniungitur in omnibus casibus debitas adhibere cautelas. Quae quidem cautelae in hoc consistunt quod personae ingredientes, ex assumptis certis informationibus, sint optimae famae ac moribus praestantes, a duabus monialibus, ex gravioribus, ad locum, ubi eorum opera requiritur, comitentur, nec ulli moniali permittatur huiusmodi personas alioqui praeter eas, quae cum illis de eorum officiis agere debent.

IV. Claves clausurae diu noctuque semper sint apud antistitam, quae illas tradet monialibus designatis, quoties opus fuerit.

Quod si antistita vel quaelibet alia, personam quamcumque sine legitima licentia in monasterium introduceret, vel solum admitteret, non tantum graviter peccaret, sed etiam ipso facto excommunicationem Sedi Apostolicae simpliciter reservatam incurreret (can. 2342, I°).

Adspirantes ad habitum religiosum clausuram ingrediuntur de licentia Ordinarii. Puellas tamen educationis causa vel alia etiam pia causa in monasterium admittere, absque Sanctae Sedis licentia, non licet.

V. In collocutorio, quo moniales, intra limites a Constitutionibus uniuscuiusque religionis praescriptos, externas personas recipere possunt, duae debent esse crates, inter se spatio circiter viginti centimetrorum distantes atque muro infixae, ita ut aperiri nequeant. Si Constitutiones id permittant, in collocutorio etiam rota esse potest. Quo vero ad cetera omnia quae collocutorium respiciunt, praecipue circa continuam vigilantiam de iis quae ibi fiunt aut dicuntur, Constitutiones uniuscuiusque monasterii exacte observentur.

VI. Clausura monialium, etsi regularibus subiectarum quoad eius accuratam observantiam, sub vigilantia est Ordinarii loci, qui potest delinquentes contra eam, regularibus viris non exceptis, poenis quoque ac censuris corrigere post delictum et coercere ne eam violent. Etiam superiori regulari custodia clausurae monialium sibi subiectarum commissa est, qui moniales aut alios suos subditos, si quid hac in re deliquerint, poenis quoque punire potest (can. 603).

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N". Pio div. Prov. PP. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Secretario S. Congregationis de Religiosis die 6 februarii 1924, San cfcitas Sua praesentem Instructionem approbavit et ab omnibus servari mandavit.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die, mense et anno ut supra.

C. CARD. LAXJEENTI, *Praefectus.*

L. © S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA PEDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI, die 16 ianuarii 1924:

Cathedrali Ecclesiae Jaffnensi praefieere dignatus est R. P. Alfridum Guyomard, e Societate Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

II

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

26 ianuarii 1924. — *Vicarius Apostolicus de Eshowe in Africa Meridionali,* R. P. Thomas Spreiter, ex Ordine S. Benedicti, Episcopus titulo Thaenitanus.

— *Vicarius Apostolicus de Chaco,* R. P. Angelus Vigiani, ex Ordine Fratrum Minorum, electus Episcopus tit. Andrapanensis.

-— *Vicarius Apostolicus de Batavia in Indiis JSfeertandicis,* R. P. Antonius Petrus Franciscus van Velsen, e Societate Iesu, electus Episcopus tit. Aezanitensis.

Item, decreto diei 18 ianuarii, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit *Praefectum Apostolicum de Banka et Biliton,* R. P. Theodosium Herchenrath, e Societate SS. Cordium.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

T

SOCIETATIS IESU **SEU** DUBIA

E. P. Procurator generalis Societatis Iesu sequentia dubia pro opportuna declaratione S. Eituum Congregationi humillime subiecit, nimirum:

I. Quaestioni propositae ab Archiepiscopo Aquensi: « Num permitti « possit consuetudo vigens in illa archidioecesi imponendi fidelibus, prima « dominica Quadragesimae, cineres praecedenti Feria iv Cinerum bene« dictos », Sacra Rituum Congregatio respondendum censuit *ad mentem,* die 30 iunii 1922. Et *mens est:* « Affirmative in casu; dummodo Feria iv « Cinerum ritus benedictionis et impositionis cinerum expletus fuerit, iuxta *« Missale Romanum ».*

Quaeritur: « Num eadem permissio valeat etiam pro Oratoriis Piarum «Unionum seu Congregationum, vel sacellis ruralibus, aliisque ubi pera« gantur exercitia pro opificibus, ut iidem omnes facilius cineres recipiant « et non careant hoc tam perutili sacramentali? ».

II. In decreto S. R. C, n. 3196, *Vercellen.,* 20 martii anni 1869, legitur pro benedictione gutturis in Festo S. Blasii Ep. et Mart. adhiberi candelas in festo Purificationis B. M. V. benedictas et formulam: « Per interces« sionem B. Blasii liberet te Deus a malo gutturis. Amen ». Quum vero alia formula, tum pro benedictione candelarum in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris, tum pro earum appositione sub mento gutturi cuiusvis benedicendorum, prostet in *Rituali Romano* (edit. typ.), quaeritur: « An respon« sum S. R. **C.** in una *Vercellen,* valeat adhuc, tum pro archidioecesi Ver« eellensi, tum pro aliis dioecesibus ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis voto, re mature perpensa, respondendum censuit:

« Ad I. Affirmative, iuxta prudens Ordinarii iudicium in singulis casi« bus, servato tenore decreti diei 30 iunii 1922.

« Ad II. Adhibeatur ubique oratio et formula *Ritualis Romani ».*

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die I[a] februarii 1924.

A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. **C.** *Praefectus.*

L. © 'S.

Alexander Verde, *Secretarius.,*

II

DUBIUM

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, per Decretum Sacrae Bituum Congregationis diei 25 octobris 1922, Festum S. Eusebii Ep. et Mart., quod Kalendario Universali affixum est, sub die 16 decembris, semiduplex, in cunctis Italiae huiusque Insularum ecclesiis sub ritu duplici minori in posterum celebrari mandavit.

Nunc quaeritur: « Utrum in illo Decreto includantur etiam ecclesiae « Religiosorum exemptae'? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis rescribendum censuit: « Affirmative ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die I[a] februarii .1924.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. SB S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BERGOMEN.

Ordinarius Bergomensis Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia reverenter exposuit:

« I. An liceat vel expediat in solemnioribus processionibus, quibus defer- « tur Ssmum Eucharistiae Sacramentum, praecipue cum finis imponitur « Eucharisticis conventibus, deferre Ssmum Sacramentum super currum « triumphalem, baldachino coopertum, magnificeque exornatum, equis tra- ce ctum, super quem ascendit etiam sacerdos qui processioni praeest, qui- « que Ostensorium regit genuflexus?

« II. An usus currus et equorum, ut supra, liceat vel expediat cum, « loco Ssmi Sacramenti, deferuntur vel statuae Beatae Virginis Mariae, vel « Sanctorum exuviae?

« III. An usus currus et equorum, ut supra, liceat vel expediat non « solum ratione extraordinariae solemnitatis, sed etiam cum processio iter « nimis longum percurrere debeat?

« **IV.** An currui equis tracto possit substitui vehiculum quod vulgo « *automobile* audit? ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, praepositis quaestionibus respondendum censuit: *negative in omnibus, et ad mentem.* Atque ita rescripsit et declaravit die 28 octobris 1922.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Mens est: Quoad primam quaestionem praeclarum exstat exemplum Congressus Eucharistici Internationalis Romae habiti anno 1922, in quo nullus currus adhibitus fuit pro deferendo Ssmo Eucharistiae Sacramento in solemni processione; idque omnino factum est iuxta dispositiones *Caeremonialis Episcoporum,* lib. **IL,** cap. 33, *de processione Ss.mi Sacramenti in Festo Corporis Christi,* et Decretorum.

Ex Secretaria S. R. C, die 22 februarii 1924.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

ROMANA

IURIUM

In sessione plenaria Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, habita in Aedibus Vaticanis die 23 iunii 1923, iudicio Emorum ac Rmorum Patrum subiecta fuerunt dubia proposita a Procuratore Advocatorum Consistorialium de asserto iure Advocatorum ipsorum, nec non ceterorum Advp-• catorum Curiae Romanae, suscipiendi coram Tribunalibus dioecesanis patrocinium causarum quae ibi aguntur. Causa accurate disceptata fuit, relatore Emo ac Rmo Dno Cardinali Mori.

SPECIES FACTI. — Anno 1921 canonici aliquot cuiusdam ecclesiae collegiatae parochum aliosque canonicos ipsius ecclesiae apud tribunal dioecesanum in iudicium vocaverunt, et procuratorem sibi elegerunt laicum quemdam advocatum illius regionis. Hic vero, per separatas preces ad Curiam episcopalem datas, petiit ut ipse in ea causa etiam uti advocatus admitteretur. Curia tamen episcopalis, considerata peculiari natura agitandae litis, preces oratoris non exaudivit, immo decretum tulit quo constituit nullum in ea causa admittendum esse advocatum vel procuratorem nisi ex ecclesiastico ordine electum.

Post hoc a Curia episcopali editum decretum actores ipsi, per novum libellum eidem Curiae oblatum, duos sibi procuratores elegerunt, alterum nempe ex Advocatis ,Consistorialibus Curiae Romanae, laicum virum, alterum vero ex ipsis actoribus; advocatum autem constituerunt eumdem Advocatum Consistorialem. Sed novum hunc oratorum libellum Curia episcopalis reiecit, et oratores admonuit advocatos et procuratores in ea causa, ad normam decreti episcopalis superius, memorati, eligendos esse ex ordine ecclesiastico.

De hoc decreto Curiae episcopalis conquestus est ipse Advocatus Consistorialis primum coram eadem. Curia dioecesana, deinde coram Tribunalibus Sanctae Sedis; sed Curia episcopalis in suo permansit consilio.

Exitus tandem rerum is fuit, ut actores, decreto episcopali obsequentes, Advocatum Consistorialem munere ei concredito liberaverint.

Sed ipse Advocatus Consistorialis, ne iura Advocatorum Curiae Romanae minuerentur, Advocatis Consistorialibus et Rotalibus facta omnia retulit. Tunc Collegium Advocatorum Consistorialium, non modo ut sua, rerum etiam ut Advocatorum Rotalium iura defenderet (quorum Advocati Consistoriales *Consilium disciplinae* constituunt), per supplices preces Summum Pontificem precati sunt ut quaestio de eorum iure suscipiendi patrocinium causarum coram tribunalibus dioecesanis alicui Tribunali Pontificio iudicanda committeretur. Precibus his die 6 decembris 1922 Ssmo D. N. Pio Papae XI per Emum ac Revmum Dominum Cardinalem Praefectum Supremi huius Tribunalis relatis, Sanctitas Sua dignata est committere examen et decisionem controversiae eidem Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae.

Die igitur 24 ianuarii 1923, in sede Supremi huius Tribunalis, coram R. P. D. Evaristo Lucidi, eiusdem Tribunalis Secretario, comparuerunt Praelatus infrascriptus, uti Iustitiae Promotor, et Advocatus Sacconi pro Collegio Advocatorum Consistorialium, ibique Procurator ipse sequentia proposuit dubia, quae sine difficultate admissa fuere:

« I. An Advocati, etiam laici, approbati ad causas ecclesiasticas de- ci fendendas apud Romanam Curiam, possint globatim ab aliqua Curia « prohiberi a patrocinio in causis civilibus vel criminalibus in eadem « Curia agendis.

« Et quatenus affirmative:

« II. An eadem exclusio extendi possit ad Advocatos Sacri Consi- « storii ».

Et Emi ac Rmi Patres, omnibus diligenter consideratis, rescribendum mandarunt: « Ad primum et secundum, reformatis dubiis iisque « propositis sub hac unica formula: " An Advocati ecclesiastici et laici, « approbati ad causas ecclesiasticas defendendas apud Curiam Roma- « nam, non exclusis Advocatis Consistorialibus, indigeant approbatione « Ordinarii loci ut suscipiant in Curiis dioecesanis easdem causas „, respon- « dendum: *Affirmative* ».

QUOAD IUS. - Ecclesiae leges Episcopis tribuunt potestatem legislativam, iudiciariam et coactivam in propria cuiusque dioecesi. Id aperte decernitur in can. 335 C. I. C. in quo, sub § 1, haec habemus: « Ius ipsis «(Episcopis) et officium est gubernandi dioecesim tum in spiritualibus « tum in temporalibus cum potestate legislativa, iudiciaria et coactiva « ad normam sacrorum Canonum exercenda ». Ob hanc potestatem licet

Episcopis per leges ac decreta ea omnia statuere quae ipsi in dioecesis regimine opportuniora esse censeant. Haec Episcoporum potestas nullos habet fines, nisi generales Ecclesiae leges et peculiaria Pontificum decreta. Idcirco quae neque per generales Ecclesiae leges neque per peculiaria Pontificum decreta constituta sint, ea Episcoporum subiacent potestati.

Huic generali Ecclesiae praescripto addendum est praescriptum canonis 1658 §2, in quo haec decernuntur: «Advocatus autem, ut ad patro« cinium admittatur, indiget approbatione Ordinarii, quae aut generalis «sit ad omnes causas aut specialis pro certa causa». Per hunc scilicet canonem statuitur nullum Advocatum admitti posse ad causarum patrocinium in Curiis dioecesanis nisi ab Ordinario approbatum.

Ex his Ecclesiae praescriptis patet quid dicendum, sit de admissione Advocatorum Curiae Romanae ad patrocinium causarum quae coram tribunalibus dioecesanis aguntur. Episcoporum potestati in hac re nulli imponi possunt fines, praeter eos qui in ipsis generalibus Ecclesiae legibus vel in decretis Pontificum descripti sunt. Ut igitur diiudicari possit an Advocati Curiae Romanae ius habeant (invito scilicet Episcopo) exercendi patrocinium causarum coram tribunalibus dioecesanis, investigandum est an ipsi a generalibus Ecclesiae legibus vel a peculiaribus Pontificum decretis ius hoc acceperint.

Incipiamus a generalibus Ecclesiae legibus. Mhil in his invenitur quod ius ab oratoribus assertum ostendat. Contendit patronus Advocatorum Consistorialium ius hoc desumendum esse a canone 1657 C. I. C. in quo describuntur qualitates in Advocatis necessariae. Cum Advocati Curiae Romanae ab ipsis Officiis Sanctae Sedis iudicati fuerint uti iis qualitatibus praediti, absurdum est, iuxta patronum, ipsos in Curiis dioecesanis novo iudicio subiici et nova approbatione indigere. Sed huic patroni argumentationi concedendum non est. Profecto in can. 1657 C. I. C. non describuntur nisi qualitates in Advocatis iure communi necessariae. Sed neque ibi neque alibi denegatur Episcopis potestas alias requirendi in Advocatis qualitates praeter eas quae lege communi exiguntur. Et nota est distinctio inter leges ac decreta *contra ius* et leges ac decreta *praeter ius.* Dum Episcopi potestate non pollent condendi leges aut decreta contra ius, scilicet contra generales Ecclesiae leges, ipsi plena praediti sunt potestate condendi leges ac decreta praeter ius, scilicet quae iuri communi non adversentur.

Ex his sequitur leges communes Advocatis Curiae Romanae non concedere ius gerendi patrocinium causarum quae coram tribunalibus dioecesanis aguntur.

Superest igitur ut videamus an Advocati Curiae Romanae ius hoc

per peculiares Sanctae Sedis concessiones adepti fuerint. Peracta tamen de hac re accurata investigatione, nullum inventum est asserti iuris argumentum, nullum documentum, nullum vestigium.; immo documenta habentur quae contrarium ostendunt.

Dicamus primum de Advocatis Rotalibus. Undenam habent hi ius quod sibi vindicant? Si inspiciamus documenta nostri temporis in quibus de Advocatis Rotalibus sermo fit, nullam in eis invenimus asserti iuris mentionem. Profecto *Lex propria Sacrae Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae* titulum tertium ita inscribit: *De Advocatis 'penes Sacram Rotam et Apostolicam Signaturam.* In can. vero 44 haec decernuntur: « I. Advo-« cati proprii ac nativi Sacrae Rotae et Signaturae Apostolicae sunt Advo-« cati Consistoriales. - II. Admittuntur tamen et alii, sacerdotes sive laici », etc. In hoc igitur documento Sancta Sedes de Advocatis Romanae Curiae unice loquitur uti de Advocatis Sacrae Rotae et Apostolicae Signaturae; nullam tamen mentionem habet iuris defendendi causas coram tribunalibus dioecesanis.

Neque alium habet sensum textus diplomatis quo hodie eliguntur Advocati Rotales. En verba huius textus: « Cum ex documentis exhibitis... constiterit D...., idem dignus habitus est ut in Album Advoca-« torum ecclesiasticorum cooptetur, eique licentia concedatur scribendi «in causis quibusvis ecclesiasticis quae coram S. R. Rota et Signatura « Apostolica aguntur », etc. Iisdem fere verbis conceptum erat Rescriptum Sacrae Congregationis Concilii, quae et ipsa, antequam Constitutio *Sapienti Consilio* ederetur, Advocatos Curiae Romanae eligebat. En verba huius prioris textus: «Cum ex documentis... constiterit D...., « eum dignum, reputamus ut in Album Advocatorum ecclesiasticorum « cooptetur eique licentia concedatur scribendi in causis quibusvis eccle* « siasticis, quae sive coram Nostra sive coram Sacris Urbis Congregatio-« nibus aguntur ». Igitur neque hic mentio ulla iuris quod oratores sibi asserunt.

Sed perpendamus etiam antiquiora documenta. In collectione legum, edita anno 1834 iussu Summi Pontificis Gregorii XVI, sub titulo *"Editto deWE.mo e Rev.mo Signor Cardinale Gamberini,* sermo fit etiam de Advocatis, de eorum electione atque de ipsorum destinatione. En quae ibi in nostra re habentur: « § 228. I tribunali di appello di Bologna e di «Macerata e quello della Sacra Rota avranno soli il diritto di ammet-« tere gli Avvocati. - § 229. Nessuno potrà aspirare al titolo ed alle «funzioni di Avvocato, il quale non abbia l'età di venticinque anni com-« piuti e non esibisca : I° il certificato di battesimo, di cresima e di sud-« ditanza pontificia;... 4° di aver conseguito la laurea dottorale in una

«università dello Stato; 5° di avere, pel eorso almeno di cinque anni, atteso « allo studio forense presso un Avvocato esercente, sia delle provincie, sia « della Curia Romana. - § 235. Gli Avvocati ammessi dai tribunali « d'appello potranno esercitare il loro uffizio avanti gii stessi tribunali e « presso tutti i giudici e tribunali civili compresi nella loro giurisdizione. - « § 236. ... Gli Avvocati ammessi dalla Sacra Rota conserveranno il di- **ci** ritto di difendere le cause *avanti tutti i giudici e tribunali dello Stato* ». Patet ex his electionem Advocatorum Rotalium ipsorumque munus, saeculo superiori, uti rem internam Status Pontificii habitam fuisse. Exteri eo tempore non cooptabantur inter Advocatos Rotales. Advocatis vero Rotalibus nullum tribuebatur munus extra pontificium territorium exercendum. Neque hic igitur ullum asserti iuris vestigium; immo contrarium argumentum.

Haec cum ita sint patet Advocatis Rotalibus non competere ius agendi patrocinium causarum, invito scilicet Episcopo, coram tribunalibus dioecesanis.

Modo veniamus ad Advocatos Consistoriales. Advocati Consistoriales multis gaudent iuribus ac privilegiis, quae iis a Romanis Pontificibus concessa sunt. Inter hos meminisse praestat Pontifices Xystum IV, Iulium III, Xystum V, Clementem VIII. Horum vero iurium syllogen conscripsit et sua auctoritate confirmavit Benedictus Papa XIV in Constitutione *Inter conspicuos*, data die 29 augusti 1744. Ut pateat quo animo Constitutio haec exarata fuerit, iuvat referre eius initium.

En Pontificis verba: « Inter conspicuos Ordines, quibus Romana Curia « toto terrarum, Orbe celeberrima constat atque conflatur,... provida Prae- « decessorum Nostrorum cura a remotissimis usque temporibus exstare « voluit illustre Advocatorum Consistorialium Collegium ex praeclaris « compositum virtute ac doctrina viris, quibus, propter scientiae praestan- « tiam ac rerum usum atque prudentiam, ex omni Advocatorum coetu « delectis, singulare ius ac privilegium attribuerunt perorandi coram Ro- **ce** mano Pontifice.... Quod quidem Advocatorum praedictorum Collegium « singularesque personae vertentibus annis eidem adscriptae industriam « atque operam suam praefatis Praedecessoribus Nostris ita probarunt, ut « et gravissimorum munerum, quae ad retinendam sanctiorum iudiciorum « religionem, ad Apostolicae Sedis iura tuenda et conservanda, ad cala- « mitosorum salutem et defensionem, ac promovendam iuris et bonorum « artium scientiam pertinerent, proprium sibi atque, ut vocant, privati- ecvum exercitium adiudicari, nec non amplissimis gratiis, privilegiis atque « favoribus, plurium Summorum Pontificum beneficentia cumulari et coho- « nestari meruerint.

. « f 1. Quum autem huiusmodi privilegia, eximiis ipsorum meritis elar-
« gita, alia quidem aliis temporibus indulta reperiantur, nonnulla vero, licet
« longissimi temporis usura, optimo iure eisdem acquisita esse dignoscan-
« tur, attamen, propter remotissimam fortasse concessionum vetustatem,
« incertis videantur principiis et originibus innixa, aliorum denique usum
« et quasi-possessionem contrariis nonnumquam actibus interturbari et
« labefactari contigerit; optandum profecto videbatur ut, *unica aliquando*
« eorumdem collectione peracta, eademque inviolabili Apostolicae auctori-
« tatis robore munita, et ipsius Collegii splendori ac dignitati, et iurium
«ex Pontificia liberalitate eidem competentium firmitati ac securitati
« consuleretur. Nos itaque, qui concessum Nobis olim a felic. record. Prae-
« decessore Nostro Clemente Papa XI in eodem Collegio locum multos
« annos tenuimus ut illustre ac perenne extaret Nostrae erga prae-
« dictum Collegium existimationis et benevolentiae argumentum, eadem
« indulta et privilegia tam a Nobis, ut praefertur, tributa, quam alia,
« quorum concessiones diversis Praedecessorum Nostrorum Litteris con-
ce signatae reperiuntur, vel quae ex inveterata consuetudine ipsi Collegio
« competere dignoscuntur, *in unum veluti corpus redigere,* eaque omnia,
« Apostolica Nostra auctoritate firmata et roborata, atque etiam, sicubi
« opus fuit, declarata et ampliata, praesentibus Nostris Litteris perpetuo
« valituris comprehendere constituimus. Igitur... omnia infrascripta pri-
ée vilegia, indulta, iura, facultates, honores, munera, praeeminentias et
ce praerogativas ipso Collegio earumdem tenore praesentium in perpetuum
« asserimus, approbamus, confirmamus et innovamus, eaque novo Aposto-
« licae Nostrae auctoritatis robore communionis, simulque, ut infra, decer-
ci nimus, statuimus, declaramus atque sancimus ».

Ex hoc initio patet: *a)* Summum Pontificem Constitutionem hanc animo benevolentissime conscripsisse; *b)* eius finem in Constitutione edenda fuisse omnia Advocatorum Consistorialium iura in unum veluti corpus redigendi. Yerum si tota Constitutio attente perlegatur, nullum in ea verbum invenitur de iure defendendi causas coram tribunalibus dioecesanis. Id nihil aliud significat nisi asserti iuris defectum.

Vis argumenti huius eo magis dignoscitur si consideretur quam accuratus Pontifex fuerit in iuribus Advocatorum Consistorialium describendis ac ceteris constituendis quae ad ipsorum Collegium spectant. Sane in primis Pontifex constituit corpus Advocatorum Consistorialium duodecim Advocatis constare debere, quorum unus ex civibus bononiensibus, alter ex mediolanensibus, tertius ex ferrariensibus, quartus ex neapolitanis, ceteri octo vero ex Advocatis Romanae Curiae eligendi forent. Deinde statuit de modo computandi vulgo dictam *antianitatem,* de modo adipiscendi decana-

tum, de loco ab Advocatis Consistorialibus in functionibus et Cappellis papalibus occupando, de iure deferendi baldachinum, de praeeminentia in Conciliis, de habitu. Deinde praecipua eorum iura ita attingit: « Praeci- si pua vero et propria eorum munera ea sunt quae circa Consistorium et « actus atque negotia in eo gerenda atque tractanda versantur ». Et hie sermo fit de causis beatificationis, de petitionibus in Consistorio examinandis, de postulatione pallii, etc. Post haec memoratur Pontifex cetera iura ac privilegia; nullam tamen mentionem facit de iure defendendi causas in Curiis dioecesanis. Verum, quo benevolentior Pontificis animus et quo accuratior iurium descriptio ab illo peracta, eo clarius in Constitutione ipsa argumentum habetur oratores carere iure quod sibi vindicant.

Haec vero iura Advocatorum Consistorialium, a 'Benedicto XIV descripta, immutata manserunt in *Editto délVE.mo e Rev.mo Signor Cardinale Gamberini* superius memorato. Ibi enim haec habentur: « § 245. Il Collegio « degli Avvocati Concistoriali in Boma è di diritto costituito Consiglio di « disciplina per gli Avvocati della Curia Romana. Le prerogative, le onori- **ci** licenze, i privilegi, i diritti, attribuiti a questo Collegio ed ai membri di « esso dalle Bolle Apostoliche, anche in ordine all'abito, di costume pubblico « o privato, rimangono e, quando occorra, sono ristabiliti nel loro pieno ed « intiero vigore, non ostante qualunque contraria disposizione ».

Cum haec ita sint, patet nullo modo constare de iure Advocatorum Consistorialium defendendi causas coram tribunalibus dioecesanis.

Nil igitur restat pro Advocatis Romanae Curiae nisi argumentum convenientiae. Expendamus illud aliquantulum. Argumentum hoc ita exhiberi potest. Qui pro peritis habentur ut in Curia Romana et coram ipso Summo Pontifice causam dicant, ii a fortiori periti dicendi sunt ut causam dicant coram tribunalibus dioecesanis. Sed argumento huic nulla inest vis. Sane in advocatis causarum requiruntur non modo qualitates quae generales vocari possunt (uti doctrina, bona fama, religio, aetas), sed quandoque etiam qualitates speciales, quae a peculiaribus circumstantiis locorum, personarum ac factorum pendere possunt. Verum iudicare quaenam aliae qualitates requirantur et quinam ipsis praediti sint, id, firmis iis quae iure communi statuta sint, ad Episcopi spectat potestatem.

Neque deest in ipso Codice iuris canonici luculentum exemplum exclusionis Advocatorum Curiae Romanae a suscipiendo patrocinio causarum coram quibusdam tribunalibus. Exemplum hoc habetur in can. 1658 § 4, in quo haec statuta sunt: « Procurator et advocatus, in causis quae ad «normam can. 1579 §§ 1, 2 aguntur in religionis tribunali, eligendi sunt « ex eadem religione ». Per hunc igitur canonem a dicendis causis coram tribunalibus religionis implicite repelluntur omnes Advocati Curiae Roma-

nae, sive laici sive ecclesiastici, in quacumque dignitate ii constituti sint. Sed si Codex iuris canonici legem hanc statuit in causis quae coram tribunalibus religionis aguntur, quid impedit quominus similem legem edat Episcopus in causis quae aguntur coram dioecesano tribunali!

Demum omittendum non est in can. 67 haec statui: «Privilegium ex '« ipsius tenore aestimandum est; nec licet illud extendere aut restringere ». In can. vero 68 haec habentur: «In dubio privilegia interpretanda sunt « ad normam can. 50 ».... Et in can. 50: « In dubio, rescripta quae ad lites «referuntur, vel iura aliis quaesita laedunt... strictam interpretationem « recipiunt; cetera omnia latam ». Haec omnia ostendunt in hac quaestione admittenda non esse argumenta convenientiae, sed documenta clara et aperta, et in dubio iudicandum esse de iuris defectu.

Ex praemissis liquet Advocatos Curiae Romanae, sive ecclesiasticos sive laicos, Advocatis Consistorialibus non exclusis, neque lege communi neque peculiaribus Sanctae Sedis concessionibus ius habere defendendi causas quae coram tribunalibus dioecesanis aguntur; ac proinde ipsos, ad normam can. 1658 § 2 superius memorati, ut ad patrocinium earum causarum admittantur, indigere approbatione Ordinarii. Et ideo Emi Patres mandarunt rescribendum uti supra.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum; mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, eamque ab omnibus ad quos spectat exsecutioni mandaretur, non solum, etc.; sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Tribunalis, die 15 decembris 1923.

Franciscus Morano, *Votans Signaturae.*

L. © S.

VISA

Evaristus Lucidi, *S. A. S. T. a Secretis.*

Aloisius Scialdoni, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AB CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

I

DUBIA
SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

I

De paroeciis nationalibus (can. 216, § 4)

Utrum in regionibus mixtae linguae, quae politice unicum Statum efformant, sed diversis utuntur linguis, ut aiunt, officialibus, requiratur, vi canonis 216, § 4, indultum apostolicum ad erigendam paroeciam exclusive destinatam fidelibus determinati sermonis seu linguae, etiamsi haec determinata lingua sit una ex linguis officialibus eiusdem nationis, et paroecia erigenda suam distinctam habeat partem territorialem in dioecesi.

Resp.: *Affirmative.*

II

De excusatione a choro (can. 420)

Utrum praescriptum can. 420 comprehendat quoque cappellanos seu clericos secretos personae Romani Pontificis actu inservientes.

Resp.: *Affirmative* quoad praescriptum can. 420, § 1, n. 6; *negative* quoad praescriptum eiusdem canonis § 2,

III

De celebratione Missae in religionibus mulierum (can. 610, § 2)

Utrum, vi canonis 610, § 2, quo praescribitur: « Missa quoque Officio « diei respondens secundum Rubricas quotidie celebrari debet in religioni- « bus virorum, et etiam, quoad fieri possit, in religionibus mulierum »,

Missa Officio diei respondens debeat celebrari tantum in religionibus regularium et monialium vota sollemnia habentium; an etiam in domibus religiosarum vota simplicia habentium, quibus ex Constitutionibus a Sancta Sede approbatis est obligatio chori.

Resp.: *Negative* ad 1am partem; *affirmative* ad 2am.

IV

De ministro Confessionis (can. 883)

I° Utrum adverbium *obiter* can. 883, § 2, ita intelligendum sit, ut sacerdos rite praeditus facultate, iuxta § 1 eiusdem canonis, audiendi Confessiones, possit, quoties navis in portu maneat, terram adire ibique in ecclesia vel sacello Confessiones excipere eorum, qui confiteri petant, eosque valide ac licite absolvere, etiam a casibus Ordinario loci reservatis, per integrum diem, vel per integros duos vel tres dies, si tamdiu navis in portu maneat.

2° Utrum id possit per integrum diem, vel per integros duos vel tres dies dictus sacerdos, quoties ad idem iter prosequendum unam navem relinquere debeat ut alteram conscendat, si in portu hanc navem tamdiu expectare debeat.

3° Utrum in utroque casu idem possit dictus sacerdos etiam ultra triduum.

Resp.: Ad 1um et 2um *Affirmative.*

Ad 3um *Negative,* si loci Ordinarius facile adiri possit.

V

De licentia assistendi matrimoniis (can. 1096, coll. cum cann. 465, 472-476)

1. Utrum vicarius oeconomus legitime constitutus in paroecia vacante, ad normam cann. 472 et 473, possit licentiam assistendi matrimonio dare sacerdoti determinato ad matrimonium determinatum.

2. Utrum id possit vicarius substitutus, de quo in can. 465, §4, post Ordinarii approbationem, si nullam limitationem Ordinarius apposuerit.

3. Utrum vicarius parochi religiosi id possit post Ordinarii approbationem, sed ante approbationem Superioris religiosi.

4. Utrum vicarius, seu sacerdos supplens, de quo in cit. can. 465, § 5, id possit ante Ordinarii approbationem.

5. Utram id possit vicarius adiutor parochi imparis suis muniis rite obeundis, legitime constitutus ad normam can. 475, § 1.

6. Utrum id possit vicarius cooperator, de quo in can. 476, inscio parocho.

Resp.:

Ad 1um *Affirmative.*

Ad 2um *Affirmative.*

Ad 3um *Affirmative.*

Ad 4um *Affirmative*, quoadusque Ordinarius, cui significata fuit designatio sacerdotis supplentis, aliter non statuerit.

Ád 5um provisum in cit. can. 475, § 2.

Ad 6um provisum in cit. can. 476, § 6.

VI

Circa assistentiam matrimoniis (can. 1096, § 1).

Utrum, ad normam can. 1096, § 1, sacerdos sit determinatus, si parochus Superiori monasterii in casu particulari declaret, se ad matrimonium proxima Dominica in ecclesia filiali celebrandum delegare aliquem sacerdotem religiosum, qui a Superiore sequentibus diebus ad Missam die Dominica ibi celebrandam deputabitur.

Resp.: *Negative.*

VII

De Ss.ma Eucharistia asservanda (can. 1265)

Utrum Ordinarius, attenta immemorabili consuetudine, possit licentiam dare asservandi Sanctissimam Eucharistiam in curatis ecclesiis, quamvis non stricte paroecialibus, sed subsidiariis.

Resp.: *Affirmative.*

VIII

Dubium circa versiones Sacrarum Scripturarum (can. 1391).

Utrum particula *et* canonis 1391, quo praescribitur: « Versiones sacrarum Scripturarum in linguam vernaculam typis imprimi nequeunt, nisi sint a Sede Apostolica probatae, aut nisi edantur sub vigilantia Episcoporum *et* cum adnotationibus », etc., interpretanda sit copulative an disiunctive?

Resp.: Affirmative ad 1am partem; *negative* ad 2am.

IX

De reservatione pensionis (cann. 1429, 1486, 2150)

Utrum loci Ordinarius possit admittere renuntiationem paroeciae cum reservatione pensionis ad vitam pensionarli super beneficio paroeciali in favorem parochi renuntiantis.

Resp.: *Affirmative,* firmo praescripto canonis 1429, § 2.

Die 20 maii 1923.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius.*

Il

DUBIUM

SOLUTUM AB EMO CARDINALI COMMISSIONIS PRAESIDE

Utrum per can. 824, § 2 Codicis abrogata censeri debeant ea, quae S. C. Concilii statuerat sub die 15 octobris 1915 in responsione ad III, de retributione non recipienda ne ratione quidem extrinseci incommodi in secunda et tertia Missa in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; an vero ea adhuc in suo vigore permaneant.

Resp. *Affirmative* ad 1am partem; *negative* ad 2am.

Die 13 dec. 1923.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses,*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA CONGREGAZIONE BEI RITI

Martedì, 19 febbraio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, eoa l'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Reverendissimi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Giuseppe Oafasso, Sacerdote secolare e Direttore del Collegio Ecclesiastico di Torino.

Martedì, 26 febbraio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si e tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Paolo Ginhac, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù.
2. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Luca Belludi, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minori, detto Beato.
3. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Clelia Russo, Vergine.
4. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Giacomo da S. Luigi, laico professo della Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C.
5. Intorno alla revisione degli scritti dei Servi di Dio Filiberto Vrau e Camillo Feron-Vrau, Secolari.
6. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Francesco Gonzaga, Ministro Generale dei Minori, Vescovo di Mantova.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

21 gennaio 1924. L'Emo Sig. Card. Giovanni Bonzano, *Protettore dell'Istituto della Consolata per le Missioni Estere, in Torino.*

26 » » L'Emo Sig. Card. Camillo Laurenti, *Protettore della Congregazione delle Canonichesse di Nostra Signora dell'Ordine di S. Agostino.*

27 » » Monsig. Antonio M. Bernasconi, *Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

14 febbraio » Monsig. Camillo Caccia Dominioni, *Canonico AUarista della Ss. Patriarcale Basilica Vaticana.*

Assistente al Soglio Pontificio:

13 febbraio 1924. Monsig. Francesco Maria Redwood, Arcivesc. di. Wellington.

Protonotarii Apostolico ad instar participantium:

20 gennaio 1924. Monsig. Carlo Bergia, della diocesi di Cuneo.

Prelati domestici di S. S.:

9 giugno 1922. Monsig. Giuliano Bister, della diocesi di Podlaechia.
23 febbraio 1923. Monsig. Angelo Yisalli, dell'archidiocesi di Messina,
24 novembre » Monsig. Giorgio Miculas, della diocesi di Oradea Mare.
26 » » Monsig. Ottaviano Domide, della diocesi di Gherla.
30 gennaio 1924. Monsig. Giovanni Fitz-Gerald, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Guglielmo Me Guiri, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Davide Hickey, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco O' Hara, della medesima diocesi.
1 febbraio » Monsig. Carlo Augusto Loibl, della diocesi di Ratisbona.
5 » » Monsig. Giacomo Cleary, dell'archidiocesi di San Paolo di Minnesota.
» » » Monsig. Antonio Ogulin, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Humphrey Moynihan, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giacomo Byrne, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tommaso A. Welch, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Patrizio O' Neil, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pietro Jung, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Edoardo Luque, dell'archidiocesi di Lima.
» » » Monsig. Belisario Augusto Philipps, della medesima archidiocesi.
8 » » Monsig. Biagio de Monte, dell'archidiocesi di Bombay
» » » Monsig. Giovanni Adam, della diocesi di Veszprimia.
lo » » Monsig. Giovanni Haring, della diocesi di Seccovia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

24 gennaio 1924. Al sig. cav. Augusto Ciriaci (Roma)

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

31 gennaio 1924. Al sig. Giacomo Wiseman Mac Donald, della diocesi di Los Angeles.
16 febbraio » Al sig. conte Enrico Du Beau (Francia).

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

13 febbraio 1924. Al sig. Giovanni Roberto O' Connell, dell'archidiocesi di Dublino.

La placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

24 settembre 1923. Al sig. comm. ing. Achille Gasthuys, della diocesi di Gand.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

27 novembre 1923. Al sig. avv. Demetrio Hiss, della diocesi di Oradea Mare.
» » Al sig. avv. Mario Theodorian Caradà (Bukarest).
25 gennaio 1924. Al sig. cav. ing. Guglielmo Palombi (Boma).
26 » Al sig. dott. Carlo Brunetti (resid. S. Paolo del Brasile).
1 febbraio » Al sig. cav. Tommaso Guglielmo Hunter, dell'archidiocesi di Westminster.
15 » » Al sig. Francesco Renazco, dell'archidiocesi di Managua.
16 » Al sig. Federico Pustét, della diocesi di Ratisbona.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

16 febbraio 1922. Al sig. Ludovico Macourek, della diocesi di Vácz.
14 gennaio 1924. Al sig. Pietro Combeau, della diocesi di Angoulême.
» » » Al sig. Giovanni Castillon du Perron, della medes. diocesi.
27 » Al sig. Giorgio C. Jenkins, dell'archidiocesi di Baltimora.
» Al sig. dott. Vittore Francesco Gullen, della medesima archid.
» Al sig. prof. avv. Carlo Poisson, della diocesi di Angers.
» » Al sig. marchese Enrico de Saint-Pern, della medes. diocesi.
30 » » Al sig. Luigi Rossignani (Roma).
» » » Al sig. Lorenzo Colizzi (Roma).
» » » Al sig. Pietro Rossi de Gasperis (Roma).
» » » Al sig. Ludovico Centra (Roma).
31 » » Al sig. Isidoro Dockweiler, della diocesi di Los Angeles.
13 febbraio Al sig. H. Too Wesley, Vice-presidente della repubblica di Liberia.
» » » Al sig. Bernardo Majorel, della diocesi di Mantauban.
14 » Al sig. Riccardo Majer, della diocesi di Fulda.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

10 gennaio 1.924. Al sig. ing. Ettore Cerasa (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 gennaio 1924. Al sig. Francesco Lucenti, della diocesi di Vicenza.
» » » Al sig. rag. Giovanni Fortuna, della medesima diocesi.[1]
28 » » Al sig. Giovanni Battista Bacigalupo, della dioc. di Chiavari.
13 febbraio » Al sig. Stefano Cybulski, dell'archidiocssi di Mohilew.

MAGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Revma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.: .

23 gennaio 1924. Monsig. Eugenio Brauer, dell'archidiocesi di Sydney.
24 » » Monsig. Enrico Limberg, dell'archidiocesi di Münster.

30 gennaio 1924. Monsig. Graseppe Loncarié, dell'archidiocesi di Zagabria.
5 febbraio » Monsig. Massimiliano Cuesta Vega, della diocesi di Plasencia.
» » » Monsig. Maroc Glaser, della diocesi di Jassy.
» » » Monsig. Giovanni Bogies, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Michele Robu, della medesima diocesi.
• » » » Monsig. Antonio Gabor, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Antonio Inverno, della diocesi di Acerra.
» » » Monsig. Pasquale De Lucia, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Giulio Mortara (Roma).
14 » » Monsig. Emerico Nérneth, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Nicola Knebel, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gioacchino De Leo, dell'archidiocesi di Palermo
21 » » Monsig. Luigi Soukup, della diocesi di Králov lira dec.
•» * » » Monsig. Giuseppe Procházka, della medesima diocesi.
» » .» Monsig. Giovanni Seidl, della medesima diocesi.
» » D Monsig. Pietro Polreich, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Paolo Krieg (Roma).

Camerieri Segreti ai Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

26 gennaio 1924. Il sig. marchese Luigi Battista Rosselli del Turco, della diocesi di Fiesole.
» » » Il sig. principe Francesco Radzhvill, della di oc. di Podlaechia.
21 febbraio » Il sig. barone Felice Gerliczy de Arany et Szentgerlistye, dell'archidiocesi di Strigonia.

Camerieri d'onore in ahito paonazzo di S. S.:'

30 gennaio 7924. Monsig. Carmelo Cucchiaro, della diocesi di Caltanissetta.
» » » Monsig. Angelo Gurrera, della medesima diocesi.
•*5 febbraio* » Monsig. Antonio M. Pleninger, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Giovanni Müller, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Niccolò Mauro, della diocesi di Piazza Armerina.
7 » » Monsig. Arturo Illuminati, dell'archidiocesi di Fermo.
16 » » Monsig. Flodoardo de Britto Fontes, della dioc. di Araca-ju.
» » » Monsig. Teodoro Neu, dell'archidiocesi di Colonia.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

26 gennaio 1924. Il sig. Leone de Nowacki, della diocesi di Podlaechia.

NECROLOGIO

2 giugno 1923. Monsig. Salomon Musa Sabbagh, Vesc di Amida (rit. cald.).
8 » » Monsig. Raffaele Amador y Hernández, Vescovo di Huajapam de Léon.
27 novembre » Monsig. Amedeo Crooy, Vescovo di Tournai.
19 dicembre » Monsig. Graziano Gennaro, Vescovo tit. di .Gerico.
30 gennaib 1924. Monsig. Giuseppe Gregorio Castro, Vescovo tit. di Clazomene.
19 f ebb Mo » Monsig. Girolamo Thomé da Suva, Arcivescovo di S. Salvatore di Bahia.
21 » » Monsig. Domenico Bozzoni, Vescovo tit. di Ta via.

Annus XVI - Vol. XVI 1 Aprilis 1924 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

Feria secunda, die 24 martii 1924, in Palatio Apostolico Vaticano, habitum est *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I. - TRADITIO CAMERARIATUS S. R. E.

Andreas Card. Frühwirth detulit Perulam Sacri S. E. E. Cardinalium Collegii et reddidit Beatissimo Patri, qui eam tradidit Raphaeli Card. Scapinelli di Léguigno, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Camerario.

II. - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI
CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Amplissimum consessum vestrum quoties per annum contingit intueri coram et pro Apostolico officio alioqui, Nobis profecto non sine magna delectatione contingit; hodierna autem opportunitate eo utimur libentius, quod una vobiscum licet hinc cogitationem ad quadragesimalia documenta et mysteria convertere, illinc, veluti experrecto ad iucundiora animo, Paschalia gaudia praecipere.

Quarum delibato, ut aequum erat, sanctissimarum argumento rerum, iam vos, Venerabiles Fratres, edoceri attinet, qualis

quamque laetabilis exitus Encyclicas Litteras *[Maximam gravissimamque* sit consecutus, quibus, ad Episcopos, clerum populumque Galliae ipso Cathedrae Petri Eomanae die festo datis, gravissimum *Consociationum dioecesanarum* negotium ita tandem diremptum nuntiabamus, ut eas posthac liceret, permissu atque etiam hortatu Nostro, experiri. Laetabilem exitum diximus, cum, quicquid visum est, rebus diu multumque perpensis, decernere, populi Gallici consensus et publicae gratae voluntatis significationes exceperint. At vero, quemadmodum maius exstitit quam ut pro merito laudari posset, sic Nobis incredibili fuit solacio illud, quod Ecclesia Gallica, cum ingenti admiratione catholici orbis, iterum edidit, in Apostolicam Sedem atque in Vicarium Iesu Christi obsequii observantiaeque singularis exemplum : cuius quidem rei mansuro sunt documento non modo ea quam die sexto superioris mensis dioecesium e Gallia Antistites ad totius nationis clerum ac populum dederunt communiter et subscripsere ad unum omnes Pastoralem epistulam, sed etiam litterae quas ab iis singillatim Nosmet officii plenas accepimus. Neque id Nobis contra spem exspectationemque accidit; spondebant enim quae per ásperas item Galliae condiciones, in sacro Pii VII et Pii X principatu, haud absimili in genere evenerant. Verum, quia rem huc evasuram prospexeramus, non idcirco e testimonio isto pietatis minorem cepimus laetitiae fructum; placetque Episcopis et clero populoque Galliae gratum publice profiteri animum Nostrum in hac coetus maiestate, in quem omnium undique ora atque oculos novimus esse conversos. Postulatum interea a Nobis est, qua demum ratione Consociationes eiusmodi facilius aptiusque ad effectum deducerentur; docuimus equidem, auctoritatemque Nostram, quotiescumque oportuerit, libenter interposituri sumus ; sed praecipuas in hoc negotio partes, ut par est, Episcoporum arbitrio, pro rerum locorumque varietate, permittimus.

Aliud praeterea, quasi e terrarum orbis theatro, obiectum No ois communis catholicorum fidei spectaculum, quod mira quadam suavitate animum Nostrum perfudit. Intellegi volumus, plenum alterum ab inito Pontificatu annum singulari pietatis

exemplo ubique gentium commemoratam, diemque illum passim per omnes actum regiones, qui « Pontificis dies »tarn venuste nuncupari consuevit: quae quidem sollemnia non modo multitudines, sed etiam civitatum primores et vel ipsi summi rerum publicarum magistratus, suam erga Nos caritatem multimodis testando, partieipavere. De bis igitur tantis tantaque cum celebritate tributis honoribus, benignitati Dei hominumque pietati gratias agimus, eo quidem maiores, quod, tenuitatem facile agnoscentes Nostram, non tam Nos ornari praedicarique credimus, quam illum Pastorum Principem, cuius vicaria ut fungeremur in terris potestate, divinitus Nobis, quamvis immerentibus, obtigit.

Laeta ista sane et cum catholici nominis dignitate utilitatibusque coniuncta: sed his alia, Venerabiles Fratres, comitari non desinunt, quae magnam Nobis miserationem iniiciunt ac commovent.

Quae ut breviter attingamus, recordatio eorum non excidit et religiosorum virorum et sacerdotum, qui, duce Ioanne Baptista Cieplak Archiepiscopo Achridano, libertate orbati, custodiae publicae incommoda aerumnasque perpetiuntur adhuc et perferunt. Filios Nobis carissimos, quando alio^pacto adiuvare non possumus, coram Ordine vestro iterum commemoramus, honoris solaciique causa eo largius impertiendi quo captivitas diutius producitur; eorumque sortem, cum bonos omnes haud oblivisci cupimus, tum iis ipsis commendare perseveramus, quorum in manibus est et penes quos peculiari aliquo intercedendi iure non omnino carere videamur. - Est praeterea ingens eorum numerus, qui veritatis caritatisque cupidi, unitatem pacemque sitientes, ab haeresi et schismate in Nos et hanc Apostolicam Sedem suspiciunt, quasi sparsae dissipataeque oves, quae dominici ovilis desiderio teneantur. Vix attinet dicere, quam vehementer eos amplexari aveamus; quodsi iteratae per Nos summi uniusque Pastoris invitationi: *Venite ad me omnes,* properando ad Nos accessu respondeant, iam paternis eos allocuturi sumus verbis: *Omnia mea, tua sunt.* In quo catholicis omnibus gratiam habebimus maximam, quotquot dissidentibus a se fratribus, divina

gratia instinoti, ad germanae adeptionem fidei viam munire eontenderint, praeiudicatas convellendo opiniones, integram tradendo catholicam doctrinam, eamque discipulorum Christi notam, quae caritas est, in se potissimum exhibendo. Prequentissimos denique utriusque sexus orbos ac derelictos, debiles atque aegros, pueros et senes, ad inopiam et squalorem ab aurea saepenumero mediocritate et vel ab ipsa fortunarum copia prolapsos, ut angustiis suis leniendis nonnihil opis petant, ad Nos confugere cernimus.

Quod autem illa, quam Deus Vicario in terris suo universalem paternitatem demandavit, ab omnibus naturali veluti sensu agnoscitur, tam grande id profecto est, tam magnificum quam quod maxime. At hoc ipsum paternitatis officium nimium quantum Romano Pontifici importaret maeroris atque angustiarum, nisi adforent qui, illius paternitatis apprime conscii quia in domo Patris sunt, egestati miserorum levandae facultates sumptusque suppeditarent. Itaque filii per terrarum orbem Nostri, qui sunt, Dei providentia, re familiari locupletiores, fratribus adversa fortuna utentibus sic consulunt, ut per communem Patrem subvenire malint. Qua quidem re cum magnopere commoveamur, adiutoribus istis sociisque beneficentiae Nostrae memorem Nostrum significamus animum; misericordiam enim tot filiis Nostris adhibitam tamquam Nobismet ipsis tributam existimamus.

Verumtamen gratae eiusmodi voluntatis significationi defore aliquid videatur, nisi quam filii Nostri e Foederatis Americae Civitatibus in hoc caritatis certamine habuere partem, singulatim recolamus atque in luce totius orbis collocemus. Etenim ex quo primum pro pueris Russis fame enectis clamavimus, earundem Civitatum Episcopi, clerus et populus tam prompte, tam liberaliter adiutricem Nobis navarunt operam, ut, licet undique omnes stipem in tantae levamentum calamitatis conferrent, ipsi tamen primas et tum et deinceps perseverando obtinerent. Quodsi fraterna ista liberalitatis contentio, vixdum necessitates remisejL-ant, aliquantum resedit, satis fuit, cum novae passim ingruerunt miseriarum molestiae, peracerbam Nos rem paucis significasse, ut certamen ubique revivisceret et pecuniae rerumque

adiumenta, pro varia uniuscuiusque facultate, rursus undique confluerent. Quid quod iidem Foederatarum Americae Civitatum fideles, quantacumque antea egerant veluti obliti, opibus longe maioribus in egentium praesidium collatis, partum iam tum largitatis principatum retinuere? Cum autem, quantam animo Nostro admirationem iniecerit in hac superioribus aetatibus ignota atque in perpetuum memoranda calamitatum incursione isthaec non minus singularis aemulatio caritatis, verbis exprimere nequeamus, decrevimus tali eam facto collustrare, quod, ut est, pro rei temporisque novitate, extraordinarium cumque ipsis summis cohaerens ecclesiasticae hierarchiae gradibus, veluti oculis omnium, maximeque civium earum nobilissimarum regionum, sensus proponeret Nostros taciteque declararet. Scilicet deliberatum Nobis est, ad Romanae Purpurae honorem duos e Foederatis Americae Civitatibus sacrorum Antistites evehere, qui, ob suas animi ingeniique laudes, ob suae cuiusque Sedis amplitudinem dignitatemque, ob studiosam egregiamque pastoralis muneris perfunctionem, inter Episcopos earundem Civitatum excellunt : quorum interea nomina aperire paulisper moramur, ne alia, quae attentionem postulant Nostram, eventa, eademque laeta non ad unum omnia, silentio transire videamur.

Iam si propius a Nobis circumspiciamus, facere equidem non possumus quin summopere laetemur, una cum sanctissima Christi Crucifixi Imagine, signo ac monumento redemptionis humanae, doctrinae christianae institutionem in ludos auspicato remigrasse, ubi pueri, divino Magistro carissimi, prima litterarum elementa discunt et ad vitae consuetudinem ab initio aetatis conformantur. Yerum hac in re Nobis non licet, quemadmodum velimus, omni esse sollicitudine vacuis; nam, etsi confidimus, quibus de religiosa eiusmodi institutione regunda tradendave mandetur, eos et parate et sincere et **salva** officii conscientia rem tanti momenti adgressuros, ipsum tamen postulat, quo fungimur, apostolicum ministerium, ut Yenerabiles Fratres Italiae Episcopos, clerum et patres matresque familias in visceribus Christi obtestemur ne securi torpescant neve de nativo iure suo vigilandi

et pro necessitate expostulandi detrahi quicquam patiantur. Causa enim agitur gravissima, cuius in eos ipsos eventus et periculum magnam partem recidat, cum inde non tam sors Ecclesiae, ad immortalitatem ex divinis promissis natae et in universum terrarum orbem patentis, quam familiarum et civilis societatis et vel ipsius rei publicae fortuna pendeat. Neque enim liceat civitati colligere nisi id ipsum quod antea severit, veritatem aut errorem, germanam Christi fidem aut ethnicam pravitatem, humanum denique cultum aut detestabilem barbariam, quantumvis externo splendore claram exquisitissimisque fucatam munditiis, quas recentior rerum cursus ac progressus invexit.

Huc accedit quod non modo curis ac sollicitudinibus, ut supra diximus, verum etiam maerore afficimur ob civium cum civibus simultates ac potissimum ob vim haud raro personis, locis rebusque sacris, praetereaque iis illatam sodalitatibus, quae, quamquam religiosae ac sacrae per se non sunt, arcte tamen cum Reli-' gione et ecclesiastica hierarchia cohaerent, qua praeeunte et duce, remoto quovis partium rerumque publicarum studio, ad catholice sentiendum ac vivendum homines singulos societatemque domesticam et civilem adducere nituntur. Quod enim perspicue atque plus semel ediximus, nulli prorsus licere, ad consilia dumtaxat politica vel ad fovendam partium quarumlibet causam, cum auctoritate sacra, tum catholica actione abuti, - idque ne fieret pro facultate prohibuimus -, idcirco impositas Eeligioni iniurias aut vim personis, rebus institutisque cum ea coniunctis, per speciem publicarum rationum, adhibitam iure optimo conquerimur atque improbamus. Nonnulla quidem ad exitum aut nuperrime perducta aut mox perducenda libenter fatemur non iniucunda accidisse, ut intermissam - quae utinam funditus retractetur - notissimam legem, unde satis gravia operibus legatisque piis impenderent detrimenta, ut maioris pecuniae assignationem clero sustentando, etsi ad annum tantummodo, prorogatam, decretamene sacris eius ministeriis tuendis militiae vacationem. At nolimus silendo eam invehere opinionem, Apostolicam Sedem cuipiam renuntiasse aut renuntiare velle ius suum de iis rebus decer-

nendi quae ad se unice pertinent, itemque, quicquid concessum concedendumve in futurum tempus, alio id nomine, quam inchoatae restitutionis, in acceptum imputare posse.

Sed ante quam finem faciamus loquendi, animum, communis solacii gratia, libet ad alia traducere, quae, sive in effectu iam sive proxime futura sunt, spem bonam continent meliorum temporum.

Ac primum, quamquam per Europae regiones, incertis adhuc suspensisque rebus, haud exigua superest aegritudinum incommodorumque moles, videtur tamen, cum in singulis civitatibus, tum in publicis populorum inter se rationibus, status maturescere aliquanto felicior; unde religiosis negotiis, per istam animorum rerumque perturbationem paene ubique profligatis, non parum accedere emolumenti confidimus. Verum optima rei catholicae spes illucescit per immensos tractus creberrimosque Sinarum populos ex primo Concilio Plenario, quod, superioribus mensibus rite paratum, haud ita multo post, Delegato Nostro praeside, habebitur. Cuius quidem cogendi si causam attulit periucundam ipsa sacrarum Missionum condicio provecta feliciter rerumque aptius ordinandarum necessitas, planum est prospicere, ex Conventu isto sane memorabili, ut ceteri id genus Conventus alibi acti argumento sunt, magna demum obventura esse Sinensi Ecclesiae incrementa.

Neque minora vertente anno ex sacris quibusdam sollemnibus incidunt Nobis atque Almae huius Urbis civibus pietatis laetitiaeque incitamenta; plenum enim quartum decimum commemoraturi sumus saeculum, postquam populus Romanus suavissimam beatae Mariae in Porticu Imaginem venerari coepit, itemque sextum decimum a dedicata primum Basilica Ioannis ad Lateranum. Hinc recolenda obiicitur picta Dei hominumque Matris Effigies « Romanae Portus securitatis », inde Cathedrae ecclesia Nostrae, omnium «urbis et orbis mater et caput ecclesiarum» eademque ordinationis Nostrae sacerdotalis ecclesia: utraque maiestate affluens et gratia tantae tamque praeclarae vetustatis. Certe, nisi Nos Romani Episcopatus permoveret officium, ipsa

fidei pietatisque, qua incendimur, flamma Nos cogeret eiusmodi provehere ac participare sollemnia: coepimus equidem, et inceptum neutiquam deseremus, cum nihil habeamus antiquius, quam ut debita Virgini pietas Romanaeque Cathedrae studium in dilectis filiis ex Urbe Nostris, immo etiam in Christi fidelibus omnibus, cotidie mggis floreant ac revirescant. Dolendum sane, hisce Apostolicae Sedis condicionibus prohiberi Nos quominus, decessorum Nostrorum exemplo, et munificentissime agamus et sacris ritibus praesentes adsimus: quae sane egregia eorum facta Pontificum in fastis Basilicae Lateranensis et templi S. Mariae in Porticu exstant aureis veluti litteris inscripta.

At duplici alio, Venerabiles Fratres, aliquanto post fruituri sumus, ut nostis, celebritatis eventu, unde haec Alma Urbs communis fidei ac pietatis, itemque omnium hominum pacificationis fraternaeque populorum necessitudinis, quasi quoddam theatrum exsistet: de Anno Sancto intellegi volumus deque Missionaria Expositione, quam vocant, in Vaticanis hisce aedibus habenda. Atque iam nunc, magna cum animi iucunditate, videre propemodum videmur peregrinos undique huc, ad millia bene multa, confluere, et, admissa expiandi seseque Deo reconciliandi cupidos, paratosque vitam rectius sanctiusque in reliquum tempus traducere, Portam Sanctam catervatim ingredi, quam Nos eo consilio, pro vetere more institutoque, aperiemus, ut copiosiores redemptionis fructus gratiaeque in ipsos emanent atque effluant. Neque est ullo pacto dubitandum, quin iidem peregrini et fideles, quando, miro quodam complexu propositam, multiformem heroicamque adspexerint recteque aestimaverint missionalium catholicorum operam - illorum missionalium, inquimus, qui, ut miserrimis fratribus in umbra mortis sedentibus caelestes eos luminum gratiarumque thesauros impertiant quibus heic affluimus, et patriae et suorum et vel ipsius vitae iacturam faciunt -, iam se ad tanti apostolatus admirationem converti sentiant atque °;^ripi et in promovendis sacrarum Missionum utilitatibus delerentur. Merito igitur vobiscum, Venerabiles Fratres, eam in spem erigimur, futurum, ut sacri istius piacularisque anni cursus sic

ad regnum Dei proferendum pacemque inter homines conciliandam conferat, ut, optatissima Nobis ac precibus gemitibusque invocata Nostris, *pax Christi in regno Christi* opinione citius affulgeat.

Iam veniamus ad lectissimos viros duos, quos Romanae Purpurae honore dignos superius diximus, in amplissimum Ordinem vestrum cooptandos.

Hi sunt:

GEORGIUS GULIELMUS MUNDELEIN, Archiepiscopus Chicagiensis,

PATRICIUS IOSEPH HAVES, Archiepiscopus Neo-Eboracensis.

Quid vobis videtur?

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

EX ORDINE PRESBYTERORUM

GEORGIUM GULIELMXTM MUNDELEIN,

PATRICTUM IOSEPHUM HAYES.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £g et Filii £g et Spiritus **£8** Sancti. Amen.

Superest ut viduatis Ecclesiis provideamus.

in. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Beatissimus Pater his, quae sequuntur, Ecclesiis proprios Pastores attribuit, nimirum:

Metropolitanae Ecclesiae lanuensi praefecit R. P. D. Franciscum Sidoli, hactenus Episcopum Reatinum.

Metropolitanae Ecclesiae de Durango, R. P. D. Iosephum Mariam Gonzalez, hactenus Episcopum Siuniensem.

Cathedrali Ecclesiae Laudensi, R. P. D. Ludovicum Antómelli, hactenus Episcopum Balneoregiensem.

Cathedrali Ecclesiae Faventinae, R. P. D. Rogerium B o velli, hactenus Episcopum Mutilensem.

Cathedralibus Ecclesiis Maceratemi et Tolentinae, invicem perpetuo unitis, B. P. D. Aloisium Ferretti, hactenus Episcopum Mandelensem.

Cathedrali Ecclesiae Sancti Hyacinthi, R. D. Fabium Zoël Decelles, vicarium capitularem eiusdem dioecesis.

Cathedrali Ecclesiae Constantinianae, R. D. Ioannem Franciscum Thiénard, canonicum decanum et archipresbyterum metropolitanae Ecclesiae Algeriensis.

Cathedrali Ecclesiae Clonfertensi, R. D. Ioannem Dignan, parochum de *Killimore,* in eadem dioecesi.

Cathedrali Ecclesiae Galtellinensi-Norensi, R. D. Maurilium Fossati, Superiorem Congregationis Oblatorum Ss. Gaudentii et Caroli, in dioecesi Novariensi.

Insuper Ssmus Dominus Noster alios etiam, per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos, sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Neapolitanum, Alexium S. R. E. Card. Ascalesi, iam Archiepiscopum B eneven tanum.

Damascenum Syrorum, R. P. D. Gregorium Petrum Habra, iam Archiepiscopum Mausiliensem Syrorum.

Bigensem, R. P. D. Antonium Springovicz, per evectionem sedis ad archiepiscopalem.

Bellohorizontinum, R. P. D. Antonium dos Santos Cabrai, per evectionem sedis ad metropolitanam.

Claudiopolitanum, R. P. D. Georgium Prudentem Bruley des Varannes, iam Episcopum Monoecensem.

EPISCOPOS:

Limericiensem, R. D. David Keane.

Petrolinum, R. P. D. Antonium Malan, iam Episcopum titularem A.*iiisensem et Praelatum Ordinarium Praelaturae Nullius Ssmae Conceptionis de Araguaya.

Aemoniensem, R. P. Bartholomaeum Wilson.

Euraeensem, R. P. Ioannem Peruzzo.

Soliensem, R. D. Iosephum Hammels.

Metropolitanum, R. D. Ioannem Mariam Jan.

Aradensem, R. P. D. Petrum Aziz Hoh, iam Episcopum Salmasiensem Chaldaeorum.

Jaffnensem, R. P. Alfridum Guyomard.

Methonensem, R. P. D. Ioannem Mariam Camilleri, iam Episcopum Gaudisiensem.

Aezanitensem, R. P. Antonium van Velsen.

Andrapanensem, R. P. Caesarem Angelum Vigiani.

Pellaeensem, R. D. Gulielmum Franciscum Brown.

Tornaeensem, R. D. Vedastum Rasneur.

Maurianensem, R. D. Augustinum Grumel.

Portus Augustae, R. D. Andream Killian.

Goulburnensem, R. D. Ioannem Barry.

ABBATEM:

JEinsidlensem, Ignatium Staub.

IV. - POSTULATIO PALLII

Posthaec Ianuarius Card. Pignatelli Granito di Belmonte, procuratorio nomine Alexii Card. Ascalesi, sistens coram Sanctissimo, instanter postulavit pallium Metropolitanae Ecclesiae *Neapolitanae,* et post eum similiter institerunt pro Pallio Pastores dati Ecclesiis *Ianuensi, Bellohorizontinae, Bigensi* et *De Durango.*

Quorum postulationibus Beatissimus Pater benigne adnuere digna^ tus est.

II

TRADITIO RUBRI GALERI

Feria quinta, die 27 martii, in Patriarchali Basilica Vaticana, habitum est *publicum Consistorium,* in quo Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI Galerum rubrum Pontificalem solemniter tradidit Cardinalibus quos die 24 creaverat et publicaverat:

GEORGIO GULIELMO MUNDELEIN,

PATRICIO IOSEPHO HA YES.

Interea, per advocatum Sacri Consistorii Albertum Guidi, pro prima vice, peroratio fiebat Causae ven. Servi Dei Marci ab Aviano, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum.

III

I. - PROVISIO ECCLESIARUM

Publico Consistorio expleto, habitum est, in consueta Aula Palatii Apostolici Yaticani, *Consistorium secretum,* in quo, postquam Beatissimus Pater, consueto more, os clausisset supradictis Cardinalibus Mundelein et Hayes, sequentes proposuit Ecclesias, nimirum:

Metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Para praefecit B. P. D. Ioannem Irenaeum Joffily, hactenus Episcopum Amazonensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Hierichuntinae, B. P. D. Ioannem Vescia, hactenus Episcopum Policastrensem.

Cathedrali Ecclesiae Montereyensi-Fresnensi, R. P. D. Ioannem Bernardum Mae Ginley, hactenus Episcopum de Cáceres.

Cathedrali Ecclesiae Amazonensi, R. D. Iosephum Mariam Parreira Lara, administratorem apostolicum dioecesis Barrensis de Pirahy.

II. - ASSIGNATIO TITULORUM

. Posthaec os aperuit Beatissimus Pater Cardinalibus Mundelein et Hayes, ut in Consistoriis, Congregationibus aliisque functionibus cardinalitiis suas valeant dicere sententias; eisque assignavit:

. **GEORGIO GULIELMO MUNDELEIN,** *Titulum Sanctae Mariae de Populo,*
PATRICIO IOSEPHO HAYES, *Titulum Sanctae Mariae in Via.*

III. - POSTULATIO PALLII

Denique postulationem Sacri Pallii metropolitanae Ecclesiae *Belemensis de Para* benignissime admisit.

EPISTOLA APOSTOLICA

AD SUMMOS MODERATORES ORDINUM REGULARIUM ALIARUMQUE SODALITATUM RELIGIOSORUM VIRORUM.

PIUS PP. XI

DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Unigenitus Dei Filius cum ad redimendum humanum genus in mundum venisset, datis spiritualis vitae praeceptis, quibus homines ad finem sibi praestitutum regerentur universi, docuit praeterea, qui ipsius vestigiis propius insistere vellent, eos evangelica consilia amplecti ac sequi oportere. Eiusmodi autem consilia quicumque, obligata Deo fide, servaturum se spondeat, is non modo omnibus exsolvitur impedimentis quae mortales a sanctitate remorari solent, ut bona fortunae, ut coniugii curae sollicitudinesque, ut immoderata rerum omnium libertas; sed etiam tam recto expeditoque itinere ad perfectionem vitae progreditur, ut iamiam in salutis portu anchoram veluti iecisse videatur. Itaque a remotioribus christianae religionis aetatibus numquam desiderati sunt qui ad Dei nutum, omnia sibi magno excelsoque animo negantes, illud idem perfectionis iter ingrederentur constanterque pergerent; atque ex rerum gestarum monumentis liquido apparet, viros .mulieresque perpetuo quodam agmine se Deo consecrasse ac devovisse apud varios Ordines, quos decursu saeculorum Ecclesia adprobavit ratosque habuit. Etenim, quamquam una atque individua est religiosae vitae natura, multiplices tamen ea formas induit, cum ex Sodalitatibus aliae aliter Deo serviant, aliae alia caritatis beneficentiaeque opera, ad maiorem Dei gloriam proximorumque utilitatem, instituto suo persequantur. Ex hac igitur tanta religiosorum Ordinum varietate, quasi ex dissimilibus arboribus in agro dominico consitis, magna oritur et in salutem gentium provenit fructuum varietas; atque nihil sane pulchrius atque adspectu delectabilius quam harum complexus atque universitas

Sodalitatum, quae, etsi ad unum atque idem denique spectant, habent tamen suum quaeque industriae et laboris campum, a ceteris aliqua ex parte distinctum. Fieri enim divinae Providentiae consilio solet, ut, quotiescumque novis est necessitatibus occurrendum, nova item religiosa instituta excitentur ac floreant. Quamobrem Apostolica Sedes, sub cuius signo religiosorum Ordines proxime militant, beneficiorum memor, quae procedente tempore ipsi in Ecclesiam Dei inque rem publicam contulissent, peculiari cura et benevolentia eos perpetuo prosecuta est: nam, praeterquam quod illud sibi sumpsit ut eorum leges ac statuta recognosceret atque adprobaret eorumque causam ab adversariis per temporum rerumque asperitates studiosissime defensitavit, ad pristinam praeterea instituti dignitatem sanctitatemque, si quando oportuit, eosdem revocare non destitit. Quam quidem Ecclesiae curam ac sollicitudinem de provehenda in religiosis viris legum observatione morumque sanctimonia, ipsa ostendunt Concilii Tridentini iussa atque hortamenta: « Omnes regulares, tam « viri quam mulieres, ad regulae, quam professi sunt, praescriptum, « vitam instituant et componant : atque imprimis, quae ad suae « professionis perfectionem, ut obedientiae, paupertatis et casti« tatis, ac, si quae alia sunt alicuius Eegulae et Ordinis pecu« liaría vota et praecepta, ad eorum respective essentiam, necnon « ad communem vitam, victum et vestitimi conservanda, perti« nentia, fideliter observent ». [1] In Codice autem iuris canonici, ante quam hoc in genere ad legum lationem gradus fiat,, definito et breviter descripto statu religioso, ut sit « stabilis in com« muni vivendi modus, quo fideles, praeter communia praecepta, « evangelica quoque consilia servanda per vota obedientiae, castitatis et paupertatis suscipiunt... atque ad evangelicam perfe« ctionem tendunt », eundem religiosum statum « ab omnibus in « honore » habendum esse praeclare edicitur. [2]

Quorum profecto religiosorum virorum et virtuti et adiutrici operae quantum Nosmet confideremus, iam tum aperte common-

[1] **Sess. XXV, cap. 1,** ***de Regni.***

[2] **C. *I. C,* can. 487, 488.**

stravimus, cum per Encyclicas Litteras *Ubfareano* primum sacrorum Antistites catholici orbis universos peramanter allocuti sumus: quae enim tot maiorum, quibus societas hominum laboraret, remedia proponebamus, haec ipsa ut ad effectum deducerentur diximus Nos non una de causa in clero regulari spem bonam reponere et collocare. Praeterea, cum ante de studiis clericorum ad Cardinalem Praefectum Sacri Consilii Seminariis Studiorumque Universitatibus curandis Epistolam Apostolicam *Officiorum omnium* dedissemus, eadem prorsus cura et cogitatione, quae Nostro insidebat animo, rectae consulendi clericorum institutioni qui ad sacra ministeria advocarentur, utique alumnos religiosorum Ordinum complexi sumus, cum ad hos ipsos, quotquot sacerdotio destinantur, ea quae in rem animadvertimus decrevimusque magnam partem pertinerent. Verumtamen caritatis vigilantiaeque studium, quod Nos habet de utilitatibus vestris, dilecti filii, sollicitos, magnopere suadet propriis vos appellare Litteris ut nonnulla moneamus, quae si quidem alumni vestri in moribus usuque cotidiano retulerint, vita ipsorum atque actio talis profecto exsistet, qualem singulare prorsus atque excelsum divinae vocationis munus ab iis omnino requirit ac postulat.

Ac primum omnium religiosos viros cohortamur, ut suum, quisque Oonditorem Patremque legiferum in exemplum intueantur, si velint gratiarum, quae e sua ipsorum vocatione proficiscuntur, certo esse copioseque participes. Praestantissimus enim eiusmodi viros, cum sua excitarunt Instituta, quid aliud fecisse constat, nisi divino afflatui paruisse? Quam igitur ii notam in sua cuiusque Sodalitate impressam voluerunt, eam quicumque ex suis in se exhibent, ab incepto sane non aberrant. Quare eo sodales, optimorum instar filiorum, curas cogitationesque convertant, ut Patris legiferi honorem tueantur, eius cum et praescriptis et monitis obsequendo, tum imbibendo spiritum; neque enim e statu suo décident usque dum Conditoris sui vestigiis institerint: « Filii eorum propter illos usque in aeternum manent ».[1]

[1] *Eccli.,* **XLIV, 13.**

Utinam Instituti sui legibus tam modeste pareant et comparatam ab eo inito vitae rationem sic retineant, ut religioso statu se praestent cotidie digniores: sua enim fidelitate facere non poterunt, quin sacris ministeriis, quibus sibi obtingat per omnem aetatem perfungi, caelestium gratiarum adiumenta concilient.

In agendo tamen, *regnum Dei et iustitiam eius* unice quaerant, oportet : quod in iis potissimum attendi volumus, in quibus, dilecti filii, vestrorum plerumque versatur opera, id est in sacris missionibus atque in iuventutis institutione. Ad apostolatum igitur quod attinet, caveant, quemadmodum proximus decessor Noster consultissime monuit,[1] ne Evangelii in externos populos propagationem ad gratiam suae patriae seu nationis potentiamque augendam transferant, sed tantummodo ad infidelium salutem spectent, huius vitae utilitatibus commodisque inter ipsos eatenus provehendis quoad ad aeternam conducere videantur. Quorum autem religiosorum partes sunt ut iuvenes rite erudiant atque educent, iisdem erit summopere vitandum, ne, nimio abrepti studio discipulos optimarum artium doctrina excolendi, religionis cultu mentes animosque imbuere sic neglegant, ut alumni a copiosa quidem litterarum cognitione instructi dimittantur, at eius prorsus scientiae sacrae expertes, qua qui careant et pulcherrimo omnium pretiosissimo que ornamento carent et in summa inanitate versantur: «Vani sunt omnes homines, in quibus non subest « scientia Dei ».[2] Ad rem opportune Seraphicus Doctor : « Hic « est fructus omnium scientiarum, ut in omnibus aedificetur « fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur con- **ce** solationes, quae sunt in unione sponsi et sponsae, quae quidem « fit per caritatem ».[3]

Quam quidem rerum sacrarum cognitionem cum necesse sit Ecclesiae administros et maximi facere et penitus percipere, id ipsum est hortationis huius Nostrae caput, ut sodales religiosos, sacerdotio vel iam potitos vel posthac initiandos, ad disciplinas

[1] **Epist. Apost. *Maximum illud,* 30 nov. 1919.**

[2] ***Sap.,* XIII, i.**

[3] ***De reductione artium ad Theol.,* n. 26.**

sacras assidue excolendas excitemus, quas nisi calleant, vocationis suae munia perfecte absoluteque implere non poterunt. Cum enim iis, qui se Deo consecraverint, aut unum aut certe praecipuum propositum sit orare Deum et divina contemplari aut meditari, qui igitur gravissimo eiusmodi fungantur officio nisi fidei doctrinam plane cognitam habeant atque perspectam? Quod velimus eos in primis attendere, qui umbratilem in caelestium rerum contemplatione vitam degunt; errant enim, si putant, theologicis studiis aut ante neglectis aut postea depositis, posse se, copiosa illa destitutus, quae e doctrinis sacris hauritur, Dei mysteriorumque fidei cognitione, facile in excelsis versari atque ad interiorem cum Deo coniunctionem efferri atque evehi. Ad ceteros autem quod attinet, sive ii docent, sive contionantur, sive animis expiandis pro tribunali poenitentiae sedent, sive in sacras expeditiones dimittuntur, sive cum populo in cotidiana vitae consuetudine sermocinantur, nonne multiplex ista ministerii sacri exercitatio eo plus habitura est roboris atque efficacitatis, quo maiore eruditionis summa niteant ac polleant? Divinarum ceteroqui scientiam rerum, eandemque interiorem et copiosam, sacerdoti tenendam esse, Paraclitus Spiritus per Prophetam edixit: « Labia sacerdotis custodient seien-« tiam ».[1] Quo enim pacto solida is doctrina careat, e cuius ore, cum sit Domini scientiarum[2] legatus, novi Foederis administer et doctor, sal terrae[3] et lux mündig[4] verba salutis christianus populus praestolatur? Sibi igitur metuant quotquot ad ministeria sacra rudes imperitique accedunt; neque enim impune eorum feret inscitiam Dominus, illud terribilem in modum minitatus: « Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris « mihi ».[5] Iam vero, si unquam alias oportuit sacerdotem non esse indoctum, at multo plus per haec tempora oportet, cum ad vitae usum cognitio rerum ac scientia tanti refert tamque arcte per-

[1] MAL., II, 7.

[2] I *Reg.*, *n*, 3.

[3] MATTH., V, 13.

[4] Ibid., 14.

[5] Os., IV, 6.

tinet, ut homines, vel qui rninus sapiunt, - quemadmodum contingere paene in universum solet - quicquid agunt, se scientiae nomine agere dictitent. Quare summa contentione adnitendum, ut catholica fides humanarum omne genus doctrinarum adminiculo praesidioque iuvetur: quarum admotis luminibus et pulchritudo revelatae veritatis ante oculos omnium versetur et captiosa opinionum commenta, quae ementiti nominis scientia adversus fidei dogmata congerere consuevit, opportune diluantur. Etenim, ut Tertullianus praeclare scripsit, fides nostra « unum gestit interdum, ne ignorata damnetur » [d]; quamobrem ne illud Hieronymi oblitteretur: « Sancta rusticitas solum sibi « prodest, et quantum ex vitae merito Ecclesiam Christi aedi«ficat, tantum nocet si resistentibus non résistât. ... In tantum « sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege ». [2] Itaque sacerdotis tam saecularis, quam regularis, est, catholicam doctrinam cum pervulgare latius tum uberius inlustrare ac tueri; quae non solum habet unde, quaecumque ex adverso

1

opponuntur, convincat ac refellat, sed etiam, modo dilucideexplanetur, non potest animos praeiudicatae opinionis expertes ad se non allicere. Quod ipsum cum Doctores illos mediae^ quam vocant, aetatis neutiquam fugisset, iidem, Thoma Aquinate et Bonaventura ducibus, toti in eo fuere, ut divinarum rerum cognitionem perciperent amplissimam cum aliisque communicarent. Huc praeterea accedit, quod vel ipsa animi, ingenii viriumque contentio, quam in eiusmodi studiis, dilecti filii, sodales adhibeant vestri, efiectura profecto est ut ii et spiritus religiosos uberius hauriant et nobilissimi, quem amplexi sunt, status dignitatem decusque sustineant. Quisquis enim in sacras disciplinas incumbit, rem utique adgreditur, quae magno labore et molimento et incommodo constat, pariterque desidiae illi inertiaeque repugnat, quae mater est et magistra multorum maiorum [3]; atque idem studiosus hac haud mediocri cogitationum intentione^

[1] *Apol. I.*

[2] *Epist. LUI* (al. *CUI) ad Paulin.*

[3] *Eccli.,* **XXXIII, 29.**

praeterquam quod assuescit nihil quicquam praepropera deliberare ineonsulteve agere, longe facilius coercet cupiditates ac cohibet, quibus qui imperare neglegat, iam in deteriora flectitur inque vitiorum caenum prolabitur. In quo haec habet Hieronymus: «Ama scientiam Scripturarum et carnis vitia non amabis... »,[1] « Eruditio Scripturarum germinat virgines ».[2] Sed religiosus vir ad ea studia exercenda impelli quoque debet conscientia officii, quo ex sua ipsius .vocatione obstringitur, perfectae adipiscendae virtutis. Quam quidem ad perfectionem cum nemini liceat efficaciter contendere tutoque pervenire sine vitae interioris usu, num haec quibusvis aliis tam abunde nutrimentis, quam divinarum rerum studio, educatur atque alitur? Scilicet usitata et cotidiana mirabilium illorum naturae gratiaeque donorum contemplatio, quorum tam largam Omnipotens Deus copiam in rerum universitatem atque in singulos homines effudit, cogitationes motusque animorum consecrat et ad caelestia erigit; immo etiam homines spiritu fidei complet efncitque Deo coniunctissimos. Quorum quis Christo Iesu similitudine propior, quam qui doctrinam de fide et moribus divinitus ad nos allatam in sucum et sanguinem convertent? Sapientissimo igitur consilio religiosorum Ordinum Conditores, sanctorum Ecclesiae Patrum et Doctorum secuti vestigia, sacrarum disciplinarum studia filiis suis maiorem in modum commendarunt; cognitum, ceteroqui, experiundo est, dilecti filii, eos e vestris, qui amantius fidei rationes coluere, altiorem plerumque sanctitatis gradum attigisse; quotquot, contra, sacrum eiusmodi officium deseruerunt, eos saepius languere coepisse atque haud raro in deteriorem statum, ad votorum usque violationem, dilapsos esse. Itaque sodales omnes Eichardi a S. Yictore verba meminerint: «Utinam unusquisque npstrum « huiusmodi studiis eousque insistat, donec sol occumbat, et vani« tatis amor paulatim deficiat, et carnalis prudentiae ratio, sub« ducto fervore concupiscentiae, tepescat ».[3] Itemque ii suam

[1] ***Epist. CXXV*** (al. ***IV) ad Ruat.***
[2] ***Comm. in Zacch.,* 1. II, c. X.**
[3] ***De di ff. sacrif. Ahr. et Mariae,* 1.**

faciant, hortamur, Augustini precationem: « Sint castae deliciae « meae Scripturae tuae: nec fallar in eis nec f aliam ex eis ».[1]

Cum igitur ex constanti attentoque doctrinae sacrae studio tam praeclara religiosis viris emolumenta obveniant, iam manifesto apparet, quantopere vobis, dilecti filii, vigilandum sit, ne alumnis desit vestris facultas eiusdem doctrinae cum pervestigandae tum in omne tempus aetatis colendae. Ad rem autem, mirum quantum proderit adulescentium, qui ad coenobii vitam adspirent, recte inde ab initio mentem animumque instituere atque effingere. Atque principio, cum in domestico convictu, horum pro iniquitate temporum, christianae puerorum educationi minus consulatur, et adulescentes, ad late diffusas expositi corruptelarum illecebras, solida destituantur religiosa institutione, quae ad divina praecepta, immo vel ad honesti et recti rationem una potest conformare animos, sequitur, nihil facere vos posse hoc in genere utilius, quam si parva Seminaria vel conlegia constituentis - quod fieri passim, iucunde conspicimus - adulescentulis excipiendis, in quibus aliqua divinae vocationis indicia deprehendantur. In quo tamen id ipsum vobis cavendum, quod s. m. decessor Noster Pius X moderatores Dominicianae familiae monuit, idest ne festinanter neve gregatim adulescentes adsciscatis, de quibus in incerto sit afnatune divino sanctissimam istam vitae rationem praeoptent.[2] Mature igitur prudenterque delectis adulescentulis religiosae vitae candidatis, impense curabitis ut, una cum pietatis doctrina, ad aetatem accommodata, inferiores disciplinae tradantur, quae tradi in gymnasiis solent;[3] ita scilicet, ut non ante ad novitiatum accedant, quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat.

In qua quidem puerili institutione nullas a vobis praetermitti navitatis diligentiaeque partes, est non modo caritatis sed etiam iustitiae rationibus consentaneum. Quodsi ob Instituti

[1] *Conf.*, 1. XI, c. II, n. 3.

[2] Epist. *Cum primum* ad Mag. Gen. O. P., 4 aug. 1913.

[3] C. *I. C*, can. 589.

exiguitatem, ob aliasve causas, aliqua Provincia non habeat, unde, ad canonum praescripta, rectae eiusmodi institutioni prospiciat, iidem adulescentes ad aliam Provinciam vel studiorum sedem mittantur, ubicumque rite, ad praescriptum can. 587, doceri queant. At vero in inferioribus scholis sancte illud ex can. 1364, I° servetur: «Praecipuum locum obtineat religionis disci« plina, quae, modo singulorum ingenio et aetati accommodato, «diligentissime explicetur ». Atque in hac disciplina libri rie adhibeantur, nisi quos Ordinarii probarint. Quae, ceteroqui, religionis studia, ut obiter dicamus, ipsi philosophiae scholasticae auditores exercere ne desinant; aureo autem illo percommode utantur *Catechismo Romano,* in quo nescias utrum magis mirere, copiamne sanae doctrinae, an latini sermonis elegantiam. Quodsi clerici vestri, inde ab aetatis flore, doctrinam sacram ex fonte isto haurire assueverint, super quam quod ad theologiae studia paradores exsistent, ex usu absolutissimi operis capient profecto unde sapienter et populum erudiant et commenta refellant quae in doctrinam revelatam eifuti solent. Vobis autem, dilecti filii, quae de linguae latinae studio, per Epistolam Apostolicam *Officiorum omnium,* monuimus catholicos Antistites diligenter attenderet, eadem ut in litterariis ludis servetis, suademus ac praecipimus : nam ad vestros quoque ea Codicis lex pertinet quae de sacrorum alumnis edicit: « Linguas praesertim latinam et patriam... « accurate ediscant ». [1] Quanti autem momenti sit, iuvenes religiosos latini esse bene gnaros sermonis, id non modo declarat, quod eo ipso Ecclesia utitur veluti ministro et vinculo unitatis, sed etiam quia latine Biblia legimus, latine et psallimus et litamus et sacris ritibus paene omnibus perfungimur. Huc praeterea accedit, quod Romanus Pontifex latine universum alloquitur docetque catholicum orbem, neque alium sane adhibet Romana Curia sermonem cum negotia expedit ac decreta conficit quae fidelium communitatis intersunt. Qui autem linguam latinam non calleant, iis quidem ad copiosa Patrum Doctorumque Ecclesiae volumina difficilior est aditus, quorum plerique non alia usi sunt scribendi

[1] C. *I. C,* can. 1364, 2».

ratione ut christianam sapientiam proponerent ac tuerentur. Quare cordi vobis esto, ut clerici vestri, qui in ministeriis Ecclesiae futuri aliquando sunt, eiusdem linguae scientiam atque usum quam accuratissime percipiant.

Emenso inferiore litterarum curriculo, alumni et candidati omnes, quibus se Deo consecrandi mens constet, quique bona animi indole, ingenio haud tardo, pietatis spiritu morumque integritate se moderatoribus suis probaverint, in novitiatum cooptentur, in quo, quasi in quadam palaestra, religiosae vitae principia et virtutes data opera perdiscant. Quantum autem intersit, tironum animos eo temporis spatio diligenter excoli, non tam e magistrorum pietatis testimoniis quam ex ipsa experientia conficitur, cum religiosi status perfectionem nulli assequantur retineantque, nisi iam tum omnium fundamenta virtutum iecerint. Quamobrem, remotis quarumvis disciplinarum studiis atque oblectamentis, huc tantummodo novitii animos intendant, ut, sapienti magistri sui ductu, interioris vitae exercitationibus viftutumque adeptioni vacent, earum praesertim quae cum religionis votis, idest paupertatis, obedientiae et castitatis, cohaerent et coniunguntur. In quo erunt ad perlegendum considerandumque utilissima cum sancti Bernardi et Seraphici Doctoris Bonaventurae, tum Alphonsi Rodríguez, tum etiam eorum qui apud Sodalitatem uniuscuiusque vestram magisterio pietatis floruerunt, scripta, quorum virtus atque efficacia tantum abest ut vetustate defecerit atque elanguerit, ut etiam aucta hodie videatur. Neque tirones unquam obliviscantur, quales in novitiatu fuerint, tales se in reliquum vitae tempus futuros, et supplendi posterius renovato animo tirocinii, si semel modico aut nullo fructu illud egerint, spem esse plerumque inanissimam.

Hoc deinde vobis, dilecti filii, curae erit, ut alumni, qui novitiatum expleverint, in iis domibus collocentur, ubi sanctissimarum observatio legum floreat et cetera sint ita disposita, utilius ut illi accuratiusque possint statum ordinatumque philosophiae et theologiae cursum peragere. Statum ordinatumque diximus: scilicet non modo ne ad superiorem scholae gradum ullus eve-

hatur quin in inferiore satis abunde profeeerit, verum etiam ne qua studiorum pars praetereundo neglegatur, neve quid de temporis spatio dematur in eiusmodi disciplinis ad Codicis praescripta insumendo. Incaute igitur-ut nihil dicamus amplius-ii moderatores faciant, qui, forte ut necessitati pareant brevissimi temporis, velint suos compendiaria quasi via ad sacros Ordines pervebi, quo eorundem citius utantur opera. Nonne est usu cognitum, qui propere et praepostere didicerint, eos tali institutionis suae vitio mederi in posterum vix aut ne vix quidem posse, et, quantulamcumque forte utilitatem ex eiusmodi praeceptione Ordinum aliquando capi licuerit, eandem, cum religiosos istos minus ad sacra ministeria aptos exsistere necesse sit, evanescere demum omnem ac dissipari? Videte porro ne iuvenes religiosi, qui in philosophiae et theologiae studia incumbunt, animos a certamine virtutum remittant; quin immo pergere ii debent peritissimis uti pietatis magistris, ut tandem aliquando, quemadmodum religiosos viros decet, solidam doctrinam praeferant cum sanctimonia vitae coniunctam.

At vero huc singulari quadam ratione curas advocamus vestras, ut magistri altioribus disciplinis apud vos tradendis plane idonei deligantur, tales nempe ut suo vitae instituto exempli instar sint eaque eruditissimi doctrina qua discipulorum mentes excolere iubeantur. Itaque ne magister, ne lector esto, nisi qui philosophiae, theologiae copulatarumque disciplinarum cursus laudabiliter confecerit atque satis habeat ad docendum artis et facultatis. Neque illud vobis excidat quod in Codice iuris canonici [1] legitur: «Curandum ut saltem sacrae Scripturae, theologiae dogmaticae, « theologiae moralis et historiae ecclesiasticae totidem habeantur « distincti magistri ». Quibus quidem in eo magnopere elaborandum, ut ex discipulis sanctos operososque Christi apostolos faciant iisque instructos scientiae prudentiaeque ornamentis, quorum vi cum simplices imperitosque homines erudiant, tum falsi nominis scientia inflatos coarguant, tum denique omnes ex errorum contagione praemuniant, quae, quo solet occultius serpere atque

[1] Can. 1366, 3.

irrepere, eo maiora animis detrimenta parit atque affert. Quodsi auspicato contigerit, ut alumni vestri in sapientiae christianae regionibus viisque alacri incedant animo maximeque excellant, labores, quos in rem tam salutarem, dilecti filii, insumpseritis, uberrimorum laetitia fructuum, ultra quam credibile est, compensabitis.

Verum enimvero id sanctum vobis inviolatumque esto quod in, Epistola Apostolica de Seminariis et de studiis clericorum, iuri canonico congruenter, ediximus: scilicet ut in tradendis philosophiae et theologiae praeceptis magistri fideliter Scholasticam rationem, secundum Aquinatis principia et doctrinas,, sequantur. Scholasticam enim disciplinam angelicamque Thomae sapientiam, quam decessores Nostri nullo non tempore amplissimis honestarunt laudibus, num quis ignorat, ut ad revelatas veritates inlustrandas, sic ad errores cuiusvis aetatis mirifice refutandos, natam aptam esse? Etenim Angelicus Doctor - ita immortalis memoriae decessor Noster Leo XIII -•« divina humanaque «scientia praedives, Soli comparatus... illud a se impetravit, ut « et superiorum temporum errores omnes unus debellarit, et ad « profligandos, qui perpetua vice in posterum exorituri sunt, « arma invictissima suppeditant ».[1] Et recte idem Pontifex: « Qui « vere philosophari volunt - velle autem potissimum debent reli- **ée** giosi viri - primordia ac fundamenta doctrinae in Thoma Aquinate ponant ».[2] Quantopere autem intersit alumnos vestros ab scholastica ratione nullo pacto abscedere, vel ex eo apparet^ quod, cum philosophiam inter et revelationem arctissima cognatio intercedat, utrasque Scholastici ipsi tam mira concordia composuerunt et coagmentarunt, ut altera alteri lucem afferret maximumque adiumentum. Neque enim, cum ambae a Deo, summa aeternaque veritate, proficiscantur et rationis illa, haec fidei documenta reddat exhibeatque, inter se pugnare queunt, ut nonnulli delirando contendunt ; immo etiam tam amice conspirant, ut altera alteram compleat. Unde sequitur, ex inscio imperitoque

[1] **Encycl.** ***Aeterni Patris.***

[2] **Epist.** ***Nostra erga,*** **die 25 Nov. 1898.**

philosopho fieri nunquam doctum theologum posse, et qui divinarum rerum sit prorsus ieiunus, eidem perfecte philosophari nullo pacto licere. In quo recte S. Thomas: « Ex principiis fidei «ita probatur aliquid apud fideles, sicut etiam ex principiis « naturaliter notis probatur aliquid apud omnes ; unde etiam « theologia scientia est ». Ut aliis verbis dicamus, quemadmodum e ratione, quae est divini participatio luminis, philosophia prima naturalis cognitionis principia ducit, eademque enuntiat atque explicat, ita theologia e supernaturalis luce revelationis, quae intellectum splendore suo illuminat et complet, fidei notiones mutuatur, evolvit, explanat, ut sint ambae duo uno ex sole radii, duo uno ex fonte rivali, bina in fundamento uno aedificia. Magnum quiddam profecto humana scientia est, modo fidei rationibus obsequenter inhaereat; quibus posthabitis, iam in multos eam ipsam errores incidere dementiasque necesse omnino est. Quodsi, dilecti filii, alumni vestri, quam humanarum cognitionum in se summam congesserint, eam doctrinae sacrae famulari ac -servire iubeant; si, praeterea, veritatis revelatae amore et cupiditate acriter ardeant, erunt atque habebuntur homines Dei, et verbo exemploque plurimum christiano populo proderunt. Etenim « Omnis Scriptura « divinitus inspirata » - vel, ut Angelicus Doctor interpretatur, sacra doctrina, lumine divinae revelationis admoto, percepta- « utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad « erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne « opus bonum instructus ».[1]

Sed iuvenibus Sodalibus, ne in hoc tam amplo humanarum divinarumque rerum campo frustra versentur, spiritus fidei est in primis alendus, qui si quidem debilitetur, iam ii nequeant, veluti obtusa oculorum acie, in supernaturalia vera introspicere; neque minus oportet, recta mentis intentione ad discendum accedant. « Sunt qui scire volunt - animadvertit S. Bernardus - eo «fine tantum ut sciant, et turpis curiositas est;... et sunt item « qui scire volunt, ut scientiam suam vendant, verbi causa pro « pecunia, pro honoribus, et turpis quaestus est; sed sunt quoque

[1] II *Tim.,* III, 16-17.

«qui scire volunt ut aedificent, et caritas est; et item qui scire « volunt ut aedificentur, et prudentia est ».[1] In eiusmodi igitur studiis iuvenes vestri hoc sibi unice proponant ut Deo placeant et sibi proximisque quam plurimum spiritualis afferant emolumenti. Itaque, cum in scientia a virtute seiuncta plus utique insit offensionis et periculi quam verae utilitatis, - solent enim qui ex doctrina sibi comparata magnos gerunt spiritus, ad interitum animae, dono fidei amisso, caecos se praecipitesque agere - acriter contendant, ut humilitatis virtus, omnibus sane necessaria at studiosis praecipuo quodam modo colenda, sibi in medullis haereat, memores ut sunt, Deum unice esse ex se sapientissimum, et, quicquid homo didicerit, id omne, quantumcumque est, nullam prorsus habere comparationem cum reliquis iis omnibus quae ignorat. Ad rem venuste Augustinus: « Scientia - ait Apostolus - «inflat. Quid ergo? Scientiam fugere debetis, et electuri estis « nihil scire potius quam innari? Ut quid vobis loquimur, si melior « est ignorantia quam scientia?... Amate scientiam, sed anteponite caritatem. Scientia si sola sit, inflat. Quia vero caritas « aedificat, non permittit scientiam innari. Ibi ergo inflat scientia, « ubi caritas non aedificat: ubi autem aedificat, solidata est ».[2] Vestri igitur, si quidem spiritu caritatis pietatisque, unde ceterae virtutes oriuntur et constant, studia sua foveant, quasi quodam medicato odore qui metum corruptionis avertat, futurum sine ulla dubitatione est, ut ob sua doctrinae ornamenta acceptiores Deo fiant Ecclesiaeque utiliores.

Iam non restat nisi ut cogitationem ad eos convertamus Sodales qui, quamquam ad sacerdotalem dignitatem minime vocantur, cum tamen eadem, ac sacerdotes, vota religionis emiserint, non minus Deo obligantur et officio perfectionis assequendae devinciuntur. Atque posse eos, etsi litterarum atque altiorum disciplinarum inscios, ad celsissimum sanctitatis gradum adscendere, vel inde patet, quod ex iis satis multi, ob vitam pie integerrimeque actam, aut in magna perpetuaque catholicorum hominum

[1] *In Gant, sermo XXXVI.*

[2] *Sermo CCCLIV ad Cont,* c. VI.

admiratione sunt, aut, in sanctorum caelitum numerum aucto-ritate Romanorum Pontificum adscripti, deprecatores apud Deum et patroni habentur atque invocantur. Quos, ceteroqui, Sodales *conversos* seu laicos, cum pro condicione sua a periculis vacent, quae ex ipsa muneris granditate sacerdotibus sodalibus interdum impendent, atque haud dissimilibus privilegiis praesidiisque ani-morum fruantur, quae religio filiis suis materna providentia pro-miscue impertire consuevit, aequum est, caeleste vocationis donum et permagni facere et acceptum Deo grata voluntate referre, con-silium saepe renovando, quod professionis suae die inierunt, con-gruenter vocationi usque ad extremum spiritum vivendi. - Hoc tamen loco Nos abstinere, dilecti filii, non possumus, quin vos hor-temur attendere quam gravi teneamini officio vigilandi, ut fratres conversi, cum probationis tempore, tum in reliqua vita, spiritua-libus subsidiis ne careant, quibus ad profitendum perseverandum-que indigent, iisdemque eo fortasse maioribus, quo humiliora ii condicione sunt humilioribusque funguntur ministeriis. Qua de causa moderatores, in decernendo ubi quisque eorum commoretur quidve operis faciat, debent quidem singulorum ingenia respicere et scopulorum, in quos forte offensuri sint, rationem habere; quodsi iidem aliquando ab religione officii discesserint, nihil pro paterno studio inexpertum relinquant ut fortiter eos suaviterque ad vitae revocent sanctimoniam. At praecipue moderatores ne desinant sodales laicos vel erudire ipsimet vel idoneis sacerdotibus in aeter-nis maximisque fidei veritatibus erudiendos committere; quas qui noverit et frequenter perpendat, sive in saeculo vivat, sive intra religionis septa commoretur, multa inde virtutum incitamenta hauriet. Haec autem, quae proxime diximus, ad Congregationum laicalium Sodales omnes pertinere quoque volumus ; immo etiam hos doctrina religionis pleniore, atque eruditione haud vulgari, idcirco imbui opus est, quia plerumque pueris atque adulescen-tibus instituendis, suo ipsorum officio, vacant.

Habetis, dilecti filii, quae visum Nobis est, paternae instinctu caritatis, de exsequenda apud vos studiorum ratione, deque aliis

rebus haud minoris momenti, vobiscum communicare. Ista quidem, ut, pro observantia in Nos vestra ac pro studio, quo flagretis, Sodalitatis cuiusque vestrae provehendae, libenter vos obedienterque accepturos esse pro certo habemus, ita velimus in animis tironum scholasticorumque vestrorum insculpta haereant, atque in futurum, Patribus Legiferis bene precantibus, multa Institutis vestris beneficia et, commoda tribuant. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii, atque universis religiosis viris unicuique vestrum commissis, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xix mensis martii, in festo sancti Ioseph Mariae Tirginis Deiparae Sponsi, anno MDCCCCxxiv, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ECCLESIAE SANCTI VINCENTII A PAULO, CONGREGATIONIS MISSIONIS, MATRITI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Congregationis Missionis presbyter et Matritensis domus Superior dilectus filius Laurentius Sierra refert ad Nos, Associationes a visitatione domiciliaria, quibus titulus « Beatae Mariae Virginis a sacro nomismate », tam magna, favente Deo, suscepisse incrementa, ut Moderatori generali eiusdem Congregationis Missionis, earum Associationum supremo directori, opportunum visum sit consilium, impetrata rite ab Episcopo Matritensi licentia, in ecclesia Matritensi super enunciatae domus Congregationis Missionis, Deo sacra in honorem divi Vincentii a Paulo, unicum pro universa Hispania praedictarum Associationum centrum liturgicum constituere, in altari sive sacello Beatae Virginis Miraculosae dicato, quod exstat in eadem ecclesia. Cum autem Vincentianum idem

templum, tam molis amplitudine quam artis operum splendore praestans, divini cultus et sacrarum functionum gravitate et magnificentia summopere commendetur, Congregationis Missionis Provinciae Matritensis sit princeps atque uti ad liturgicum centrum Associationum a sacro numismate totius Hispaniae, frequenti numero ad illud confluant fideles, praesentem Miraculosae Virginis opem impetraturi, idcirco libenti animo preces excipiendas censuimus supra laudati Matritensis domus Superioris, qui, vota etiam exprimens Moderatoris generalis Congregationis Missionis, Nos flagitavit ut ecclesiam supra memoratam, ex indulto Apostolico, Basilicam minorem declarare dignaremur. Quam ob rem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam Sancti Vincentii a Paulo Congregationis Missionis, Matriti, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, cum honorificentiis et privilegiis conopaei, omni tamen aureo et argenteo ornatu ab eo excluso, necnon tintinnabuli et stemmatis basilicalis.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvm iulii, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

TERRITORIO AUGETUR FINIBUS QUE IMMUTATUR VICARIATUS APOSTOLICUS LEOPOLDOPOLITANUS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum ex Apostolico munere, quo fungimur, Ecclesiarum omnium cura Nobis commissa sit, felici illarum statui ac prospero regimini consulere Apostolici ipsius officii partes esse ducimus. Iamvero, ut in territoriis de *Kinshasa* et de *Ndolo* vulgo nuncupatis, in Congo Belgico positis, ad tres distinctas missiones, nempe ad praefe-

cturas apostolicas de Matadi et de Kwango, necnon ad vicariatimi apostolicum Leopoldopolitanum pertinentibus, unitas quaedam spiritualis regiminis constituatur, opportunum visum est praedicta territoria sub iurisdictione unius tantum Ordinarii ponere. Collatis itaque consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, territoria de *Kinshasa* et de *N dolo* a respectivis apostolicis praefecturis de Matadi ac de Kwango dismembramus eademque vicariatui apostolico Leopoldopolitano adnectenda esse statuimus. Praecipimus idcirco ut idem vicariatus apostolicus Eeopoldopolitanus sequentibus exinde finibus constituatur, nempe: ad meridiem quadam linea quae a fontibus fluminis *Mlinza* incipiens ad km. 375 viae ferreae pertingit; ad orientem via ferrea et a cursu fluminis *M f una;* ad septentrionem flumine *Congo (Stanley Pool).*

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam ,secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix ianuarii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

III

DISMEMBRATO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE CANTON, EFFORMATUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KONG—MOON, IN SINIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut, aucto Pastorum numero, uberior! christiani gregis bono consulto foret, opportunum visum est consilium vicariatum apostolicum de Canton, quamvis postremis hisce temporibus*

ad' alias missiones noviter erigendas variis territoriis imminutum, ulterius dividere; atque ad hunc finem, illuc mittere statutum est sodales e Societate de *MaryJcnoll,* qui ad experimentum ibi missionariorum munus exercerent. Nunc autem, audito atque annuente venerabili fratre Antonio Fourquet supradicti vicariatus apostolici de Canton Ordinario, ac praehabito favorabili voto venerabilis fratris Celsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiensis, Apostolici apud Sinenses Delegati, propositum nuper fuit ut idem apostolicus vicariatus de Canton iterum dividatur, novaque erigatur missio independens, curis Missionariorum de *Maryknoll* committenda. Supremo igitur animarum bono consulere cupientes, adiunctis omnibus rite perpensis ac diligenti examini subiectis una cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt statuenda existimavimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu apostolico de Canton seiungimus territorium, quod limitatur ad orientem a dioecesi Macaonensi et a vicariatu apostolico de Canton, ad meridiem a mari Sinensi, ad occidentem a vicariatu apostolico de Kuang-tong occidentali et Hai-nan, et ad septentrionem a vicariatu apostolico de Kuam-si, quodque complectitur praefecturas civiles de *Saining, Loting, Wanfau, Yeung-lcong, Sinyi, Timpale, Maoming, Sanning, Tehek-Tcai* et *Sanwui,* comprehensa etiam insula de *Sancian.* Hoc autem territorium, sic a vicariatu apostolico de Canton dismembratimi sive separatum, eadem Nostra auctoritate, erigimus in apostolicam praefecturam cui nomen erit praefectura apostolica de *Kong-Moon,* eamque sodalibus Societatis pro missionibus exteris de *Maryknoll* committimus.

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxxi mensis ianuarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

TV

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUS SANCTUARIUM MARIALE B. M. V. CONSOLATRICE AFFLICTORUM DE VERDELAIS, IN ARCHIDIOECESI BURDIGALENSI.

PIUS PP. XI

Act perpetuam rei memoriam. — Exstat in civitate *Verdelais,* intra fines archidioecesis. Burdigalensis, iam inde a saeculo xn erectum, templum sive sanctuarium Mariale ab ipsa civitate nuncupatum de *Verdelais* et sub speciali titulo liturgico « a Consolatrice afflictorum », rite consecratum ab Archiepiscopo Burdigalensi die i mensis iulii anno **MDCCCLXIX.** Hoc templum, pluries expilatum et incensum a christianae religionis inimicis ac toties iterum aedificatum et ornatum a piis et munificis christifidelibus, anno **MDCCCXXX** concreditum fuit sacerdotibus Societatis Mariae, vulgo *Moristi,* qui, omni studio seduloque ministerio, divinae Maiestatis cultum et Deiparae Virginis, Caeli Reginae, honorem constanter promovere curant, assidua etiam opera coadiuti archiconfraternitatis eodem duplici sub titulo, civico ac religioso, ibidem canonice institutae. Eadem sacra in aede, pluribus artis operibus insigni, pretiosa sacra supellectili referta et Sanctorum reliquiis cohonestata, ab incolis atque etiam a peregre confluentibus exteris, religiosissime colitur statua Beatae Mariae Virginis, Consolatricis afflictorum, quae, de speciali mandato fel. rec. Nostri Praedecessoris Pii PP. IX, iuxta Litteras Apostolicas, Piscatoris annulo die iv mensis maii anno **MDCCCLV** obsignatas, aureo diademate redimita fuit a bo. me. Cardinali Donnet, tunc archiepiscopo Burdigalensi, die **II** mensis iulii sequentis anni **MDCCCLVI**. Plures quidem, Romanos Pontifices Nostros Decessores constat sanctuarium ipsum peculiaribus gratiis, privilegiis atque indulgentiis ditasse, harumque gratiarum largitione, tum fidelium concursum maiorem effecisse, tum, pietatem excitasse inter gentes erga clementissimam Matrem Virginem Mariam, Consolatricem afflictorum et charismatum omnium apud Deum sequestram. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Noster Paulinus Petrus, S. R. E. Presbyter Cardinalis Andrieu, ex dispensatione Apostolica Archiepiscopus Burdigalensium, Nos rogaverit ut enunciatum sanctuarium ad Basilicae minoris gradum nobiliorem evehere dignaremur, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica

Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, templum Beatae Mariae Virgini sub titulo Consolatrieis afflictorum sacrum, de *Verdelais* vulgo nuncupatum, intra fines positum archidioecesis Burdigalensis, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus, cum omnibus privilegiis atque honoribus quae Basilicis minoribus Almae huius Urbis de iure competunt.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die i mensis februarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

V

ERIGITUR IN CONGO BELGICO PRAEFECTURA APOSTOLICA DE THSUAPA E DISMEMBRATIONE VICARIATUS APOSTOLICI NOVAE ANTUERPIAE.

PIUS PP. XI

Ad futuram, rei memoriam. — In apostolico vicariatu Novae Antuerpiae, in Congo Belgico, ut uberes salutis fructus iam suscepti feliciter in posterum amplificentur, augeantur, opportunum visum est consilium ab eodem apostolico vicariatu partem septentrionalem districtus Aequatoris, in alveo, de *Thsuapa* sitam, seiungere ad novam in eodem territorii tractu missionem erigendam. Collatis itaque consiliis cum VV. FF. NN. •S. B. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu .apostolico Novae Antuerpiae territorium de *Thsuapa* separamus sive dismembramus, atque inde novam praefecturam apostolicam effingimus et constituimus, sequentibus finibus circumscriptam, nempe: ad septentrionem, flumine *Kelembo* divortiisque aquarum alvei ripae de *Thsuapa;* ad orientem, limitibus districtus Aequatoris ; ad meridiem, limitibus districtus Aequatoris et fluminibus de *Salonya,* de *Busiri* et de *RuM;* ad

occidentem, flumine Congo. Huic autem novae praefecturae apostolicae de *Thsuapa* nomen facimus, eamdemque curis committimus sodalium Instituti Missionariorum a Sacro Corde Iesu Provinciae Belgicae.

Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis februarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

VI

INDULGENTIAE, PRIVILEGIA, INDULTA ET DISPENSATIONES CONCEDUNTUR IIS QUI CONVENTIBUS EUCHARISTICIS CELEBRANDIS INTERSINT VEL OPERAM NAVENT.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod ad Conventus Eucharisticus celebrandos christifideles excitavit nobihssimum consilium, circiter quadraginta quinque ante annos exortum est in Gallia, studio praecipue cuiusdam piae humilis que virginis cui fuit nomen Tamisier, nec non moribus, pietate atque ingenio conspicui presbyteri Gastonis Ludovici de Ségur antistitis urbani, et viri catholicis sensibus spectatissimi Philiberti Vrau; qui omnes ab Operis incunabulis simul cum aliquibus aliis « bona voluntate hominibus » strenue laborarunt ut ad Christo Iesu sub Eucharisticis velis latenti fidelium animos arctius obstringendos Conventuum eorundem series inciperet. Primo vero huiusmodi conventui, indicto iam pro quadam Belgii civitate et postea variis de causis Insulensi in urbe, tunc dioecesis Cameracensis intra fines, a die vicesimo octavo ad tricesimum mensis iunii, anno **MDCCCLXXIX** habito, Litteris suis Decessor Noster Leo PP. XIII bene dixit; et re vera Conventus eiusdem exitus non modo omnium exspectationi respondit, sed etiam Operis utilitatem ad homines reducendos ad Deum ita liquido comprobavit, ut comitatus permanentis pro Con-

vëntibus Eucharisticis provehendis indicendisque constitutio, nulla mora interposita, facienda, peropportuna videretur. Verum studio continentibusque laboribus Comitatus huiusmodi ex Eucharistico Conventu Insulensi primo, veluti ex grano sinapis, quod « crevit et factum est in arborem magnam », non modo plurimi magni Conventus Eucharistici, ubi unusquisque omnium nationum fidelis congressus ardoris erga Sanctissimam Eucharistiam multis modis excitati et continue increscentis testimonia amplissima exhibuit, propriam habuerunt originem, sed satis haud sero quasi via, praeparatio, munimen atque auxilium maioribus, minores quoque Eucharistici Conventus unius' nationis, dioecesis ac regionis nati sunt, in amoris vero erga Eegem Pacis magnitudine ac manifestatione maioribus pares. Brevi autem placet Nobis in memoriam aliqua revocare nomina urbium, quae veluti stationes in via tam salutaris Operis progressus atque iter demonstrant, a conventu Avenione anno MDCCCLXXXII habito ad. sollemnia hac Alma in Urbe Nostra, vicesimi sexti Eucharistici Coetus internationalis occasione, anno MDCCCCXXII, peracta, tum Leodiensis civitas vel Friburgensis, Tolosana, Parisiensis, Antuerpiensis antiquarum Conventuum internationalium sedes, tum ceterae urbes, sive Hierosolymitana sive Lourdensis, vel Namurcensis, vel Coloniensis, Marianopolitana, Vindobonensis atque aliae omnes, quae fere quinquaginta per annos intra Europae et Americae nationum fines in Redemptoris Nostri Iesu Christi sub Eucharistiae velis delitescentis triumpho affuerunt. Quod autem saepe Nos nec uno nomine laudavimus de more Decessorum Nostrorum, qui etiam aliquando spiritualibus indulgentiarum donis Conventus eosdem decorarunt, sicut Leo PP. XIII per Litteras *Monumenta pietatis* pro Conventu tantum Urbevetano mense iulii anno MDCCCXCVI Piscatoris annulo obsignatas, et Pius PP. X per similes Litteras apostolicas *Cum Nobis nihil,* die xxvin mensis februarii anno MDCCCCV datas pro Conventibus Eucharisticis universis. Nil ergo mirum si, miserrimis hisce temporibus, ad religionem christifidelium ac pietatem augendam, atque eorumdem studium et in ipsos Coetus conveniendi desiderium excitandum, Nos quoque, Apostolica providentia, sacris Ecclesiae thesauris, nec non peculiaribus privilegiis atque indultis Eucharisticos Conventus honestare censuimus. Quapropter, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, omnibus ac singulis christifidelibus, qui, in loco cuiuscumque Conventus Eucharistici internationalis, vel etiam unius nationis, aut regionis, aut dioecesis, vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, ecclesiam quamlibet vel publicum sacellum ipsius loci, Conventu eodem durante, devote visi-

taverint, ibique pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, itemque secundum, mentem, Nostram, pias ad Deum preces effuderint; sollemni Eucharistiae pompae, quae, dimisso Conventu, publice duci solet, religiose interfuerint; benedictionem apostolicam, sub Conventus exitum, Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine sollemniter, adstantibus impertiendam,, praesentes pie acceperint: de Omnipotentis Dei misericordia atque Apostolorum eius beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, *plenariam* omnium peccatorum indulgentiam et remissionem in Domino concedimus. Pariterque omnibus et singulis christifidelibus, qui, perdurante Conventu, in eiusdem loco, coram Augusto Sacramento publicae adorationi proposito, aliquamdiu oraverint; sacrae cuilibet supplicationi a moderatoribus indictae, vel cuivis eiusdem Conventus coetui seu, sessioni affuerint, de numero poenalium *septem annos totidemque quadragenas;* iis vero qui, tempore ac loco praefato, aliquod religionis peregerint opus, quoties id in spiritu poenitentiae egerint, *centum dies* 'in forma Ecclesiae solita expungimus.

Praeterea concedimus ut uniuscuiusque Eucharistici Congressus tempore, die ab Ordinario loci, vel a moderatoribus Conventus de consensu Ordinarii eiusdem legitima auctoritate designando, servatis rubricis et sacrorum Canonum praescriptis, sollemni cum cantu vel ritu pontificali Missa votiva de Sanctissimo Sacramento peragi possit; utque Episcopus, qui memoratis Sacris ritu pontifican operatus fuerit, vel alius quilibet ex iis qui aderunt, Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine et auctoritate, post eadem Missarum sollemnia, servatis servandis, *Apostolicam* christiano populo adstanti *benedictionem* cum *plenaria* addita *indulgentia* impertire licite queat; utque singuli quoque sacerdotes ad eundem Conventum congressi, loco ac tempore Coetus ipsius, Missam votivam de Sanctissimo Sacramento, ut pro re gravi, servatis servandis, celebrare valeant. Si vero, alicuius Eucharistici Conventus tempore, Augustum Sacramentum, uti mos est, publice adorandum per totam noctem exponatur, largimur ut una Missa a media nocte litari possit, in qua fas sit omnibus adstantibus ad sacram Synaxim accedere; sacerdotes, qui nocturnae huiusmodi adorationi interfuerint, prima, quam memoravimus, Missa expleta, vel prima post mediam noctem hora transacta, Sacrum peragere queant; clerici vero omnes in sacris Ordinibus constituti, religiosique viri, qui ad Horas canonicas recitandas teneantur, adorationi nocturnae praesentes, eadem perdurante, loco Officii proprii Officium de Sanctissimo Sacramento recitare valeant.

Pari autem auctoritate Nostra, canonicis et beneficiariis, qui de sui

ipsorum Ordinarii consensu, cuius tamen erit cavere ne abusus irrepant, ad quemlibet huiusmodi Conventum se conferant, facultatem facimus, ex qua ipsi a primo Conventus die ad postremum integrum, si in eodem Conventus loco resideant, sin aliter a die profectionis ad reditus diem, ita excusentur a servitio chori ut distributiones quoque quotidianas, atque etiam ipsas quas *inter praesentes* vocant, percipiant; idemque indultum a choro, pro diebus et horis tamen tantum, canonicis et beneficiariis in loco Conventus residentibus, qui de iussu vel consensu Ordinarii apparando Conventui sint addicti, concedimus; itemque ceteris, qui extra locum resideant, pro omnibus iis diebus quibus, eadem de caussa Conventus apparatus, abesse a beneficii loco debeant. Ordinarii autem pro iure suo permittant ut sacerdotes, qui in paroeciis manserint ad absentium vices supplendas, diebus festis de praecepto duo Sacra peragant; iisdemque presbyteris, pro suo prudenti iudicio atque, si id expedire in Domino iudicaverint, diebus, etiam ferialibus, veniam binandi faciant. Omnes autem, qui quemvis e praefatis Conventum Eucharisticum adiverint, lege abstinentiae et, si quando occurrerit, ieiunii, etiam durante itinere, non adstringantur; pro populo vero loci, ubi Conventus fit, Ordinarius, secundum praescriptum canonis 1245 Codicis iuris canonici, iure suo utatur.

Cum praeterea placeat Nobis christifidelium, etiam extra locum huiusmodi Conventus Eucharistici degentium, spirituali utilitati prospicere, ns omnibus, qui, ubique terrarum, si de internationali Conventu agatur, sin aliter in tota natione, regione, dioecesi, prout respective Conventus erit nationis, regionis vel dioecesis, quamlibet ecclesiam vel quodvis publicum sacellum, a die publice indicti Conventus ad integrum eiusdem postremum diem, pie visitaverint, ibique pro felici Conventus exitu preces Domino adhibuerint, assuetis sub condicionibus, iam supra descriptis, *indulgentiam plenariam,* semel tantum lucrandam, misericorditer in Domino largimur; fidelibus vero qui aut preces fuderint, aut bonum aliquod fecerint opus, aut aliquam stipem pro Conventu prosperoque eius successu, etiam Conventu dimisso, obtulerint, quoties id egerint, *trecentos dies* de iniunctis eis, in forma Ecclesiae consueta, expungimus. Denique indulgentia ac privilegia, quae Litteris hisce Apostolicis pro Conventibus Eucharisticis maioribus statuimus, pro Conventibus quoque Eucharisticis in vicariatu tantum foraneo, seu decanatu, seu plebania aut in paroecia agendis concedimus, excepta tamen Benedictionis papalis cum plena admissorum venia impertiendae facultate, et ea quidem lege, ut indulgentiae extra locum Conventus acquirendae, nisi intra fines vicariatus foranei, seu decanatus, seu plebaniae aut paroeciae, ubi Conventus habetur, lucrifieri nequeant.

Non obstantibus contrariis quibuslibet. Praesentibus perpetuo futuris temporibus valituris. Concedimus autem haec, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsisque Eucharisticis Conventibus nunc et in posterum amplissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunq, et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis martii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

CONDEMNATIONES SAC. ERNESTI BUONAIUTI EIUSQUE OPERUM OMNIUM

Il sac. Ernesto Buonaiuti, già più volte ammonito, ripreso e sotto posto anche a gravi sanzioni canoniche per le sue dottrine prettamente modernistiche propagate a voce ed in iscritto, è rimasto purtroppo, non ostante le sue ripetute proteste di sottomissione, come evidentemente dimostrano suoi fatti e scritti recenti, sempre nella sua pertinacia, proprio come i modernisti così al vivo descritti nell'Enciclica *Pascendi* dei S. P. Pio X di f. m. i quali «continuano il loro cammino, continuano « benché ripresi e condannati, celando un' incredibile audacia col velo « di un'apparente umiltà. Piegano fintamente il capo; ma la mano e la « mente proseguono con più ardimento il loro lavoro. E così essi operano « scientemente e volutamente; sì perchè è loro regola che l'autorità « debba essere spinta, non rovesciata; sì perchè hanno bisogno di non «uscire dalla cerchia della Chiesa, per poter cangiare a poco a poco la « coscienza collettiva »; adoperando inoltre quell'arte dalla stessa Enciclica così messa in evidenza: «È artifìcio astutissimo dei modernisti « presentare le loro dottrine non già coordinate e raccolte quasi in un « tutto, ma sparse invece e disgiunte l'una dall'altra, allo scopo di pas- « sare essi per dubbiosi e come incerti, mentre di fatto sono fermi e « determinati ».

Xon potendosi dunque in verun modo tollerare più a lungo, senza grave scandalo e danno dei fedeli, quest'opera subdola e continua di demolizione della Fede da parte di un sacerdote cattolico, che si ostina a voler apparir tale, nella sede stessa del Supremo Pontificato, questa Suprema Sacra Congregazione del S. Uffìzio, della Fede e del costume custode e vindice, nella Congregazione di feria IV, 26 corr. mese, d'ordine e con l'approvazione espressa del Santo Padre, novamente dichiara il sopra mentovato sac Ernesto Buonaiuti incorso nella scomunica a termini di diritto e, conseguentemente, anche nella sospensione *a divinis;* -

condanna e proscrive tutti i suoi libri e scritti ordinandone l'inserzione nell'Indice dei libri proibiti; - e gli proibisce di più scrivere, tenere conferenze ed insegnare nelle pubbliche scuole in materia attinente alla Religione.

Dato a Roma, dal Palazzo del S. Uffizio, addì 28 marzo 1924,

Luigi Castellano, *Notavo della Supr. S. C. del S. Uffizio.*

II

SUBMISSIONIS DECLARATIO

RR. PP. A. Brassac et J. Ducher decreto Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, feria IV die 12 decembris superioris anni 1923 edito, quo proscriptum fuit mandatumque ut in Indicem librorum prohibitorum referretur opus cui titulus: *Manuel biblique ou Cours d'Ecriture Sainte à Vusage des Séminaires,* etc., se subiecerunt ac damnatum illud opus reprobarunt. *

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 12 martii 1921.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. O. Notarius.*

*** Circa hanc declarationem haec scribit R. P. Superior Generalis Societatis S. Sulpitii,** H. **Garriquet:**

«Je renouvelle à Votre Sainteté le témoignage de soumission complète, filiale, «confiante, exprimé par mes deux confrères, MM. Brassac et Ducher, au sujet de la « décision du Saint-Office sur le *Manuel Biblique.* Nous ne faisons dans notre adhésion « ni restriction ni réserve, en exprimant le vœu que Votre Sainteté y reconnaisse la «sincérité de notre obéissance. Nous ferons dans le même sens l'éducation de nos «Séminaristes, pour qu'ils apprennent de nous comment et de quel cœur ils doivent «toujours suivre, coûte que coûte, la direction du Saint-Siège».

SACEA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DECRETUM

DE PROCESSU INQUISITIONUM CIRCA PROMOVENDOS AD EPISCOPATUM

Regulas' apprime iustas iuxta Sacrorum Concihorum et Romanorum Pontificum Constitutiones edidit Urbanus VIII pro conficiendis processibus inquisitionum circa eos qui ad regimen dioecesium et monasteriorum promovendi essent.

Sed, mutatis temporum adiunctis, et ad promovendorum idoneitatem et dignitatem agnoscendam suffecta praevia inquisitione secreta, solemnis duorum testium interrogatio, iuxta antiquas Constitutiones praescripta, supervacanea visa est; ideoque ex variis Summorum Pontificum decretis pluribus in locis abolita fuit. Quum tamen alicubi adhuc subsistat, ut unica ubique habeatur norma in re tanti momenti, Ssmus D. N. Pius PP. XI, praesenti Sacrae Congregationis Consistorialis decreto, statuit, ut, firma inquisitione secreta iuxta leges in singulis regionibus aut locis statutas, quae accuratissime erit semper perficienda, vetus duorum testium interrogatio, quam in sua Instructione particulari, die 15 maii 1591, Urbanus PP. VIII statuit, cesset nec amplius locum habeat.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 29 februarii 1924.

£g C. **CARD. DE LAI**, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. $ S.

f Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

21 ianuarii 1924. —- Titulari episcopali Ecclesiae Methonensi praefecit R. P. D. Ioannem Mariam Camilleri, hactenus Episcopum Gaudisiensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aezanitensi, R. P. Antonium Van Velsen, e Societate Iesu, electum Vicarium Apostolicum de Batavia, in Indiis Neerlandicis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Andrapanensi, R. P. Caesarem Angelum Vigiani, ex O. F. Minorum, electum Vicarium Apostolicum de Chaco.

30 ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Tornacensi, R. D. Vedastum Rasneur.

1 februarii. — Metropolitanae nuper effectae Ecclesiae Bellohorizontinae, R. P. D. Antonium dos Sanctos Cabrai, hactenus eiusdem sedis Episcopum.

3 februarii. — Cathedrali Ecclesiae Maurianensi, R. D. Augustum Grumel, rectorem Seminarii vulgo *de la Villette,* archidioec. Cameracensis.

13 februarii 1924. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Claudiopolitanae, E. P. D. Georgium Prudentem Bruley de Varannes, hactenus Episcopum Monaecensem.

7 martii. — Metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae, Emum P. D. Alexium S. E. E. Card. Ascalesi, hactenus Archiepiscopum Beneventanum.

III

PEO VISIO ABBATIAE

Decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, dato die **29** decembris **1923,** Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, confirmando electionem a Capitulo monasterii factam, instituit Abbatem Einsidlensem E. P. Ignatium Staub, e Congregatione Helveto-Benedictina.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ROMANA ET ALIARUM

DE FATALIBUS AD RECURRENDUM

QUAESTIO. - In remotione parochorum inamovibilem, contra primum Ordinarii decretum, quo parocho significatur decisio amotionis, ad normam can. **2153 § 1,** «parochus recursum *intra decem dies* interponere potest « apud eumdem Ordinarium »; si autem hic, re deliberata cum duobus parochis consultoribus, censuerit a decisis non esse recedendum, adversus huiusmodi definitivae decisionis decretum, ex can. **2146 § 1,** « uni- « cum datur iuris remedium, idest recursus ad Sedem Apostolicam ». Verum, utrum haec facultas recurrendi intra aliquod temporis spatium, ad modum fatalium appellationis sive proponendae sive prosequendae, vel intra aliquos alios utiles terminos concludatur, in iure cautum non est; qua circumstantia usi sunt quidam parochi, qui, amoti, recursum re et effectu interponere per plures menses immo et annos distulerunt, postquam tamen Ordinario suo formiter voluntatem suam recurrendi ad normam can. **2146** signiflcassent. Quum vero, ex § **3** eiusdem canonis, «pendente « recursu, Ordinarius paroeciam vel beneficium quo clericus privatus sit, « alii *stabiliter* conferre valide nequeat », facile intelligitur, collato etiam

[1] **In superiore pag.** 94, **linea** 3 **a calce, fortuito depravata, ita restituatur : « feria VI, « abstinere a carnibus, vel feria IV** ***vel sabbato,*** **prout maluerint».**

can. 454, quantum animarum bono et auctoritati ecclesiasticae detrimentum haec agendi ratio facessat. Cuius rei sedula consideratione permoti, nonnulli Ordinarii nuper a Sacra Congregatione Concilii huius dubii solutionem reverenter postularunt, nimirum: « quale temporis spatium conce« datur ad interponendum recursum apud Apostolicam Sedem contra « definitivum decretum amotionis in casu ».

ANIMADVERSIONES. - Post celebrem Constitutionem Bonifacianam *Coneertationi* (c. 8, *de appell.,* II, 15, *in VI),* « ab electionibus, postulationibus « provisionibus et *quibuslibet extraiudicialem actibus* (in quibus potest « appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum, se reputans, per appel« lationis beneficium gravamen illatum desidefaverit revocari, intra decem « dies (postquam sciverit), si velit, appellet; post decendium vero eidem « aditus non patet appellandi ». Unde ante Codicem., Ecclesiae disciplina, prout constantissima Doctorum sententia comprobatur (cfr. Scaccia, *de appell.,* q. XII, n. 105; Passerini, *Comm. in VI,* in h. tit., n. 175, 176; Schmalzgrueber, in II, 28, n. 73; Pirhing, *eod.,* sect. VI, n. 132; Bouix, *de iud.,* c. III, de appell., § 9, 2) ea semper fuit quod a gravamine, sive iudiciali, sive extraiudiciali, appellatio ultra decemdium non competeret. Codex vero, retenta voce *appellatio* unice de provocatione *a sententiis* iudiciariis, sive definitivis, sive interlocutoriis, vim definitivam habentibus, *recursum* appellat quamlibet aliam provocationem adversus *decreta,* sive iudicum sive Ordinariorum, ipsumque recursum in tribus distinctis canonibus, nempe 1465 § 1, 1709 § 3, 2153 § 1, praescribit interponendum intra decem dierum spatium.; in aliis autem, quodlibet tempus definire omittit. At vero, in veteri quoque disciplina, *recursus* seu *expostulatio* ad Apostolicam Sedem, ab appellatione etiam extraiudiciali videbatur distingui, non qua mera *supplicatio* ad gratiam Principis impetrandam, sed qua remedium ordinarium, loco appellationis, ex iustitia vel saltem, ex aequitate competens. Ita Benedictus XIV, Const. *Ad militantis,* inhibita appellatione cum effectu suspensivo, quoad Ordinariorum decreta concernenza animarum curam, quae sunt profecto extraiudicialia negotia, duo remedia gravatis ita assignavit: « vel simplex dumtaxat et extraiudicialis *recursus* « per viam supplicis libelli, ad Nos ... vel respective et iuxta causarum «naturam, et qualitatem *appellatio* ad quos de iure, in solo devolutivo, et « sine retardatione vel praeiudicio legitimae exsecutionis admitti possit ». Qua posita differentia, non videtur recursui, praesertim ad Sedem Apostolicam, aptandum, simpliciter esse quod de appellatione extraiudiciali (quae per Codicem videtur sublata) vetus ius statuebat. Enimvero *recursus* ad Apostolicam Sedem magis participat de supplicatione quam de appel-

latione (cfr. Glossam et alios apud Reiffenst., in II, tit. 27, p. 7, n. 21); supplicatio autem, si fiat ad Principem, proponi debet intra biennium, si porrigatur iudici, intra decem dies, iuxta 1. un. Cod., *de sent. Praef ed.;* ad quod accedit praxis Sacrarum Congregationum, quae recursus adversus Ordinarios quotidie recipiunt, etsi longe post decemdium productos. Ita S. C. C. in Concordien., *Remotionis,* 20 febr. 1897, dubio: « an constet de « legitima appellatione vel recursu, » reposuit: « Affirmative pro recursu », licet, in casu, post annum circiter a decreto remotionis interposito; immo ibidem de auctoritate Rotae fuit animadversum quod « recursus ad Prin- « cipem *numquam* censetur interdictus, a quo quemadmodum iurisdictio- « nes omnes fluunt, ita etiam conveniens est ut refluant ». Accedit ratio, quia, cum fatalia legis non solum partes, sed et iudicem ligent (c. 1634 § 1) absonum videtur manus Apostolicae Sedis velle ligare (cfr. can. 1569). Itaque, cum in praedictis tribus casibus Codex *recursum* intra decemdium cohibet, minime regula habetur quae, iuxta can. 20, similes casus suppleat, sed potius exceptio, cuius ratio investiganda est. Et facile haec deprehenditur quoad can. 1709 (ad superiorem iudicem) et 2153 (ad eumdem), cum nempe recursus effectum *suspensivum* habeat, et hinc de appellatione potius quam de supplicatione participet. In canone autem 1465, ubi consulitur casui quo « patronus vel praesentatus intra decem dies a significatione « recusationis recursum a iudicio Ordinarii ad Sedem Apostolicam inter- « posuerit, *quo pendente suspendatur collatio usque ad finem controversiae* », eadem ratio clare elucet. Mmirum cum ordinario recursus meriti examen devolvat quin provisionem suspendat, quoties contrarium accidit, appellationis regulas sequi debet, ne quod in iustitiae praesidium conceditur, in iniquitatis fomentum traducatur. Hoc ipsum criterium sapienter nuper S. C. de Religiosis secuta est in disponendo circa facultatem concessam can. 647, § 2, n. 4, Religioso dimisso recurrendi adversus dimissionis decretum, « quoad effectum *suspensivum* », ut expressis verbis in resolutione Hmitatur. Ex eadem norma videtur quoque proposito dubio respondendum quoad can. 2146. Licet enim recursus, in casu huius canonis, vim non habeat suspendendi decretum amotionis, eo tamen pendente, Ordinarii manus a Hmine - ut vidimus - adeo ligantur ut conferre alii non possit *stabiliter,* prout oporteret ex can. 454, paroeciam vel beneficium. Standum itaque in casu, etiam quoad recursum, terminis praefinitis quoad appellationem in Const. Bonifaciana: « intra decem dies *postquam sciverit,* appel- « let; post decemdium vero aditus non pateat appellandi ». Quare, etc.

RESOLUTIO - Porro, in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii, in Palatio Apostolico Vaticano habitis, die 12 ianuam 1924, Emi Patres,

proposito dubio: « Quale temporis spatium concedatur ad recursum interponendum a definitivo decreto remotionis, ad effectum can. 2146 § 3 « Codicis iuris canonici, in casu », respondendum censuerunt: «Tempus utile «ad recursus interponendum a definitivo decreto remotionis, ad effectum «§ 3 can. 2146 Codicis, esse decemdium ab intimatione eiusdem decreti, « supputandum ad normam can. 34 § 3, 3°, et can. 35: certiore facto Ordi« nario loci ab ipso recurrente de legitime interposito recursu ad Aposto« licam Sedem ».

Quam resolutionem, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, in audientia subsequentis diei 14, Ssmus Dnus Noster Pius "div. Providentia PP. XI, approbare et confirmare dignatus est.

f Iulius, Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS [1]

DUBIUM

CIRCA DOTEM RELIGIOSARUM

Ad normam cann. 551 et 643 Religiosa professa, e Religione egrediens aut ex eadem, dimissa, si quidem dotem attulerit, eam, absque fructibus iam maturis, recipiendi ius habet; sin vero fuerit sine dote recepta, nec ex propriis bonis sibi providere possit, caritativum quoddam subsidium illi suppeditandum est a Religione.

Contingit vero, ut exstent Religiones aut Monasteria, in quibus dos allata efferat pecuniae summam satis exiguam, atque adeo Religiosa discedens multo minus obtineat ex debita dotis restitutione quam aliter ipsi, si absque dote fuisset recepta, ex caritate esset suppeditandum.

Cum id omnino alienum a mente Legislatoris videatur, quem certo constat voluisse Religiosae discedenti iri provisum de iis omnibus quae requiruntur, ut ipsa, modo tuto ac convenienti, domum redeat ac per aliquod tempus vivere possit, quaeritur:

«Utrum Religio, in qua dos non pertingit ad rationabilem subsidii « caritativi aestimationem, omni obligatione erga Religiosam discedentem « liberetur ex simplici dotis restitutione, an e contrario supplere teneatur « id quod, iuxta can. 643 § 2, defecerit ad aequum subsidium caritativum « constituendum? ».

[1] In praecedenti fasciculo, pag. 98, lin. 16, pro eo quod est: 550 §2, legatur, 540 §3.

Sacra Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit, prout respondet: « *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam; facto « verbo cum Sanctissimo »,

Facta autem de praedictis relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio div. Prov. PP. XI, in audientia habita ab infrascripto P. Secretario die 2 martii 1924, Sanctitas Sua resolutionem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die, mense et anno praedictis.

C. **CARD. LAUREATI,** *Praefectus.*

L. **£8** S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI has, quae sequuntur, Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

26 februarii 1924. — *Cathedrali Ecclesiae Portus Augustae* praefecit R. D. Andream Killian, vicarium generalem dioecesis Wilcanniensis.

1 martii. — *Cathedrali Ecclesiae Goulburnensi,* R. D. Ioannem Barry, administratorem parochiae metropolitanae Melbournensis et pro-vicarium generalem huius archidioecesis.

II

NOMINATIO

Decreto diei 12 martii 1924 Sacra Congregatio de Propaganda Fide declaravit ad suum beneplacitum *Praefectum Apostolicum de Kong Moon,* R. P. Iacobum Eduardum Walsh, e Societate Missionaria de Maryknoll.

Praeterea idem Sacrum Consilium renunciavit Praesidem Pontificii Operis Propagationis Fidei pro Statu Serborum, Chroatorum et Slovenorum R. D. Iosephum Ujcic, in Theologica facultate Labacensi doctorem decurialem.

SACEA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA **SEU** ALBIEK

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PAULI GINHAC, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

Paulus Ginhac, de cuius Causa beatificationis et canonizationis agitur, in loco seu possessione *Le M arel,* oppidi *Serverette,* Mimatensis dioecesis, ex piis honestisque coniugibus Ioanne Antonio et Clara Monica Fabre ortum duxit die 31 maii 1824, eaque die sanctum baptismum recepit, impositis nominibus Petro et Paulo. Parentes eius, christiana caritate ferventes, saeviente saeculo xvni gallica perturbatione, sacerdotibus tutum obtulerunt hospitium, ut facilius ecclesiastica munera gerere possent. Neque mirum si arbor bona bonos fructus effecerit: siquidem ex illo coniugio duodecim prodierunt fratres et sorores, ex quibus duo sacerdotes, duae sorores Trappistae, tertia, Eugenia, monialis Visitationis. Paulus, septimus et puer, a patre agricola custodiae gregis in campis addictus, licet haud facilis et docilis indolis, tamen, quum esset novem circiter annorum, satis paratus, ad sacram synaxim admissus fuit. Paulus frequentavit primum scholam oppidi *Serverette,* tum traditus avúnculo sacerdoti et tandem, circa medium aetatis annum tertium decimum, Collegium Mimatense adivit, in quo civico Collegio litterarum rudimentis operam dedit, sed absque vero profecto christianae civilisque educationis. Quare, optimo consilio, parentes eum in domum re vocarunt et ad parvum Seminarium *de Chirac,* prope oppidum *Marvéiols,* transtulerunt. Adolescens, haud melior effectus et parum acquiescens superiorum monitis et sororis Eugeniae in illo monasterio Visitationis oppidi *Marvéiols* degentis consiliis, quum gradum fecisset ad humaniores litteras, parvum Seminarium *de Chirac* cum altero Mimatensi commutavit. Expletis in hoc Seminario studiis, quum alias excogitaret novitates, precibus sororis impulsus, in Castellum *de Cheminade* concessit, ubi pium sacerdotem invenit de Moré de Charaix, a quo benigne exceptus et per aliquot dies hospes, eius rogatu comes adscitus est. Ambo Minatensem civitatem petierunt ad audiendos sodales Societatis Iesu, qui tunc sacras missiones ibi peragebant. Paulus

concionibus et supplicatione qua missionibus finis imponitur, Deo iuvante, tranquille interfuit. In ista supplicatione per vias oppidi, ad conspectum Imaginis Christi Redemptoris cruci affixi, de improviso adolescens, veluti alter Saulus, re mirabili ictus et tremens, genua flectit et, quasi audisset Christum, interrogantem et Saulum respondentem, superna luce et divina gratia perculsus, in alium valde meliorem transformatus est. Hanc conversionem, Christo operante, magis in dies perfectam et perseverantem, ipse Paulus, in posterum saepe recogitans, prodigiosam appellabat, laudans et exaltans divinam clementiam ingeminansque cum Psalmista: « Delicta «iuventutis meae ne memineris, Domine ». - « Miserere mei, Deus, secun- « dum magnam misericordiam tuam ». - Eadem conversionis die, Dei famulus lapsus suae iuventutis humillime exponit P. Jouvé, missionis praesidi, et propositum amplectendi Societatem Iesu eidem aperit, quo probante, suisque parentibus libenter annuentibus, experimentum vocationis religiosae apud fratrem, suum Vincentium peragit. Ita probatus, Paulus a Praeposito provinciae praedictae Societatis ingressum in ipsam suppliciter efflagitavit, sed ita obtinuit, ut prius gradum, academicum Baccalaurei in Collegio Mimatensi assequi posset et postea in tyrocinii domo Avenionensi admitteretur. Quod accidit, instante R. P. de Charaix, die 4 ianuarii anni 1843, moderatoribus P. Iosepho de Jacas et Pio de Blacas. Priore tyrocinii anno summa laude expleto, in festo Epiphaniae Domini anni 1844 vota *devotionis* appellata emisit, et per duos menses in Villa de S. Chamaud, prope Avenionem, litteris incubuit, P. Paulino Abel praeceptore. Subsequenti mense decembri translatus Ben-Aknoun, in Algeriam, orphanotrophio a Societate Ignatiana instituto addicitur. Illic prima vota nuncupat die 6 ianuarii 1845 et usque ad mensem septembrem anni 1848, praefecti, catechistae et magistri munera gerit cum prospero alumnorum successu et omnium admiratione ac existimatione. Eodem mense septembri ab Africa revocatus, in domo Valsensi, inter ducentos scholasticos, philosophicis et theologicis disciplinis operam suam navat, condiscipulis praebens exemplum perfecti studentis et sancti religiosi. - Sacerdotio auctus die 18 decembris anni 1852, missus est ad locum. *Mazel* ad recreandam piam genitricem aegrotantem, quae paulo post sancte obivit. Invisit quoque sororem Eugeniam in monasterio Visitationis *Marvéiols* degentem. De matre scripsit Dei famulus eam comparans cum S. Monica, cuius lacrymis et precibus filius Augustinus ad Christum conversus est, et similiter ipse pietati et orationi matris suae, Deo miserante, propriam conversionem tribuebat. Sorori autem germanae ipsam fratris immutationem admiranti respondit: « Dextera Domini fecit virtutem! ». In socium P. Henrici Desmoulins tyronum magistri electus, breviorem theologiae cursum

docuit, simulque quartum theologicum annum absolvit. Inde communitatis moderator spiritualis, et paulo post, labente anno 1855, tyronum magister renuntiatus est. Tertium probationis annum egit sub P. Sebastiano Fouillot, qui famulum Dei suum seraphinum vocabat. In oppidum *Vals* reversus, tyronum magistri munus resumpsit aliaque officia sibi commissa fideliter adimplevit. Illic solemnia vota religiosa edidit, et, novo fervore incensus, gaudebat in sancta societate Deo inservire et proximorum saluti incumbere. Rector domus tyrocinii Tolosae aliarumque domorum in locis *Castres* et *Paray-le-Monial,* plures difficultates assidua patientia et fortitudine superare debuit, praesertim anno 1880 usque ad Societatis expulsionem die 28 iunii eiusdem anni peractam. P. Paulus, humanissime invitatus, in orphanótrophium de *Paray-le-Monial* se recepit, ibique sacrum ministerium aliaque caritatis officia impendit; habitus ut alter Pater de la Colombière. Deinde, rogante Comitissa de Villève, Societatis moderatores P. Paulum miserunt Castrum de Mourvilles, ut, proscriptis in hospitium receptis praepositus simulque tyronibus tertiariis magister, hoc duplici officio et suam et aliorum spiritualem perfectionem coniungeret. Interea tempus quod suis officiis supererat, animarum directioni conse^ orabat; feriis autem propinquas regiones adibat ut sancta exercitia sodalibus suis aliisque religiosis utriusque sexus praeberet, ex quibus uberrimos fructus perceptos fuisse testati sunt sacri locorum Antistites. De P. Paulo Ginhac Magister generalis Ordinis S. Dominici testimonium tulit « quod erat homo Dei, superno lumine dives, mirabiliter humilis, « suimet possessione et mortificatione non communi praeditus ». Insuper huius Servi Dei cultus, devotio et fiducia in Iesum Christum Crucifixum Eucharisticum et thesauros Cordis sui revelantem, nec non in Deiparam Virginem Mariam Immaculatam, sanctos Angelos aliosque caelites tutelares, nominatim Ioseph, Petrum et Paulum, Ignatium, variis mirisque modis patuerunt, una cum obsequio, obedientia et veneratione in sanctam Ecclesiam Catholicam eiusque caput visibile, Christi Vicarium Romanum Pontificem, cuius iuris, potestatis et libertatis assertorem et infallibilis magisterii propugnatorem se ostendit, praesertim tempore Oecumenici Concilii Vaticani. - A Castro de Mourvilles ad Castres translatus, domum tertiariorum ibi constitutam ab anno 1891 ad 1894 rexit Dei Famulus, intra et extra domum ac regionem, una cum sodalibus, sacris missionibus et exercitationibus operam suam impendens. Tandem, aetate, laboribus et vigiliis aliisque corporis macerationibus fractus et morbo, quo iam erat affectus, ingravescente, quem summa patientia et virtute sustinebat, ad vitae terminum pervenit. Tum, sanctissimo viatico refectus et Extrema Unctione roboratus, a superioribus et sodalibus venia petita et gratissime

accepta, dum ad Beatam Virginem Mariam illas preces recitabat: « Maria, « Mater gratiae, Mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, et mortis «hora suscipe», in amplexu dulcissimae Matris dilectus eius filius P. Paulus, in societate et pace Domini sui Iesu Christi Salvatoris, quievit die 10 ianuarii anni 1895. In sacello S. Ignatii expositum fuit corpus, ut pietati sodalium et civium satisfieret; postea,, exequiis solemniter persolutis, in commune coemeterium delatum est et in peculiari sepulcro depositum, deinde in altero nobiliore, fidelium sumptibus exstructo, sepulcro conditum iacet; apposito lapide verbisque sculptis: « Mihi vivere Christus « est, et mori lucrum ». - Fama sanctitatis quam Dei famulus sibi in vita acquisierat, post obitum constans et diffusa adeo inclaruit, ut Processibus Ihformativis Eomano et Albiensi aliisque Rogatorialibus plurium dioecesium et locorum, super ea conficiendis viam aperuit. Quibus omnibus expletis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, quum, servato iuris ordine, omnia in promptu essent, instante R. P. Aureliano Falcila, Societatis Iesu et Causae postulatore, voto etiam depromente Rmi Praepositi generalis omniumque sodalium eiusdem Societatis, attentisque plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum litteris postulatoriis, Emus et Rmus Dnus Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agiturf* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositis, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. I). Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 20 februarii 1924.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Pauli Ginhac, sacerdotis professi Societatis Iesu. Die 27 februarii 1924.

£g A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. Œ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

PLURIUM DIOECESIUM

DE VEXILLIS IN ECCLESIA ADMITTENDIS VEL BENEDICENDIS

Postulantibus nonnullis locorum Emis Ordinariis a Sacra Rituum Congregatione aliquam normam seu Instructionem circa vexilla in ecclesiis admittenda vel benedicenda, Sacra Rituum Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, rescribendum censuit: « Ad mentem ».

M-ens est: « Quando insignia seu vexilla non pertineant ad Societates « religioni catholicae manifeste contrarias, nec reprobata sint harum sta- « tuta, neque ipsa insignia seu vexilla aliquod emblema de se vetitum « ac reprobatum praeseferant, in ecclesiis admitti possunt. Quum vero « in favorem et obsequium eiusdem religionis catholicae pacifice postu- « letur supradictorum insignium seu vexillorum benedictio, haec concedi « potest, adhibita formula *Ritualis Romani* ». Atque ita rescripsit. Die 15 decembris 1922.

Hanc peculiarem Instructionem, ut ipsa cunctis locorum Ordinariis innotescat, Sacra eadem Congregatio evulgandam duxit, die 26 martii 1924.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuén. et S. Rufinae,
S. R. O. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, dato die 22 octobris 1923, Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, *Archiepiscopali Ecclesiae Damascenae Syrorum* praefecit R. P. D. Gregorium Petrum Habra, hactenus Archiepiscopum Mausiliensem Syrorum.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 11 marzo 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Reverendissimi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Giovanni Battista Maria Vianney, Confessore, Parroco di Arx.

Martedì, 18 marzo 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto *del Tuto* per la solenne Canonizzazione della Beata Maria Maddalena Postel, Vergine, Fondatrice dell'Istituto delle Suore delle Scuole Cristiane; e quindi sul dubbio se consti del martirio e della cagione del martirio, dei segni o miracoli dei Ven. Servi di Dio Lorenzo Imbert, Vescovo di Capsa, e Compagni, uccisi, come si asserisce, in odio della Fede.

SEGRETERIA DI STATO

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NOVELLI PORPORATI

Con biglietti della Segreteria di Stato del 27 marzo il Santo Padre si è benignamente degnato assegnare le seguenti Congregazioni agii Emi Signori Cardinali, che, nel Concistoro pubblico del medesimo giorno, hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio:

All'Emo Sig. Cardinale Giorgio Guglielmo Mundelein, Arcivescovo di Chicago, le Sacre Congregazioni di *Propaganda Fide,* dei *Seminari e delle Università degli Studi* e della *Rev. Fabbriea di S. Pietro.*

All'Emo Sig. Cardinale Patrizio Giuseppe Hayes, Arcivescovo di New York, le Sacre Congregazioni di *Propaganda Fide,* dei *Riti* e dei *Seminari e delle Università degli Studi.*

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

18 gennaio 1924. Monsig. Basilio de Sanctis, *Uditore della Nunziatura Apostolica del Brasile.*

1 febbraio » Il Rmo D. Pietro Bastien, O. S. B., *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

10 febbraio 1924. Monsig. Luigi Pellizzo, Arciv. tit. di Dannata, *Segretario della Saera Congregazione della Rev. Fabbrica di S.Pietro.*

» » » Monsig. Mcola Sebastiani, *Segretario dei Brevi ai Principi.*

14 » » Monsig. Federico Cattani-Amadori, *Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

» » » Il Emo P. Pasquale Robinson, O. F. M., *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

22 » » Monsig. Giuseppe Bruno, *Segretario della Pontificia Commissione per Vinterpretazione del Codice di diritto canonico.*

» » » Monsig. Gisleno Veneri, Vesc. tit. di Darai, e il Brno P. Giacomo M. Garcia, O. E. S. A., *Consultori della Sacra Congregazione del Concilio.*

1 mano » Il Emo P. Antonio van Asseldonk, dei Crocigeri, e il Emo P. Leone del Sacro Cuore di Gesù, dei Passionisi!, *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

4 » » Monsig. Francesco Solieri e il Rmo P. Pasquale Bobinson, O. F. M., *Consultori della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

18 » » Monsig. Francesco Guglielmi, il Emo P. Arsenio Vereinteren e il Emo P. Antonio Iglesias, entrambi dell'Ordine dei Frati Minori, *Consultori della Sacra Congregazione dei Sacramenti.* „

24 » » Il Emo P. Enrico Eosa, S. L, *Consultore della Commissione Pontificia per la Preservazione della Fede.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

19 febbraio 1924. Monsig. Giuseppe Antonio Lezcano y Ortega, Arcivescovo di Managua.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium-

8 febbraio 1924. Monsig. David O'Leary, della diocesi di Kerry.

23 » » Monsig. Antonio Wilczkievicz, della diocesi di Tarnow.

7 marzo » Monsig. Geraldo Murphy, dell'archidioceci di Halifax.

Prelato Chierico di Camera:

G marzo 1924. Monsig. Angelo Gaeta Caselli.

Prelati Domestici di S. S.:

23 ottobre 1923. Monsig. Eosario La Paglia, della diocesi di Caltanissetta.

9 febbraio 1924. Monsig. Emmanuele Fernandez Méndez della diocesi di Plasencia.

Cappellano comune soprannumerario:

1 marzo 1924. Monsig. Antonio Eossi.

20 febbraio 1924. Monsig. Valentino 'Arvay-Nagy, della diocesi di Oassovia.
21 » » Monsig. Nehmatallah Auad, dell'archidiocesi di Cipro.
» » » Monsig. Cesare Mambretti, dell'archidiocesi di Milano.
23 » » Monsig. Michele Gurrera, della diocesi di Caltanissetta.
25 » » Monsig. Giorgio Schreiber, della diocesi di Münster.
1 marzo » Monsig. Paolo Muller-Simonis, della diocesi di Strasburgo.
10 » » Monsig. Giorgio Suba, della diocesi di Munkacs.
» » » Monsig. Simeone Szabó, della" medesima diocesi.
» » » Monsig. Rosario Grillo, della diocesi di Trapani.
.» » » Monsig, Michele Driscoll, dell'archidiocesi di Halifax.
11 » » Monsig. Alfredo Cadot, della diocesi di Amiens.
» » » Monsig. Mose Gonçalves de Conto, della diocesi di Ilheos.
12 » » Monsig. Giorgio Bouillon, dell'archidiocesi di Ottawa.
15 » « Monsig. Daniele Sa jato vie, della diocesi di Krizcvci.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

25 febbraio 1924. Al sig. Carlo Arborio Mella di Sant'Elia, dell'archidiocesi di Sassari.
7 marzo » Al sig. marchese Luigi Barbi, Guardia Nobile di S. S.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

8 marzo 1924. Al sig. Manuel de Escandon, marchese di Villavieja, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, elasse civile:

30 gennaio 1924. Al sig. avv. Francesco Diamilla Magnelli (Roma).
7 febbraio » Al sig. comm. prof. Odoardo Persiani (Roma).
13 » » Al sig. Architetto Giuseppe Kleesattel, dell'archidiocesi di Colonia.
20 » » Al sig. conte Francesco Stateila, dell'archidiocesi di Napoli.
27 » » Al sig. Claudio Marzorati, dell'archidiocesi di Milano.
12 marzo » Al sig. Ugo Hermann, dell'archidiocesi di Colonia.
14 » » Al sig. prof. Giuseppe Terrabugio, dell'archid. di Milano.
20 » » Al sig. Puzant Masraff (Cairo).

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

29 febbraio 1924. Al sig. contrammiraglio Antonio Alves Ferreira da Silva (Brasile).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 febbraio 1924. Al sig. Enrico Liesens, della diocesi di Namur.
16 » » Al sig. Renato Laguérenne, della diocesi ài Limoges.

19 febbraio 1924. Al sig. Ernesto Dessart, dell'arciiidiocesi di Malines.
21 Al sig. avv. Amilcare Martinelli, della diocesi di Bergamo.
27 Al sig. Paolo Achille Gnaga, della diocesi di Crema.
7 marzo Al sig. Giacomo van Vollenhoven, della dioc. di Bois-le-due.
13 » Al sig. Marco Emilio Delisse, dell'archidiocesi di Bennes.
Al sig. prof. Giovanni Uberto Charpentier, della medesima archidiocesi.
15 Al sig. Giovandiego Ferrante, della diocesi di Aquino.
Al sig. avv. Francesco Huy-berechts, dell'archid. di Malines.
17 Al sig. Warren H. Cartier, della diocesi di Grand Rapids.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

18 febbraio 1924. Al sig. prof. Remigio Benzi (Roma),
e

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 dicembre 1923. Al sig. Silva Boulnois, della diocesi di Beau vais.
5 febbraio » Al sig. Giacomo Thornton di Ceronulla, dell'archidiocesi di Sidney.
1.1 Al sig. Bernardo Gauer, dell'archidiocesi di Colonia.

MAGGIORDOMATO DI STIA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Rèvma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S:

13 febbrai, 1924. Monsig. Giuseppe Roserot, della diocesi di Troyes.
25 Monsig. Giuseppe Poli, della diocesi di Ratisbona.
» Monsig. Raffaele Baratti, della diocesi di Guastalla.
26 Monsig. Desiderato Comeau, dell'archidiocesi di Halifax.
1 marzo Monsig. Vittorio Déqué, dell'archidiocesi di Tolosa.
» Monsig. Ferdinando Ramella, della diocesi di Viterbo.
Monsig. Giovanni Simrak, della diocesi di Krizevac.
» Monsig. Michele Mudri, della medesima diocesi.
14 Monsig. Andrea Gácsér, dell'archidiocesi di Strigonia.
» Monsig. Zeno Kalinowski, della diocesi Vladislavia.
15 Monsig. Gaetano Profeti, della diocesi di Colle Val d'Elsa.
» Monsig. Roberto Piacitelli (Roma).
Monsig. Antonio Vaskovic, della diocesi di Presó v.
Monsig. Nicola Danjko, della medesima diocesi.
18 Monsig. Ernesto Venturini, dell'archidiocesi di Modena.
21 Monsig. Carlo Marangoni, dell'archidiocesi di Camerino.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

6 marzo 1924. Monsig. Luigi Arsenio Venegas, della diocesi di Concezione.
14 » » Monsig. Giovanni Battista Rebora, dell'archidioc. di Genova.

18 marzo 1924. Monsig. Angelo Gámbaro, della diocesi di Novara.
20 » » Monsig. Carlo Gozzini, della diocesi di Novara.
22 » » Monsig. Nicola Giannóccari, della diocesi di Cotrone.

Cameriere d'onore extra urbem *di S. S.:*

23 febbraio 1924 Monsig. Angelo Dancausa Lozano, della diocesi di Burgos.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

12 marzo 1924 II sig. conte Angelo Brazzetti, della diocesi di Bagnoregio

Cappellano segreto d'onore di S. S.:

25 febbraio 1924 Monsig. Giuseppe Angeletti, della diocesi di Nocera e Gualdo Tadino.

Cappellani d'onore extra urbem *di S. S.:*

27 febbraio 1924 Monsig. Salvatore Venturini, della diocesi di Frascati.
1 marzo » Monsig. Alessandro Sztojka, della diocesi di Munkacs.
» » » Monsig. Vittore Selykó, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

12 gennaio 1924. Monsig. Girolamo Van Aertselaer, Vescovo tit. di Zarai.
20 febbraio » Monsig. Giovanni Edoardo Gunn, Vescovo di Natchez.
21 » » Monsig. Teófilo Meerscliaert, Vescovo di Oklahoma.
10 marzo » Monsig. Giulio Vaccaro, Arcivescovo di Bari.
7.7 » » Monsig. Nicola Averardi, Vescovo tit. di Tarso.
12 " » » Monsig. Ferdinando Polloni, Vescovo di Bertinoro.
13 » » Monsig. Ignazio Hummel, Vescovo tit. di Trapezopoli.
27 » » Monsig. Giuseppe Pel czar, Vescovo di Przemysl.

Annus XVI • Vol. XVI 1 Maii 1924 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

I

DE ORATORIO SANCTI PETRI APUD VATICANAM BASILICAM IN ADOLESCENTIUM UTILITATEM CONSTITUENDO.

PIUS PP. XI

Poiché ogni ragione del Nostro supremo ufficio pastorale è nel procurare la salvezza delle anime redente da Gesù Nostro Signore, nulla stimammo esser più conforme all'adempimento dell'altissima missione confidataci da Dio a vantaggio della Chiesa Universale, che il promuovere ogni forma di fecondo apostolato.

Specialmente poi avemmo sempre una particolare sollecitudine per la cristiana educazione e formazione della gioventù, mossi dall'esempio del Divin Maestro, nonché dalla preoccupazione vivissima &\egli speciali pericoli con cui il nemico dell'uman genere circonda ed insidia le più tenere pianticelle della eletta vigna del Signore.

E mentre con soave diletto dell'animo torna sovente alla Nostra mente il ricordo del ministero sacerdotale che, con l'aiuto di Dio, potemmo compiere in mezzo ai fanciulli e ai giovanetti in altri tempi, Ci è grato assai ora, nel supremo ufficio della direzione della Chiesa, continuar tale opéra, secondo le Nostre possibilità, a vantaggio della gioventù di ogni parte del mondo, in particolare della gioventù romana, che é a Noi più vicina, sovratutto di quella che dimora nei dintorni della Nostra residenza

all'ombra del massimo tempio cattolico, sulla quale possiamo dire che si posa ogni giorno dall'alto del Yaticano il Nostro sguardo. Nói Vogliamo che questa gioventù cresca sana di mente e di forze, devota al Principe degli Apostoli e al Romano Pontefice, nella pienezza di quella fede e di quella vita cristiana, per cui fu sempre grande nel mondo il nome di Roma.

A tale Nostra particolare sollecitudine vennero incontro, per secondarla nel modo più efficace, i Nostri diletti figli membri dell'Associazione dei Cavalieri di Colombo d'America con un dono cbe, fra tutti quelli cbe si possono fare, è senza dubbio il più gradito al Nostro cuore di Pontefice e il più devoto in onore di S. Pietro.

Essi han voluto, nel terreno dei Sacri Palazzi Apostolici, tra l'Ospizio di Santa Marta, il Sant'Uffizio e le mura di Leone IV, alle porte di un nuovo popoloso quartiere operaio, costruire, arredare e dotare con signorile generosità un insieme grandioso di locali, che ora offrono al Padre Comune, perchè Egli vi Compia nel miglior, modo i Suoi più cari disegni a favore della gioventù. Noi pertanto, mentre profittiamo della favorevole opportunità, per testimoniare ai devoti oblatori tutta la Nostra riconoscenza, dichiariamo che ben volentieri accettiamo il dono; e perciò, *Motu proprio* e di certa scienza, stabiliamo senz'altro, con questo Nostro atto, le disposizioni che crediamo opportune per trarre i maggiori vantaggi spirituali dall'opera intrapresa.

I. Vogliamo che i detti locali rimangano in perpetuo desti' nati all'assistenza della gioventù, sia maschile, sia femminile, che finora è rimasta fuori del raggio di azione delle fiorenti opere istituite nelle parrocchie di S. Pietro, di S. Spirito, di S. Maria in Traspontina e di S. Maria delle Fornaci; e, mettendo la nuova istituzione sotto la speciale protezione del Principe degli Apostoli, vogliamo che essa si denomini « Oratorio di S. Pietro ».

II. Fine della nuova istituzione è la cristiana e civile educazione della gioventù, anzitutto mediante l'istruzione religiosa e le pratiche di pietà,: e poi con tutte le altre opere sussidiarie e di onesta ricreazione che via via si riconosceranno opportune (dopo-scuola, dopo-lavoro, ricreatorio, palestra e simili).

III. L'Oratorio comprenderà due sezioni: la maschile affidata ad alcuni sacerdoti, opportunamente scelti tra il Clero secolare di quest'alma Città di Roma; e la femminile affidata alle Figlie della Carità di S. Vincenzo de' Paoli.

Le due sezioni saranno completamente distinte e separate, sotto la direzione di uno stesso Prelato Presidente, che sarà nominato da Noi e dai Nostri successori.

IY. Benché l'Oratorio sia pontifìcio e sotto la Nostra speciale vigilanza e protezione, e si regga con statuti da Noi stessi approvati, vogliamo tuttavia che non rimanga esente dalla giurisdizione dell'E.mo Signor Cardinale Nostro Vicario, in qualità di Nostro rappresentante.

V. Il Prelato Presidente avrà cura di scegliere, d'accordo con P E.mo Cardinale Vicario, i sacerdoti che dovranno esercitare il sacro ministero nell'Oratorio, come pure di provvedere il personale delle due sezioni (intendendosi però, quanto alle Suore, con la Superiora generale dell'Istituto).

VI. Desideriamo che, per la parte economica, il Prelato Presidente possa giovarsi dell'assistenza di un rappresentante dei Cavalieri di Colombo, scelto dal Consiglio Supremo col Nostro gradimento.

Invocata intanto sulla Istituzione stessa, dalla quale tanti frutti di bene Ci è caro sperare, l'abbondanza delle grazie divine e l'assistenza materna della Beata Vergine Maria, di cui oggi celebriamo il mistero dell'Annunciazione, impartiamo con particolare benevolenza del Nostro cuore l'Apostolica Benedizione ai generosi oblatori, a quanti contribuirono alla fondazione dell'Oratorio o in qualsiasi modo offriranno il loro aiuto, nonché a tutti coloro che vi si dedicheranno con spirito di sacrificio all'assistenza della gioventù.

Dal Vaticano, nella festa dell'Annunciazione di Maria SS.ma, l'anno 1924, terzo del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XI

II

DE DISCIPLINAE BIBLICAE MAGISTERIIS

PIUS PP. XI

Bibliorum scientiam quanti Ecclesia Dei perpetuo fecerit, vel scripta testantur, a christianae religionis primordiis usque adhuc, ad fidem docendam tuendamque edita. Libris enim sacris; altero divinae revelationis fonte, haud secus ac traditis sine scripto doctrinis, quicquid de Deo, de Christo hominum Redemptore, de nativa Ecclesiae constitutione deque morum disciplina scimus, innititur id omne ac fulcitur. Quamobrem rei biblicae studia tanto plus viguerunt, quanto oportuit acrius aut veritatem inlustrare aut errores inimice infesteque in Christi divinitatem inque Ecclesiam prolatos refellere; acatholicis autem et rationalistis eo usque temeritatis audaciaeque progressis, ut ipsam Scripturae Sanctae auctoritatem atque ab errore immunitatem appeterent, iam nostris necesse fuit, magna sanae eruditionis copia instructis, in certamen descenderé, ut divinum Caelestis Sapientiae donum a falsae scientiae commentis defenderent. In qua quidem palaestra si omnes ex utroque clero alumni, per sacrorum studiorum cursum, graviter institui atque exerceri debent, at plenissimam tamen incorruptamque rei biblicae cognitionem ii percipiant oportet, qui ad eiusmodi disciplinam aut in Seminariis studiorumve Universitatibus tradendam aut scripto tractandam peculiari quadam ingenii sui propensione aitici et reservari videantur: qui si tantulum ab Ecclesiae sensu aberrarint, iam apud plures alios integritas fidei in periculum discrimenque vocabitur. Rei huiusce momenta cum proximi decessores Nostri provido intentoque animo pondérassent, Commissione, ut aiunt, Purpuratorum Patrum et Instituto item Biblico conditis, datisque haud semel, ut Sacrae Scripturae studia proveherent, ad universos etiam catholici orbis Antistites, Litteris, inter alia id quoque edixerunt, magistros eius disciplinae esse caute prudenterque deligendos, et alumnos optimae spei, qui nati apti ad Bibliorum studia viderentur, ad promerenda etiam

huius disciplinae insignia excitari adiuvarique debere, quibus aliquando divinarum Litterarum magisteria committerentur. Quae quidem hortamenta et iussa sapientissimorum Pontificum magno sane emolumento fuere; verumtamen ut eadem, additis per Nos praescriptis atque incitamentis, quae temporum condicio postulat, uberiores solidioresque afferant utilitates, placet haec, quae sequuntur, auctoritate Nostra decernere:

I. Gradus academici, apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblicum, facto scientiae periculo, impetrati, eadem pariant iura eosdemque canonicos effectus, ac gradus in sacra theologia vel in iure canonico a quibusvis Pontificiis Athenaeis et Catholicis Institutis conlati.

II. Beneficium, in quo canonice insit onus Sacrae Scripturae populo explanandae, ulli ne conferatur, nisi, praeter alia, sit is licentia aut laurea in re biblica potitus.

III. Nullus item Sacrarum Litterarum disciplinae in Seminariis tradendae doctor esto, nisi, confecto peculiari eiusdem disciplinae curriculo, gradus academicos apud Commissionem Biblicam vel Institutum Biblicum adeptus legitime sit. Volumus autem ut baccalaurei titulus iis ab Instituto Biblico tributus, qui ibidem primum alterumque curriculi annum - graviores nempe doctrinas percipiendo - peregerint, satis sit cum ad rem biblicam docendam, tum ad beneficium, de quo n. II, assequendum, incolumi tamen iure eos anteferendi qui licentia laureave aucti sint.

IV. Summi Ordinum regularium Sodalitatumque religiosarum moderatores id velle Nos sciant, ut quos ex alumnis suis, aut Eomae aut alibi sacrarum disciplinarum curriculum agentibus, ad divinarum Litterarum studia aptiores deprehenderint, si non omnes at saltem eorum aliquem, post exactum theologiae cursum, Scholas Instituti Biblici frequentare iubeant.

V. Id ipsum catholici orbis Episcopis sanctum ac sollemne esto, qui, praeterea, rem Nobis pergratam facturi sunt, si annuam pecuniam constituerint, constituendamve aliorum liberalitate curarint, uni vel pluribus e sua cuiusque dioecesi sacerdotibus Eomae alendis, ea de causa, ut Instituti Biblici scholas celebrent

ibique gradus academicos adipiscantur. Quos autem Episcopi, huius rei gratia, in Urbem miserint, iis excipiendis hospitia profecto non deerunt.

VI. Ut, quod postremo loco hortati sumus, id exemplo confirmemus Nostro, ducenta libellarum italicarum millia largimur, quarum annuum reditum in sacerdotes duos, ut supra, Romae alendos per Sacram Congregationem Seminariis studiorumque Universitatibus praepositam erogaturi sumus: cui quidem Sacrae Congregationi omnia, quae superioribus quinque capitibus decrevimus, ad effectum deducenda ac pro prudenti arbitrio moderanda attribuimus.

Divinam interea Sapientiam rogamus incepto faveat Nostro, quocum maximum religionis bonum cohaeret profecto ac'coniungitur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvn mensis Aprilis anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

INDULGENTIAE, PRIVILEGIA ET TITULUS BASILICAE MINORIS CONCEDUNTUR METROPOLITANO TEMPLO BAMBERGENSI, NONGENTESIMO VERTENTE ANNO A BEATO OBITU SANCTI HENRICI IMPERATORIS, CUIUS FESTUM AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Anno reparatae salutis MXXIV Henricus II, Sacri Romani Imperii Caesar, mortalem vitam cum immortali commutavit. Superest memoria eius in benedictione. Filiali enim erga hanc Apostolicam Sedem obsequio sanctus hic Imperator iugiter eminuit, et hereditariis opibus fundatum Bambergensem episcopatum ipsi Sanctae Sedi voluit vectigalem. Praedecessorem etiam Nostrum Benedictum VIII profugum Bambergae excepit et, Graecis in Italia inferiore devictis, suae Sedi restituit. Huius quidem imperatoris singularibus ornati virtutibus Praedecessor Noster rec. mem. Eugenius PP. III, in sua Bulla Canonizationis, die XIV martii anni MCXXXXVI data, luculentum texuit elogium. Cum vero proximo anno nongentesimus sese vertat ex quo sanctus Prin-

ceps caelestia regna adeptus est, atque auspicata ipsa occasione in Bambergensi universa archidioecesi iubilaria festa sint sollemni triduana pompa celebranda, enixas Nobis Bambergensis Antistes preces adhibuit ut ad amplificandum earumdem festivitatum splendorem caelestes Ecclesiae thesauros, quorum dispensatores Nos Altissimus voluit, benigne reserare dignemur. Nos, votis his annuentes, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Eius apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu qui, intra spatium triduanae supplicationis super enunciatae in honorem sancti Henrici Imperatoris habendae, admissorum sacramentali confessione expiati sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, *plenariam* peccatorum omnium indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis vero fidelibus qui Bambergense templum metropolitanum, ubi sancti Imperatoris lipsana asservantur, visitent devote, quoties id peregerint intra super enunciatae supplicationis spatium, toties de numero poenalium in forma Ecclesiae consueta *unum* ipsis *annum* expungimus. Sacerdotibus autem, qui, intra idem triduum, in metropolitana ecclesia sacrum faciant, licentiam impertimur Missam de Sancto cum *Gloria* et *Credo* celebrandi; Archiepiscopo autem Bambergensi et ceteris Episcopis qui sollemnia Sacra litabunt, facultatem tribuimus post ipsam Missam impertiendi adstanti populo, Nostro nomine et auctoritate, cum *plenaria* adiecta indulgentia Benedictionem. Singulari autem, huiusmodi faustitatis occasione, Bambergensem archidioecesim Pontificiae benevolentiae significatione prosequi volentes, festum S. Henrici, ritu semiduplici in Kalendario Ecclesiae universalis adnotatum, auctoritate Nostra apostolica, ad ritum duplicem pro omnibus Germaniae dioecesibus evehimus; idque eo ducti consilio decernimus, nimirum ut non" modo in Bambergensi archidioecesi, quam vivens sanctus Imperator prae ceteris dilexit et in qua mortales eius exuviae exspectant immutationem, sed etiam in ceteris omnibus Germaniae dioecesibus festum ipsius potiore cum celebritate quotannis celebretur. Et re quidem vera huiusmodi honore omnibus nominibus dignum arbitramur unicum sacri Romani Imperii Principem, qui in sanctorum caelitum numerum sit accensitus, una cum pia coniuge Imperatrice Cunigunde, quam Innocentius PP. III, rec. mem. Praedecessor Noster, datis sub plumbo Litteris, die in aprilis anno **MCC** canonizavit.

Praeterea cum compertum plane sit Nobis, praeter ceteras Germaniae ecclesias cathedrales, metropolitanum Bambergense templum excellere, in eodem exstare sepulcrum Clementis PP. II, Praedecessoris Nostri, cuius ossa eiusdem in pontificali sede successor Leo PP. IX transtulit Bambergam; duos etiam decessores Nostros Benedictum VIII et sanctum Leo-

nem IX ibi sacra peregisse; denique ipsum templum a dicto sancto Henrico Imperatore conditum, conspicuis artis operibus non minus quam molis amplitudine praestare, multisque et conspicuis sacris relliquiis abundare, quas inter eminent pars Crucis Domini et pars Clavi Dominicae Passionis, quas praedilectae ecclesiae idem sanctus Imperator obtulit; idcirco sacram enunciatam aedem ad Basilicae dignitatem promovendam existimavimus. Quare, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, metropolitanum templum Bambergense Basilicae minoris titulo cohonestamus, additis privilegiis conopaei, non tamen auro vel argento ornati, stemmatis et tintinnabuli, quibus fruuntur minores almae huius Urbis Basilicae. - Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent vel pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv decembris, anno **MDCCCCXXIII**, Pontificatus Nostri secundo.

P. **CARD. GASPARRI,** *a secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. HENRICUM HOLLMANN, MAGISTRUM GENERALEM CANONICORUM REGULARIUM CRUCIGERORUM, VICESIMO QUINTO ANNO EXEUNTE EX QUO MUNUS ISTUD GERIT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Haud multo ante allatum ad Nos est, plenum annum quintum ac vicesimum, postquam delectus es qui Ordini universo praeesses, a Crucigeris istis tuis, mense februario, praeclaris gratae voluntatis testimoniis celebratum iri. Et merito quidem, cum magnam beneficiorum copiam, hoc gubernationis tuae spatio, in Ordinem contuleris: quo in genere commemorare placet, te, praeterquam quod monasticam disciplinam sartam tectamque tuitus es, incrementa Ordinis acriter actuoseque ad hunc diem fovisse, non modo disciplinarum studia provehendo salubriter, verum etiam novis coenobiis

constitutis et religiosis viris in sacras Missiones, per exteras, infidelium quoque, regiones, auspicato dimissis. Quae quidem promerita in Sodalitatem, atque adeo in Ecclesiam, tua etsi peculiaris privilegii concessione Nosmet ipsi, cum septuagesimum compleres aetatis annum, agnovimus atque aestimavimus - quemadmodum proximus decessor Noster, adventante quinquagesimo religiosae tuae professionis natali, haud dissimili praemio honestaverat, - facere tamen non possumus quin pietatis officia, ^quaecumque religiosi viri, faustam nancti occasionem, tibi sunt praestitum, et vehementer probemus et publicae gratulationis Nostrae accessione cumulemus. De tam diuturna igitur tamque utili muneris tui perfunctione est quare ipsemet coram Deo, gratias agendo, laeteris, ex eaque ipsa Nosmet uberiores in posterum fructus Ordini tuo, sacris missionibus et Christi fidelibus, quibus vestram navatis operam, speremus. Quae quidem spes Nostra ut feliciter eveniat, fidenter tibi a benignissimo Deo prorogari aetatem viresque confirmari atque augeri cupimus ex animo; intereaque haec tibi eadem et potiora etiam e caelo dona conciliet Apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, et Ordini tuo universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis ianuarii anno **MDCCOOXXIV**, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ERNESTUM TIT. S. MARIAE IN AQUIRO S. R. E. CARDINALEM DUBOIS, PAEISIENSIUM ARCHIEPISCOPUM; DE INSTITUTO GREGORIANA CONCENTIBUS ALTIUS EXCOLENDIS PARISIIS CONDITO.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Institutum novum, gregorianis concentibus altius excolendis, te, haud ita pridem, in ista honoris tui amplissima sede, feliciter condidisse, magno quidem cum animi solatio comperimus. Namque omnino postulat sacrarum aedium maiestas ut omnia ibidem venerabili mysteriorum ritu digna sint: quemadmodum igitur ceterae pulcritudinis formae, clarorum hominum arte ingenioque inventae, locum sanctum condecorant, ita in liturgia sacra is cantus praesertim adhibendus est, qui, uti edixit per decretum *Motu proprio* latum f. r. Pius X, ad Deum animos elevans, aptior sit ad pietatem populi fovendam. Huiusmodi cantus, ut iam peri-

tissimo cuiquam videtur, profecto ille est qui a decessore Nostro S. Gregorio magno nomen traxit, quemque recens ad venustatem pristinam restituere Patres Solesmenses tam diligenter nisi sunt. Valde igitur tibi, dilecte fili Noster, de studio gratulamur, quod ipse, varias moderans deinceps dioeceses, in musicam sacram provehendam sollerter impendisti, etsi multis rebus distentus; nec minorem tibi laudem tribuimus quod in Parisiensi Instituto ipsorum Solesmensium Patrum magisterio egregie uteris, qui, cum sint omni numero instructi, affabre admodum eleganter-' que hoc musicae genus interpretantur. Futurum confidimus ut-plurimi quidem ex tota Gallia, maximeque sacri ordinis homines, Institutum istud frequentent; ita enim gregorianus cantus, qui est tamquam liturgiae lingua, fusius per novas scholas propagatus, laetissimos afferet religionis fructus; quandoquidem eo sunt caeremoniae sacrae angustiores, quo frequentior fidelis populus pie canendo easdem participat. Quod restat, bonis omnibus tam frugiferum opus vehementer commendatum volumus: atque, in caelestium donorum auspicium itemque in peculiaris benevolentiae Nostrae signum, tibi, dilecte fili Noster, singulisque praeceptoribus et alumnis Apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die x mensis aprilis anno **MCMXXiv,** Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. MICHAELEM S. R. E. CARDINALEM LEGA DIACONUM S. EUSTACHI!: DE SOLEMNIBUS RAVENNAE HABENDIS OB TRANSLATIONEM RELIQUIARUM SANCTI EPISCOPI ET MARTYRIS APOLLINARIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Suavi quodam laetitiae sensu afficimur eo nuntio, qui Nobis affertur, Ravennae sollemnia apparari, propterea quod reliquiae sanctissimi illius martyris, Apollinaris, ex ipsius Aede extra moenia, in cathedralem ecclesiam proxime transferentur. Optimoque sane consilio Ravennates, Archiepiscopo auctore, id statuerunt: cum enim semper iidem honore summo caelestem Patronum coluerint, quasi propinquiorem eum voluerunt, quo melius possent custodem et vindicem in quovis rerum discrimine invocare. Neque semel profecto nobilissima ea civitas beneficia experta est Pastoris boni, qui suo tempore *animam suam* dedit *pro ovibus suis:* quae quidem effecerunt ut

peculiarem quemdam fidei ardorem Ravennates, inter tantas temporum vicissitudines, invicte retinerent. Itaque libenter, dilecte fili Noster, tuum probamus propositum eo proficiscendi, ut sollemnibus adsis; id pro certo habentes te non tam romanae purpurae amplitudine quam pietatis decore caeremonias eas sacras nobilitaturum. Ac probe praecipimus cogitatione celebritatis splendorem: cum scilicet, inter concentus immènsa procedente pompa supplicantium, sacrae Martyris exuviae in ecclesiam Ravennae principem inferentur, atque alacriore cultu tum commota civitas Patronum sanctissimum prosequetur. Quo vero augustius eventi faustitas agatur resque cedat in populi utilitatem, tibi damus ut, sollemniore die, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis videlicet condicionibus lucrandam. Interea, caelestium auspex donorum itemque peculiaris benevolentiae Nostrae testis Apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, sollerti Ravennae Archiepiscopo eiusque universo clero ac populo amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis aprilis anno **MCMXXiv,** Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS [1]

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

3 aprilis 1924. — Titulari episcopali Ecclesiae Telmissensi praefecit R. *D.* Ioannem Camillum Costes, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Iosephi Rumeau, Episcopi Andegavensis.

9 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Constantiensi (Arabiae), R. D. Iosephum Freri, ex archidioecesi Lugdunensi, Protonotarium Apostolicum *ad instar.*

10 aprilis, — Titulari episcopali Ecclesiae Adrahensi, R. D. Iosephum Kupka, Canonicum Ecclesiae cathedralis Brunensis, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Norberti Klein Episcopi Brunensis.

23 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Zaraitensi, R. D. Felicem Bilbao y Ugarriza, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Petri Rocamora y Garcia Episcopi Derthusensis.

26 aprilis. Cathedrali Ecclesiae Monoecensi R. D. Mauritium Clement, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Parisiensis.

[1] **In praecedenti fasciculo, pag. 161, lin. 10 pro eo quod est «die 15 maii 1591» ponatur: «edita anno 1622 ».**

SACRA CONGREGATIO CONCILII

SANCTI SEVERI

FUNERUM

Die 12 ianuarii 1924

SPECIES FACTI. — Quidam iuvenis? nomine Vincentius, in paroecia sancti Ioannis Baptistae civitatis Sancti Severi domicilium fovens, a. 1912 uxorem Annam duxit ex paroecia cathedralis. Bello flagrante idem ad castra profectus est ac gravissime vulneratus obiit anno 1918 in castrensi

•valetudinario intra fines dioecesis Bellunensis, ibique, exsequiis de more "peractis, sepultus, est. Nuntio mortis accepto vidua Anna ad suos rediit in paroecia cathedralis, domumque coniugalem divendidit. Cum itaque nuperrime datum esset exuvias in bello interfeetorum domum repetere, Anna, hac usa facultate, funus celebrari solemniter voluit adstante Capitulo in ecclesia cathedrali, cuius parochus cadaver ex viae ferreae statione levavit die 10 augusti 1923. Familia autem Vincentii non omisit clerum quoque paroeciae Sancti Ioannis Bapt. ad funus vocare; sed parochus huius ecclesiae praetendit ad se integrum funus et funerandi ius in casu spectare, et recursum de re apud Episcopum interposuit; qui obtentis utrimque deductionibus, maluit rerum seriem ad Sacram Congregationem exponere, eique controversiam deferre. Quaeritur igitur: *An funus defuncti Vincentii spectet ad parochum Sancti Ioannis Baptistae in casu.*

VOTUM CONSULTORIS. — Ad rectam solutionem controversiae inter parochum S. Ioannis Baptistae et parochum ecclesiae cathedralis dioecesis S. Severi ortae, haec sunt animadvertenda:

1. Lex canonica districte iubet omnes baptizatos sepultura ecclesiastica donandos esse, nisi eadem a iure expresse priventur (can. 1239 § 2,1240; Rituale Rom., tit. VI, cap. 1, n. 18), ita quidem ut fideles christiani, quamvis renuntiare possint ecclesiasticae sepulturae cum *pompa* faciendae, tamen *omnem* sepulturam ecclesiasticam pro suo arbitrio nullatenus *excludere* valeant. Agitur sane de iure publico, quod ex privatorum voluntate nequaquam mutari potest. Nam sacrae caeremoniae et ritus, quibus ex antiquissima traditione et Summorum Pontificum institutis sancta mater Ecclesia utitur in filiorum suorum exsequiis, destinantur in refrigerium et honorem defunctorum, in solatium atque aedificationem vivorum, in signum ecclesiasticae communionis (Rit. Rom., 1. c. n. 1; c. 22 § 1, C. XIII, q. 2);

Sepultura ecclesiastica autem consistit in cadaveris translatione ad ecclesiam, exsequiis super illud in eadem celebratis, illius depositione in loco benedicto seu legitime deputato fidelibus defunctis condendis (can. 1204). Gravi de causa omittitur quandoque translatio cadaveris ad ecclesiam, v. g. tempore pestis, belli etc.; nec semper, attentis peculiaribus adiunctis, totus ordo exsequiarum quae in probatis liturgicis libris describuntur, persolvitur (cfr. can. 1215).

2. Sepultura ecclesiastica i. e. exsequiarum ordo *semel* tantum ex praescripto Ecclesiae fieri debet. Unde, ubi agitur de translatione cadaveris *iam humati* in aliam sepulturam, necesse non est ut iusta funebria iterum persolvantur, si haec peracta fuerint in prima tumulatione. Id evidenter confirmatur legibus liturgicis, quae statuunt Sacrum, quod cele-

oratur « *in translatione cadaveris iam humati in definitivam sepulturam* », non gaudere « *privilegiis Missae exsequialis ut in die obitus seu depositionis* ». S. R. C. 16 iun. 1922 *(Acta Apost. Sedis,* XIV, p. 393).

At quamvis non praescribantur ritus sacri in translatione cadaveris ab uno in alium locum sepulturae, profecto adhiberi possunt, ut liquet ex responsione S. R. C. *Sancti Iacobi de Venezuela,* 11 aug. 1888 *(Decreta auth.* n. 3693), et decet eos adhiberi. Quo in casu, cum non agatur de ritu exsequiarum proprie dicto, non urgent praescripta Codicis (can. 1215 ss.), quae *primam* sepulturam *ecclesiasticam* seu stricte sumptam, de qua in can. 1204, respiciunt, non vero *alteram* i. e. translationem cadaveris, *iam Inumati* cum sacris caeremoniis ac ritibus, in aliam sepulturam.

3. Ubi prima tumulatio facta fuerit ad normam iuris, scil. iustis funebribus persolutis, in translatione cadaveris ad aliam sepulturam tum Missa *de Requie* tum alii ritus sacri peragi possunt, de iure *communi,* a *quocumque* sacerdote legitime requisito a familia defuncti vel ab amicis aut ab extraneis.

4. Itaque, in casu translationis cadaveris ex uno coemeterio, v. g. castrensi, in aliud, videndum est, utrum, occasione primae tumulationis, exsequiae i. e. ritus sepulturae ecclesiasticae persöluti fuerint, an non. Si hoc *alterum,* iusta funebria sunt peragenda, et quidem ad normam Codicis (can. 1216 ss.); si *primum,* necesse non est, stricte loquendo seu ex iuris praescripto, ut functiones fúnebres (translatio cadaveris ad ecclesiam, Missa *de Requie,* depositio cum ritu sacro) peragantur; opportune tamen fieri possunt. Cum in hoc casu non applicetur ius commune, sive Codicis (can. 1215 ss.), quod nonnisi ordinem exsequiarum proprie dictum praescribit, ius illas functiones peragendi non pertinet *per se* (i. e. salvo iure *peculiari)* ad parochum proprium, neque ad parochum ecclesiae cathedralis, neque, hac deficiente, ad rectorem paroeciae in qua situm est coemeterium. Addo: nec praescriptum can. 1230, § 7 in casu applicari debet, quia, ut evidenter liquet ex verbis ipsis atque ex toto contextu, respicit translationem cadaveris *nondum humati,* quod e paroecia^ ubi mors acciderit, in aliam mittitur.

Proprie loquendo, *ius* sacros ritus in praefato casu peragendi *nemini* competit, deficiente lege, unde ipsum derivetur; hinc est, quod *officium* ex parte familiae sive propinquorum aut aliorum non existit, procurandi nempe ut iidem peragantur.

5. Cadavera eorum qui, bello durante, diem supremum obierunt in pugna seu in bellica regione, sepeliri consueverunt ritu sacro, ut scimus, i. e. exsequiis, quantum fieri licuit, persolutis a cappellano militari, qui munere parochi pro militibus fungebatur (Cfr. S. C C. in *Vercellen.,*

7 iul. **1915**, A. A. S., VII, p. **388)**. Neque in casu, de quo agitur, occurrit applicatio can. **1237 § 2**, ut liquet ex allegatis documentis, quia nempe non agitur de funebri *intra mensem* a die tumulationis.

Quibus mature perpensis, propositum dubium negativa responsione dimittendum puto. Quare, etc.

RESOLUTIO - Die **12** ianuarii **1924**, in plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, habito in Palatio Apostolico Vaticano, Emi Patres ad propositum dubium respondendum censuere:

Negative.

Facta autem de praemissis SSmo **Dno** Nostro Pio PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, in audientia diei **14** subsequentis, Sanctitas Sua datam resolutionem approbavit et confirmavit.

t Iulius Serafini, Episcopus Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

i

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

6 februarii 1924. — Congregationis religiosae a Sancto Ioseph, de Tarantasia, nuncupatae, cuius domus princeps sita est iii dioecesi Tarantasien., *Constitutiones definitive approbavit.*

— Institutum Sororum a Caritate/ vulgo *P allottine* nuncupatum, Tertii Ordinis S. Francisci, cuius domus princeps sita est in Urbe, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

— Congregationem religiosam Sororum Franciscanum *ab Afflictis* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est Varsaviae, in Polonia, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

2 martii 1924. —- Congregationis Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, de Poenitentia et Caritate, de St. Francis, Wisconsin, nuncupatae, cuius domus princeps sita est in eodem loco *St. Francis,* in archidioecesi Milwaukiensi, *Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

— Congregationem Sororum Tertii Ordinis S. Dominici, a Sancta Catharina Senensi, de Voorschoten prope Hagam, nuncupatam, cuius

domus princeps sita est in dioecesi Harlemensi, *approbavit, itemque, experimenti gratia, ad septennium, eius Constitutiones.*

6 aprilis 1924. — Instituti Sororum Ancillarum Iesu, cuius domus princeps sita est Varsaviae, in Polonia, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationis Sororum a Sancta Elisabeth, vulgo *Bavarum* nüneupatarum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Vratislaviensi, *Constitutiones definitive approbavit.*

II

INSTRUCTION

SUR LA CLÔTURE DES MONIALES A VOEUX SOLENNELS

Dès la publication par cette Sacrée Congrégation du Décret du 23 Juiu 1923 concernant « les moniales en France et en Belgique » de nombreux monastères de ces pays s'employèrent avec empressement à obtenir la faculté pour leurs moniales d'être admises à l'émission des vœux solennels, priant instamment cette S. Congrégation de leur donner des instructions exactes sur la loi de la clôture papale qui suit cette concession.

Considérant que la loi de la clôture reçue dans le Code de Droit Canonique était prise de l'ancien Droit, qu'elle était observée depuis le temps de Saint Pie V, qu'elle était confirmée par de nombreuses réponses des Sacrées Congrégations et éclaircie par les enseignements des Docteurs, cette S. Congrégation a jugé opportun de promulguer une Instruction qui puisse être comme une règle pour tous les monastères de moniales, où sont émis des vœux solennels.

En conséquence, après mûr examen, la Congrégation a décrété les prescriptions suivantes touchant la clôture papale:

I. Les moniales, en vertu de leur profession et de la loi ecclésiastique, contractent l'obligation:

a) de demeurer toujours dans l'enceinte de leur propre monastère, dételle sorte que, sans un induit spécial du Saint-Siège, il ne leur soit pas permis d'en sortir, hors des cas spécifiés plus loin (can. 601);

b) de n'admettre dans cette même enceinte aucune personne de quelque qualité, condition, sexe ou âge que ce soit, sans la permission du Saint-Siège, à moins que cette personne ne soit exceptée par le droit, comme il sera dit ci-dessous (can. 600).

• Telle est la loi et l'obligation de la clôture papale, et elle atteint les monastères, si réduit que soit le nombre des moniales.

II. Le monastère donc, avec ses jardins et vergers adjacents (can. 597, § 2), doit être clos de telle façon que, autant que possible, on ne puisse voir de l'intérieur, ni être vu de l'extérieur (can. 602).

I° Si des fenêtres donnent sur la voie publique ou sur les maisons voisines

ou permettent la communication avec aes étrangers, elles devront ótre munies de vitres opaques on de volets (persiennes) qui empêchent la vue d'un côté comme de l'autre.

2° Si le chœur a des grilles permettant aux moniales de voir l'autel, ces grilles devront être disposées de manière que les fidèles ne puissent, de la place qui leur est réservée, voir les moniales.

3° Le confessionnal devra être disposé de telle façon, que le confesseur soit en dehors de la clôture et les pénitentes à l'intérieur.

4° L'endroit où les moniales reçoivent la sainte Communion devra être fermé par une porte ou par un rideau, pour que les moniales ne puissent être vues des fidèles.

5° Près de la porte du monastère, dans la sacristie.et partout où cela paraîtra nécessaire, on placera dans le mur un tour par lequel on pourra faire passer les objets nécessaires. Bien n'empêche qu'il y ait dans ce tour une petite ouverture laissant voir les objets qu'on y introduit.

6° L'église publique ainsi que la sacristie attenante ne sont pas comprises dans les limites de la clôture papale; les moniales n'y peuvent donc pas aller sans un induit du Saint-Siège.

III. La clôture papale peut être violée de deux façons: ou *par la sortie indue des moniales* hors de l'enceinte du monastère, sous quelque prétexte que ce soit et même pour peu de temps (can. 601), ou *par Ventrée indue de toute autre personne* sans la permission du Saint-Siège.

I° *La sortie* du monastère sans la permission du Saint-Siège n'est permise aux moniales après leur profession que dans le cas d'un péril imminent de mort ou d'un autre mal très grave. Ce péril doit être reconnu, si le temps le permet, par un écrit de l'Ordinaire du lieu (can. 601).

a) De tels périls sont : l'incendie, l'inondation, l'écroulement de la maison, les terreurs de la guerre, l'invasion des soldats et autres dangers semblables. Ils peuvent provenir aussi de Ja part d'une moniale qui serait atteinte, par exemple, d'une folie dangereuse ou d'une maladie contagieuse. Dans ce cas cette moniale doit sortir de la clôture pour mettre la communauté religieuse à l'abri de tout danger. Si on a le temps de recourir à lui, l'Ordinaire du lieu devra sur la prière des moniales reconnaître par écrit cette nécessité et la raison suffisante de sortir de la clôture.

b) Sans la permission du Saint-Siège une moniale ne peut donc pas être transférée d'un monastère à un autre, fût-ce du même Ordre et pour peu de temps, ni sortir pour faire une fondation nouvelle, pour remplir la charge d'abbesse, de supérieure ou de maîtresse des novices: pour soigner sa santé ou veiller à l'édification d'un nouveau monastère. Toutefois, pour de justes causes et dans des conditions déterminées, la S. Congrégation accorde d'ordinaire ces permissions.

c) S'il y a une terrasse sur le toit, les moniales pourront y aller à condition que cette terrasse soit suffisamment protégée par des grilles de tous côtés.

d) Comme le soin de la maison de Dieu exige très souvent que les moniales veillent par elles-mêmes à ce que l'église extérieure se distingue par l'éclat de sa propreté, et que, surtout aux fêtes principales, elle reçoive une ornementation convenable, le Saint-Siège accorde à la supérieure des monastères qui en font la demande, la faculté de désigner, en nombre suffisant, des moniales qui, pendant qu'il n'y a personne dans l'église et qu'elle est soigneusement fermée, puissent y descendre et faire tout ce que requièrent l'entretien et la propreté de l'église.

e) Bien que pendant le temps de leur postulat les aspirantes à l'habit religieux soient soumises à la loi de la clôture (can. 540 § 3), elles peuvent cependant en toute liberté et sans permission du Saint-Siège sortir du monastère quand de leur plein gré elles se décident à rentrer dans le monde ou sont renvoyées par les Supérieurs; et il f aut en dire autant des novices et des professes des vœux temporaires à l'expiration de leurs vœux ou quand elles sont légitimement renvoyées.

2° *L'entrée* dans le monastère est, en vertu du can. 600, permise sans l'autorisation du Saint-Siège aux personnes suivantes:

a) L'Ordinaire du lieu, le Supérieur régulier visitant le monastère ou tout autre visiteur délégué par eux, peuvent entrer dans la clôture mais seulement pour cause d'inspection, et en ayant soin, de se faire accompagner au moins par un clerc ou par un religieux d'âge mûr (can. 600, 1°).

b) Il n'est donc permis au visiteur d'entrer dans la clôture que pour la visite des *locaux.* La visite des *personnes* doit se f aire à la grille en dehors de la clôture. Il n'est permis ni à l'Ordinaire, ni au Supérieur régulier, ni au visiteur d'entrer dans la clôture en dehors de la visite dont ils sont chargés.

c) Pour l'examen que doit faire passer l'Ordinaire du lieu ou son délégué avant la vêture et chacune des deux professions, comme pour l'élection de la Supérieure, ni l'Ordinaire du lieu, ni son délégué ne doivent pas entrer dans la clôture (can. 506 §2, 552 §2).

d) Si l'Evêque ou un autre prêtre préside la vêture ou la profession d'une moniale, il ne leur est pas permis d'entrer dans la clôture; il n'est pas permis non plus à la postulante ou à celle qui doit faire profession d'en sortir.

e) Le visiteur qui doit entrer dans la clôture pour cause d'inspection doit être accompagné au moins par un clerc ou un religieux, même convers, d'âge mûr. Celui-ci ne quittera pas le visiteur pendant tout le temps qu'il restera dans le monastère.

/) Le confesseur ou son remplaçant peuvent, avec les précautions nécessaires, entrer dans la clôture pour administrer les Sacrements aux infirmes ou assister les mourantes (can. 600, 2°). Ont ce pouvoir le confesseur ordinaire du monastère ou son remplaçant, auxquels, d'après le can. 514 § 2, incombe l'administration des Sacrements et l'assistance des mourantes dans les monastères des moniales. A leur défaut tout autre prêtre peut entrer dans la clôture.

g) Peuvent entrer dans la clôture, chaque fois qu'ils sont demandés, pour recevoir la confession des malades, non seulement le confesseur ordinaire, mais encore le confesseur extraordinaire ou le confesseur adjoint, ou tout autre

confesseur qui est demandé par une malade gravement atteinte, selon la disposition du can. 523.

h) Les précautions à prendre pour *Vadministration de la Communion* sont exposées dans le décret de la S. Congrégation des Beligieux du 1[er] Septembrel912: « B faut que quatre religieuses d'âge mûr, si possible, accompagnent le prêtre « depuis son entrée dans la clôture, jusqu'à sa sortie. Le prêtre doit porter « le Saint Ciboire contenant plusieurs hosties consacrées, administrer la sainte « Communion; revenir à l'église et replacer le saint Ciboire en observant les ru« briques du Bituel Bomain pour la Communion des infirmes ».

i) Pour entendre les confessions, les prescriptions suivantes doivent être observées: Deux moniales accompagnent le confesseur à la cellule de la malade: l'attendent devant la porte ouverte de cette cellule, pendant qu'il entend la confession, afin de l'accompagner de nouveau quand il retourne à la porte du monastère.

le) Chaque fois qu'un prêtre entrera dans la clôture pour exercer les fonctions mentionnées ci-dessus, il devra dès que son ministère sera terminé sortir aussitôt du monastère.

I) Si la parole de Dieu ne peut être commodément prêchée à la grille, il faut demander au Saint-Siège une permission, qu'il ne refuse pas lorsqu'il y a de sérieux motifs, afin que les prédicateurs puissent entrer dans la clôture et prêcher soit dans le chœur soit dans la salle capitulaire; mais il faut observer les précautions indiquées ci-dessus pour l'entrée des confesseurs.

m) Ceux qui détiennent actuellement le pouvoir civil souverain, leurs épouses et leur suite peuvent entrer dans la clôture; de même les Cardinaux de la Sainte Eglise Bomaine (can. 600, 3°).

n) C'est à la supérieure de permettre, en prenant les précautions voulues, l'entrée du monastère aux médecins, chirurgiens et aux autres personnes dont les services seraient nécessaires. Elle demandera d'abord la permission au moins habituelle à l'Ordinaire du lieu. Dans les cas urgents, si l'on n'a pas le temps de demander cette permission, elle est suppléée par le droit (can. 600, 4°).

o) La supérieure peut donc, en vertu du pouvoir que par cette loi même le Saint-Siège lui accorde, permettre l'entrée du monastère à toutes les personnes dont les services sont nécessaires à l'intérieur. Elle doit cependant au préalable obtenir l'approbation au moins habituelle de l'Ordinaire du lieu. Ainsi il est d'usage que les moniales au commencement de chaque année inscrivent sur un registre *ad hoc* tous ceux dont il faudra à l'ordinaire solliciter le concours pour le monastère, au jardin, dans les offices situés à l'intérieur de l'enceinte (médecins ou autres personnes nécessaires pour le soin des malades; ouvriers pour le jardin, la cave, les étables; artisans et autres personnes- de même genre). Ce registre sera présenté à la signature de l'Ordinaire pour obtenir cette approbation habituelle. Dans un cas exceptionnel d'urgente nécessité et où l'on n'aurait pas le temps de recourir à l'Ordinaire pour demander son approbation, elle est légitimement présumée, c'est-à-dire que la loi ratifie cette présomption.

p) Il est enjoint, dans tous les cas, à la supérieure d'employer les précautions nécessaires. Elles consistent en ceci: on s'assurera par des renseignements puisés à bonne source, que ceux qui pénètrent dans la clôture soient des personnes d'excellente réputation et de mœurs irréprochables; ils seront accompagnés de deux religieuses des plus graves jusqu'à l'endroit où ils sont nécessaires; il ne sera permis à aucune moniale de leur parler, exception faite pour celles qui doivent traiter avec eux de leurs services.

IV. Les clefs de la clôture seront gardées, le jour et la nuit, chez la supérieure, qui les donnera aux religieuses désignées chaque fois que besoin en sera.

La supérieure ou toute autre qui introduirait ou simplement admettrait dans le monastère une personne quelconque, sans permission légitime, non seulement pécherait gravement, mais encore encourrait par le fait même l'excommunication simplement réservée au Saint-Siège (can. 2342, I°).

Les aspirantes à l'habit religieux entrent dans la clôture, en vertu de l'autorisation de l'Ordinaire. Il n'est pas permis d'admettre dans le monastère, sans la permission du Saint-Siège, des jeunes filles, soit pour leur éducation soit pour toute autre œuvre pie.

V. Au parloir où les moniales peuvent, dans les limites prescrites par les constitutions de chaque famille religieuse, recevoir les personnes du dehors, il doit y avoir deux grilles distantes entre elles de vingt centimètres environ et fixées dans le mur de telle façon qu'elles ne puissent pas s'ouvrir. Si les constitutions le permettent, il pourra y avoir également un tour au parloir. Pour tout le reste qui concerne le parloir, en particulier pour la surveillance continuelle de ce qui s'y fait ou de ce qui s'y dit, on observera exactement les constitutions de chaque monastère.

VI. La clôture des moniales, même de celles qui sont soumises aux réguliers, est placée, pour son exacte observance, sous la vigilance de l'Ordinaire du lieu. Il peut, par des peines et des censures corriger après un délit les délinquants, y compris les réguliers, et prévenir les violations. La garde de la clôture des moniales soumises à un Supérieur régulier est aussi confiée à celui-ci, qui peut également infliger des peines aux moniales ou à ses autres sujets, s'ils viennent à manquer à ce point (can. 603).

Eelation ayant été faite de toutes ces choses à Notre Très Saint Père le Pape Pie XI dans l'audience accordée au soussigné P. Secrétaire de la S. Congrégation des Religieux, le 6 Février 1924, Sa Sainteté a approuvé la présente Instruction et ordonné qu'elle soit observée par tous.

Donné a Rome, à la Secrétairerie de la S. Congrégation des Religieux, le jour, le mois et l'an ci-dessus.

C. CAED. LATJRENTI, *Préfet.*

L. © S.

Maur M. Serafini, Abb. O. S. B., *Secrétaire.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594 Codicis iuris canonici:

Vicarius Apostolicus de Wonsan designavit Vicarium Apostolicum de Seoul.

Vicarius Apostolicus de Taikou designavit eumdem Vic. Apost, de Seoul.

Vicarius Apostolicus de Seoul designavit Vicarium Apost, de Taikou.

Vicarius Apostolicus de Laos designavit Vicarium Apostolicum Tunquini meridionalis.

Quas designationes sibi relatas Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI approbare et confirmare dignatus est.

II

APPROBATIONES

Successivis Sacrae Congregationis de Propaganda Eide decretis, Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI:

23 novembris 1923. - Constitutiones Sororum Missionariarum a Domina Nostra de Africa, ad normam Codicis revisas, *definitive approbavit.*

28 ianuarii 1924. - Statuta pro Missionibus Ordinis Fratrum Minorum, ad normam Codicis revisa, *definitive approbavit.*

18 martii. - Constitutiones Congregationis Missionariorum Filiorum Ssmi Cordis Iesu, tum nationis germanicae, tum nationis italicae, ad normam Codicis revisas, *definitive approbavit.*

20 martii. - Congregationem Sororum Benedictinarum pro missionibus exteris, *de Tutzing* nuncupatam, Augustanae dioecesis in Bavaria, *laudavit eiusque Constitutiones ad septennium, per modum experimenti, approbavit.*

24 martii. - Congregationis Religiosorum de Mariannhill pro missionibus exteris Constitutiones *ad septennium, per modum experimenti, approbavit.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

DE PRIVILEGIO MISSAM VOTIVAM SS. APP. PETRI ET PAULI CELEBRANDI IN SACELLO CARCERIS MAMERTINI.

R. P. Thomas Piatti, ex Oblatis B. Mariae Virginis, rector Sanctuarii SSmi Crucifixi et subterranei Carceris Mamertini, ad Forum Romanum in Capitolini clivi radicibus, Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI humiliter exposuit quod, ex immemorabili et constanti consuetudine et traditione, in sacello Carceris Mamertini celebrari potest Missa votiva SS. Apostolorum Petri et Pauli, singulis per annum diebus, quibusdam solemnibus exceptis; sed perquisitionibus in archivo Ven. Archiconfraternitatis S. Joseph, C arpent ariorum, diligenter peractis, nullum repertum est documentum authenticum de concessione Apostolica praesumpti privilegii. Quare idem rector, de consensu Procuratoris generalis Congregationis Oblatorum B. Mariae Virginis, ipsum Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XI supplicibus votis deprecatus est, ut duo altaria in honorem SS. Apostolorum. Petri et Pauli Deo dicata et in Carcere Mamertino existentia, privilegio Missae votivae de eisdem SS. Apostolis decorare dignaretur. Sanctitas porro Sua has preces, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas, peramanter excipiens, ad honorandum Carcerem Mamertinum, tum Patronorum Almae Urbis principalium Petri et Pauli praedicatione, miraculis et exemplis, tum duorum eiusdem Carceris custodum Processi et Martiniani cum aliis quadraginta conversione ad Fidem Catholicam Apostolicam Romanam, sanctoque baptismate conlato cum aqua fontis precibus ipsorum Apostolorum per insigne et perenne miraculum a saxo exorti consecratum, benigne indulsit et concessit, ut a Sacerdotibus, peregrinis et ducibus peregrinorum Sacrum litantibus in duobus supradictis altaribus, Missa de Sanctis Apostolis Petro et Paulo, uti legitur die octava eorumdem Festi, vi iulii, cum *Gloria* et *Credo* celebrari valeat, singulis per annum diebus; exceptis Festis duplicibus I et II classis, Dominicis aliisque Festis de praecepto servandis,

nec non Feriis, Vigiliis atque Octavis I et II Ordinis, quae sint ex privilegiatis: servatis de cetero Eubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 martii 1924.

£8 A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Praefectus.

L.©S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

HARLEMEN.

DE FESTO CUM OFFICIO ET MISSA IN HONOREM D. N. I. C. SUB TITULO BONI PASTORIS.

Hodiernus parochus ad « Boni Pastoris », in loco de Wassenaar, prope Hagam-Comitis, Hollandiae, dioecesis Harlemensis, Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI humiliter exposuit quod in fundatione novae paroeciae in praedicto loco Wassenaar, ecclesiae titulus impositus est *Poni Pastoris;* sed, deficiente peculiari Officio festivo cum Missa sub hoc titulo, atque ut Boni Pastoris misericordia et benignitas magis magisque moveat ac sibi conciliet animas fidelium, speciali modo sibi dicatas, maxime praestabit devotionem erga Bonum Pastorem fovere-festo speciali. Quapropter idem parochus ipsum Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XI suppliciter exoravit, ut concedere dignaretur facultatem celebrandi festum titulare praedictae ecclesiae Boni Pastoris in Wassenaar, die Dominica secunda post Pascha, iam a saeculo antiquo Boni Pastoris propria, atque usque hunc diem populo fideli uti talis notissima. Sanctitas porro Sua his precibus, amplissimo Rmi Episcopi Harlemensis dioecesis commendationis officio communitis et ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, libentissime indulgens, statuit ac declaravit Festum titulare memoratae Ecclesiae Boni Pastoris esse quotannis recolendum Dominica secunda post Pascha, sub ritu duplici primae classis et octava communi, cum Officio et Missa propriis, quae de dicta Dominica leguntur in Breviario et Missali Romano; servatis Rubricis, etiam quoad Commemorationem diei Octavae in Dominica ipsum Festum proxime sequenti. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 martii 1924.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

E. **Ei** S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

BOGOTEK

NULLITATIS MATRIMONII (SUAREZ-EDMUNDSON)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Georgii Ewbank Edmundson, in causa conventi, per praesens Edictum eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, palazzo {iella Dataria, via della Dataria, 94) die 23 iunii 1924, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascriptum subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra, definitione.

DUBIUM

An sententia Rotalis diei 2 augusti 1923 sit confirmanda vel infirmanda, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes, et fideles quicumque, notitiam habentes de loco commorationis Dni Georgii Ewbank Edmundson, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.

M. Massimi, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 24 aprilis 1924.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

Traduction.

Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr. George Ewbank Edmundson, défendeur en cette cause, par le présent édit Nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, palazzo della Dataria, via della Dataria, N. 94) le 23 juin 1924, à 11 heures, pour souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

DOUTE

Boit-on confirmer ou casser la sentence donnée par la Bote le 2 août 19239

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la residence du dit Mr. George Ewbank Edmundson, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

M. Massimi, *Ponent.*

L. © S.

Donné à Rome, le 24 avril 1924.

Jean Ladelci, *Notaire de la S. B. Bote.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 8 aprile 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali, e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie chiamate, come dal suo nome, Filippini.

Martedì 29 aprile 1924, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Maria Michelina del SSmo Sacramento, Fondatrice delle Ancelle del SSifto Sacramento e della Carità, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria*, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

23 febbraio 1924. Monsig. Giuseppe Florczak, *Consultore della Saera Congregazione dei Sacramenti.*

3 aprile » Monsig. Andrea M. Micheletti, *Consultore della Saera Congregazione dei Sacramenti e della S. C. del Concilio.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

24 marzo 1924. Monsig. Venceslao Merinsky, dell'archidiocesi di Vienna.

26 » » Monsig. Francesco de Oer, della diocesi di Seccovia.

31 » » Monsig. Raffaele Xambo Mendoza, dell'archidiocesi di Mechoacan.

2	*aprile*	*1924.*	Monsig. Ernesto Fiallos, dell'archidiocesi di Tegucigalpa.
3	»	»	Monsig. Saverio Laudivar, della diocesi di Cuenca.
5	»	»	Monsig. Francesco A. Eempe, della archidiocesi di Chicago.
11	»	»	Monsig. Ernesto Jouin, della archidiocesi di Parigi.
12	»	»	Monsig. Giacomo Bagliardi, della diocesi di Alessandria.
14	»	»	Monsig. Achille Mastrangioli, della diocesi di Sulmona.

Prelati Domestici di ***S. S.:***[1]

7	*febbraio*	*1924.*	Monsig. Daniele Doody, della dioc. di Syracuse (S. U. A.).
9	»	»	Monsig. Francesco Dannhauer, della diocesi di Breslavia.
»	»	»	Monsig. Paolo Buchmann, della medesima diocesi.
22	*marzo*	»	Monsig. Francesco Boss, dell'archidiocesi di Westminster.
24	»	»	Monsig. Giuseppe Wolny, della archidiocesi di Vienna.
»	»	»	Monsig. Ladislao de Esterhazy, della medesima archidiocesi.
28	»	»	Monsig. Giuseppe Huber, della diocesi di San Gallo.
29	»	»	Monsig. Patrizio Walsh, della archidiocesi di Dublino.
2	*aprile*	»	Monsig. Giacomo Zelaya, dell'archidiocesi di Tegucigalpa.
4	»	»	Monsig. Patrizio Mac Girney, della diocesi di Hartford.
7	»	»	Monsig. Giovanni G. I. Me Cormick, dell'archidiocesi di Nuova York.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Francesco Delany, della medesima archid.
»	»	»	Monsig. Tommaso Agostino Thornton, della medesima archid.
»	»	»	Monsig. Giacomo Tommaso Me Entyre, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni B. Me Grath, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Tommaso M. I. O'Keeffe, della medesima archid.
»	»	»	Monsig. Giacomo B. Curry, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Vincenzo Árcese, della medesima archidiocesi.
«	»	»	Monsig. Giovanni Byan, dell'archidiocesi di Chicago.
»	»	»	Monsig. Tommaso Kearns, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giovanni Deitmer, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco Ostrowski, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Daniele Luttrell, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Michele Kruszas, della medesima archidiocesi.
9	»	»	Monsig. Pietro Fabian, della diocesi di Gherla.
11	»	»	Monsig. Antonio Fassino, della diocesi di Alba.
»	»	»	Monsig. Michele Iacchini (Boma).
12	»	»	Monsig. Giovanni Webster Melody, dell'arch. di Chicago.
»	»	»	Monsig. Antonio Gresinczky, della diocesi di Gran Varadino.
»	»	»	Monsig. Giulio Némethy, della medesima diocesi.

[1] ***J5ÍB.*** **- Questo titolo è da porre anche in principio della pag. 174 del precedente fascicolo.**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

20 novembre 1923. Al sig. Don Gioacchino Milans del Bosch, Capo della Casa Militare di S. M. il Re di Spagna.
31 'gennaio 1924. Al sig. Don Lorenzo Piñeiro y Fernandez de Villavicencio, Marchese di Bendaña.

La Placca dell'Ordine Piano:

20 novembre 1923. Al sig. Don Paolo de Churruca y Dotres, Marchese di Aycinena.
11 gennaio 1924. Al sig. Don Giusto Gomez Ocerin.
» » » Al sig. Don Raffaele Lopez Lago y Stolt.

La Commenda dell'Ordine Piano:

26 gennaio 1924. Al sig. Don Antonio de Motta y Ortiz.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

19 gennaio 1924. Al sig. Don Ignazio Muguiro y Muñoz de Baena.
» » » Al sig. Fernando de Villa Urutia y Camacho.
» » » Al conte Carlo Caro de Cuevas de Vera.
» » » Al sig. Antonio Villacieros y Benito.
» » » Al sig. Don José Riccardo Gómez Acebo y Vasquez.
» » » Al sig. Don Edoardo Propper y Callejón.
» » » Al sig. Don Pelagio Garcia Olay y Alvarez.
» » » Al sig. Don Giovanni Manuel Cano y Trueba.
» » » Al sig. Don Giuseppe Antonio Primo de Rivera.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

20 novembre 1923. Al sig. Don Luigi de Sylva y Carvajal, Duca di Miranda.
11 gennaio 1924. Al sig. Don Fernando Espinosa de los Monteros y Bermejillo.
» » » Al sig. Don Servando Crespo y Bocolo.
» » » Al sig. Don Gioacchino de Sentmenat y de Sarriera, Marchese di Ciutadilla, duca di Santangelo.
28 » . » Al sig. Don Riccardo Spottorno y Sandoval.
» » » Al Sig. D. Manuel de Figuerola Ferretti y Martí, Marchese di Rialp.

29 marzo 1924. Al Sig. Conte Dionisio Wenckheim, della diocesi di Gran Varadino.
4 aprile » Al Sig. Giacomo A. Flaherty, dell'archidiocesi di Filadelfia.
5 » » A S. E. Gioacchino Pietro Martins, Inviato Straordinario e Ministro plenipotenziario della Bepubblica Portoghese presso la S. Sede.
8 » » Al Sig. Edoardo Hearn (S. U. A.).

La Gran Croee dell'Ordine di San Gregorio Magno, elasse militare:

29 marzo 1924. Al Sig. Ermanno Francesco Gustavo de Greve-Dierfeld, della diocesi di Treviri.

La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile.

3 aprile 1924. Al Sig. Eaffaele Maria Arizaga, della diocesi di Cuenca.
4 » » Al Sig. Guglielmo J. Mac Ginley, dell'archid. di Nuova York.
11 » » Al Sig. Eduardo Carry, dell'archidiocesi di Chicago.

La placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 gennaio 1924. Al Sig. Don Carlo Sòusa y Alvarez, Marchese di Sotelo.
» » » Al Sig. Don Alfonso Caro y Del Arroyo.
» » » Al Sig. Don Fernando Perez Bueno.
» » » Al Sig. Don Raffaele Ureña y Sanz.
25 » » Al Sig. Don Fernando Alvarez de la Campa, Alcade di Barcellona.
» » » Al Sig. Don Giovanni Aviles y Arnau, Alcade di Valencia.

La placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

20 novembre 1923. Al Sig. Don Luigi Bodriguez, Aiutante di campo di S. M. il Be di Spagna.
» » » Al Sig. Don Giuseppe Ibañez Garcia.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

14 gennaio 1924. Al Sig. Don Francesco Bamirez Montesinos.
» » » Al Sig. Don Placido Alvarez Buylla.
» » » Al Sig. Luigi Olivares y Brughera.
» » » Al Sig. Don Filippo Garcia Onteviros y Laplana.
h » » Al Sig. Don Luigi Asúa y Campos.
» » » Al Sig. Don Luigi Quer y Boule.
29 marzo » Al Sig. Luigi Mele, dell'archidiocesi di Napoli.
4 aprile » Al Sig. Ing. Enrico Galeazzi (Boma).

4 aprile 1924. Al Sig. Marzio Marini, della diocesi di Sabina.
8 » » Al Sig. Martino Conboy, dell'archidiocesi di Nuova York.
P » » Al Sig. Giulio Lefèvre, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al Sig. Ludovico Emilio Maria Fouquet, dell'archidiocesi di Parigi.
» '» » Al Sig. Isnardo Balderi, della diocesi di Terni.
» » » Al Sig. Marchese Pietro Revedin, dell'archidiocesi di Ferrara.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

23 gennaio 1924. Al Sig. Don Raffaele Romero y Ferrer.
6 febbraio » Al Sig. Guglielmo T. Jonbson, della diocesi di Kansas City.
» » » Al Sig. Giacomo F. Houlehan, della medesima diocesi.
» » » Al Sig. Tommaso Purcell, della medesima diocesi.
28 marzo » Al Sig. Paolo Risbourg, della diocesi di Cambrai.
29 » » Al Sig. Giuseppe Giacomo Wintermans, della diocesi di Bois-le-Duc.
31 » » Al Sig. Géry Dambricourt, della diocesi di Arras.
» » » Al Sig. Edoardo Verdin, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al Sig. Eugenio Minard, della medesima archidiocesi.
» » » Al Sig. Filippo Boscaini (Roma).
4 aprile » Al Sig. Matteo Schlager, della diocesi di Linz.
5 » » Al Sig. Ing. Arch. Domenico Mirri, della diocesi di Cortona.
8 » • » Al Sig, Giuseppe Me Aìeenan, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Al Sig. Giuseppe Schaefer, della medesima archidiocesi.
» » » Al Sig. Alfredo G. Talley, della medesima archidiocesi.
» » » Al Sig. Francesco P. Cunnion, della medesima archidiocesi.
9 » » Al Sig. Carlo Laurissen, della diocesi di Breda.
» » » Al Sig. Paolo Chambaud, dell'archidiocesi di Lione.
11 » » Al Sig. Antonio Czarnecki, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Al Sig. Giuseppe Me Carthy, della medesima archidiocesi.
» » » Al Sig. Roberto Sweitzer, della medesima archidiocesi.
» » » Al Sig. Francesco Lewis, della medesima archidiocesi.
12 » » Al Sig. Alfonso G. Boudewyn Blaisse, della diocesi di Harlem.
17 » » Al Sig. Arnoldo T. E. C. Asselbergs, della diocesi di Breda.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

28 marzo 1924. Al Sig. Renato Maurizio Francesco Warlomont, dell'archidiocesi di Malines.

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

23 gennaio 1924. Al Sig. Giuseppe Mori.

II Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

26 gennaio 1924. Al Sig. Don Giuseppe Luis Del Valle.
Al Sig. Don Emmanuele Diéguez.
Al Sig. Don Luigi Fenoli Malvasia.
Al Sig. Don Francesco Moreno.
Al Sig. Don Jesus Fernandez.

MAGGIOBDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Bevma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

26 marzo 1924. Monsig. Eodoifo Zhanel, della diocesi di Königgratz.
» » » Monsig. Costante Chimenton, della diocesi di Treviso.
» » Monsig. Luigi Zangrando, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Bronislao Piaseeki, della diocesi di Kielce (Polonia).
» » Monsig. Francesco Pedzick, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mariano Rykowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Plenkiewich, della medesima diocesi.
31 » » Monsig. Francesco Peszeki, della diocesi di Gran Varadino.
» » » Monsig. Giulio Lipcsey, della medesima diocesi.
5 aprile » Monsig. Zenobio Pacliçanu, dell'archidiocesi di Blaj.
» » » Monsig. Giovanni Giacomo Eoschel, della diocesi di Treviso.
» » » Monsig. Giovanni Schlenz, della diocesi di Litomëricë.
9 » » Monsig. Pietro Gjura, dell'archidiocesi di Scutari.
» » » Monsig. Antonio Fernandez Duarte, dell'archid. di Lisbona.
» » » Monsig. Grimoaldo Cerro, della diocesi di Aquino, Sora, Pontecorvo.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

11 settembre 1923. Il sig. Michele de Karski, della diocesi di Sandomir-
30 gennaio 1924. Il sig. Marchese di Bay, Duca di Santa Lucia, Alvaro Perez de Barrada y Fernández de Córdoba, della diocesi di Madrid Alcalá.
7 aprile » Il sig. Giacomo J. Sullivan, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » Il sig. Tommaso K. Quirk, della medesima diocesi.
15 » » Il sig. Conte Francesco de Wolff-Metternich zur Gracht, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S S.:

3 aprile 1924. Monsig. Luigi Scozzafava dell'archidiocesi di Lima.
7 » » Monsig. Francesco M. Greco, della diocesi di S. Marco e Bisignano.
9 » » Monsig. Giovanni Leb, dell'archidiocesi di Vienna.
» » » Monsig. Francesco Gmeiner, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Enrico Schneider, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.

11 luglio 1923. Il sig. Adamo Konopka, dell'archidiocesi di Leopoli.
26 marzo 1924. Il sig. Giuseppe Bianchini, della diocesi di Todi.
2 aprile » Il sig. Martino Giovanni Mei vin, dell'archidiocesi di Birmingham.
» » » Il sig. Herbert Ward, della diocesi di Westminster.
» » » Il sig. Giacinto Leccisi, della diocesi di Lecce.
7 » » Il sig. Carlo Gindre du Chavanis, dell'archidiocesi di Lione.

NECROLOGIO

24 aprile 1924. Monsig. Giovanni Bora,chia, Vescovo di Massa Marittima.

Annus XVI - Vol. XVI 2 Iunii 1924 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

1NDICTI0 UNIVERSALIS IUBILAEI ANNI SANCTI MILLESIMI NONGENTESIMI VICESIMI QUINTI

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS PRAESENTES LITTERAS INSPECTURIS

SALUTEM ET APOSTOLICAM! BENEDICTIONEM

Infinita Dei misericordia sibi ad exemplum proposita, identidem Ecclesia id consilii persequitur, ut, singulari aliqua via et ratione, ad culpae expiationem vitaeque emendationem homines alliciat ac revocet, qui solent, vel ob voluntatem a fide catholica abalienatam, vel ob segnitatem atque inertiam, usitata salutis adiumenta neglegere, et poenas admissorum vindici Deo pendendas ne cogitant quidem, nedum accurate efficaciterque considerent. Extraordinarium sane eiusmodi ad renovandos animos praesidium vobis, dilecti filii, auspicato afieret *Iubilaeum Magnum,* ex more institutoque maiorum in Alma hac Urbe proximo anno celebrandum; quod nostis nuncupari itidem *Annum Sanctum* consuevisse, quia et sanctissimis initur ducitur absolviturque ritibus et ad sanctitatem morum promovendam tam aptum habetur quam quod maxime.

Iamvero si unquam alias oportuit, at potissimum hodie oportet, ut vos, illud Pauli iterando, moneamus: *Ecce nunc tempus*

acceptabile, ecce nunc dies salutis; quo quidem tempore nullum profecto opportunius commodiusque comparandis unicuique vestrum reconciliationis gratiaeque thesauris reperiatis. Nec dubitare licet quin divino Ecclesia instinctu piacularem hunc annum vertentibus annis, certo quodam intervallo, interiecerit; quippe quae, ut alios ritus - multo quidem ampliore significatione atque efficientia ••- ab Antiquo Foedere est mutuata salubriter, ita hunc quoque, ad Anni Sabbatici exemplum, in christianos mores induxerit. Maximis enim beneficiis, quae dominicum illud institutum Hebraeis, quinquagesimo quoque anno, afferebat, nonne gratiae praenuntiabantur et significabantur, quas fidelibus per Anni Sancti decursum impetrandas proponimus? Eatio quidem in utrisque haud absimilis, sed hae illis sic praestant, quemadmodum spirituales res terrenis rebus antecellunt. Quod scilicet Hebraei Anno Sabbatico, bonis recuperatis quae in aliorum ius cesserant, « ad possessionem suam » revertebantur; quod servi « ad familiam pristinam » sese liberi recipiebant et debitoribus aes alienum condonabatur, id omne apud nos felicius piaculari anno contingit atque efficitur. Quicumque enim paenitendo Apostolicae Sedis salutaria iussa, Iubilaeo magno vertente, perficiunt, iidem, tum eam, quam peccando amiserant, meritorum donorumque copiam ex integro réparant ac recipiunt, tum de asperrimo Satanae dominatu sic eximuntur ut libertatem repetant *qua Christus nos liberavit,* tum denique poenis omnibus, quas pro culpis vitiisque suis luere debuerant, ob cumulatissimaChristi Iesu, B. Mariae Virginis Sanctorumque merita, plene exsolvuntur.

Verum non huc tantummodo - nempe ad animos singulorum expiandos eorumque morbis medendum - Iubilaei Magni producta per annum celebratio pertinet. Hoc enim *tempore accepto,* praeter locorum visitationem sanctissimorum et .multiplicatas privatim publiceque pietatis exercitationes, uberrimarum e caelo gratiarum adiumenta plurimum habebunt momenti in excitandos universe ad altiorem sanctitatis gradum animos atque in societatem hominum reparandam. Etenim, ut exlex sin-

gulorum licentia in commune vergit detrimentum, ita, singulis ad bonam frugem conversis ad sanctiusque vitae institutum properantibus, consociationem ipsam humanam necesse est emendari arctiusque cum Christo Iesu cohaerere. Quam quidem emendationem utinam eventum hoc, pro praesenti rerum condicione, accelerando afferat. Nam, etiamsi rei catholicae haud exigua accesserint recentiore aetate incrementa, et multitudines - diu multumque expertae, spes melioris status quam sit inanis quamque inquietus exsistat, remoto Deo, animus - religionem ardentius veluti sitire videantur, oportet tamen, et populares et ipsas nationum effrenatas inhumanasque cupiditates, ad evangelicae legis praescripta, cohiberi et homines divina inter se caritate copulari. Est sane intellectu difficile, nisi eiusmodi caritatem - nimium diu, postremi belli causa, consopitam, immo etiam omnino depositam - et cives denuo induant et gubernatorum consilia redoleant, quo pacto fraterna populorum necessitudo et mansura pax redintegretur. Ad hanc profecto singulorum civitatumque pacificationem quantopere annus sacer valeat quantasque habeat opportunitates, vix attingere ac declarare attinet. Quid enim coniungendis inter se hominibus populisque conducibilius, quam ut ingens peregrinorum numerus Eomam, in hanc alteram catholicarum gentium patriam, undique confluant, communem Patrem simul conveniant, communem fidem coniunctim profiteantur, ad sanctissimam Eucharistiam, unitatis effectricem, una promiscueque accedant, eumque imbibant augeantque caritatis spiritum, quem praecipuam esse christianorum notam vel sacra Urbis monumenta in memoriam redigant omnium mirificeque suadeant ? Qua quidem caritatis perfectione cupimus Nobiscum illae coniungantur Ecclesiae, quas saeculare funestissimumque discidium a Eomana Ecclesia distinet: nihil enim Nobis tam gratum tamque suave accidere posset, quam, si non eas quidem universas, at saltem multos ex earum gremio, ad unum Christi ovile redeuntes, peramanter, hac Iubilaei maximi occasione, amplexari filiorumque in numerum carissimorum adscribere. Praeclari optatissimique eiusmodi fructus fore ut ex

Anni Sancti celebratione baud postremo loco hauriantur, aliqua profecto spe nitimur. Ad alendam quidem exeitandamque popularium pietatem maioremque percipiendam utilitatum copiam summopere utique prodesset, si res ita per Iubilaei cursum peragi ordinatique liceret quemadmodum ante actis aetatibus licuit; at quicquid efficacitatis ex rerum temporumque condicione aut statis ministeriis aut consiliis ad apparanda regundaye futura sollemnia initis deesse quoquo modo possit, id benignissimus Deus, rogamus, divitiis copiose suppleat misericordiae suae.

Itaque, cum tanta catholicae rei redemptisque pretioso Iesu Christi Sanguine animis lucra atque emolumenta obventura et pröspiciamus et fidenter Nobis spondeamus ac polliceantur, auctorem largitoremque bonorum omnium Deum implorantes, ut coepto huic Nostro favere hominumque voluntates ad paenitendum et singulari hac gratia fruendum allicere velit ac permovere, Romanorum Pontificum decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximumque Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto inchoandum et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto finiendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, ad ipsius Dei gloriam, ad animarum salutem et catholicae Ecclesiae incrementum, indicimus per has Litteras ac promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Hoc igitur Anni Sancti decursu, omnibus utriusque sexus christifidelibus, qui, rite expiati et sacra Synaxi refecti, beatorum et Petri et Pauli et Sancti Ioannis ad Lateranum et Sanctae Mariae Maioris de Urbe Basilicas semel saltem in die, per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, idest a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae, si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies*, pie inviserint et ad mentem Nostram oraverint, plenissimam

peccatorum suorum indulgentiam, remissionem ac veniam misericorditer in Domino concedimus atque impertimus. Quaenam autem, dilecti filii, sit in universum mens Eomani Pontificis, profecto non ignoratis: at peculiare aliquid hac Iubilaei maximi occasione intendimus, quod vos ipsi Nobiscum impetretis. Pacem dicimus, non tam tabulis inscriptam, quam in animis consignatam, inter populos restituendam, quae, etsi non tam hodie fortasse abest, quam antehac afuit, adhuc tamen remotior, quam pro Nostra et communi exspectatione, videtur. Praecipuum igitur eiusmodi bonum si quidem vos, Urbis incolae advenaeque, soletis a culpa incensisque caritate animis, ad Apostolorum limina imploraveritis, nonne bene sperandum, fore ut Princeps pacis Christus, qui maris Galilaeae Auctus nutu olim sedavit, tandem aliquando suorum misertus, tempestates, quibus tamdiu Europa iactatur, considere sedarique item iubeat[1]? Mens praeterea est Nostra, ut quicumque aut Urbem incolunt aut huc sunt Iubilaei causa peregrinatili!, duplex aliud Dei miserationi negotium instando commendent, quod maximis Nos curis sollicitudinibusque excruciat et religionis interest vehementer: scilicet ut acatholici omnes ad veram Christi Ecclesiam confugiant, et res Palestinenses sic demum ordinentur et componantur, quemadmodum catholici nominis iura sanctissima postulant. — Quae autem supra servanda ediximus ut pienissima Iubilaei venia lucri fiat, pro iis qui aut morbo aliaque legitima causa in Urbe vel ipso in itinere prohibiti aut morte interim praerepti, praefinitum dierum visitationumque numerum nondum compleverint neve inchoaverint quidem, ita temperamus, ut iidem, a culpis rite absoluti ac sacra Communione refecti, indulgentiae remissionisque iubilaris participes perinde sint, ac si quattuor, quas memoravimus, Basilicas reapse invisissent.

Iam nihil est reliquum, dilecti filii, nisi ut vos amantissime Eomam devocemus invitemusque omnes, ut his tantis divinae dementiae thesauris fruamini, quos Sancta Mater Ecclesia vobis lucrandos proponit. In quo ignavos desidesque vos esse dedeceat, quando, per haec potissimum tempora, tam vehementi aviditate,

ne salva quidem fide officiique conscientia, ad quaestum terrenarum opum concurritur. Recolitote praeterea, quam magnus, superioribus aetatibus, peregrinorum ex omni ordine numerus in Almam hanc Urbem per Annum Sanctum, diuturnis, laboriosis infestisque plerumque itineribus, convenerint: quos nimirum ab aeternae beatitudinis studio nulla absterruerunt incommoda. Si quid autem molestiae aut iter eiusmodi aut in Urbe mansio pepererit, non modo castigatio haec, paenitentiae spiritu tolerata, ad veniam uberius promerendam adiumento erit, sed multis quoque, iisdemque omne genus, solaciis compensabitur. Urbem enim petituri estis, quam Servator hominum Iesus Christus detegit, ut suae esset religionis centrum et perpetua Vicarii sui sedes : Urbem, inquimus, unde ad vos et doctrinae sanctae et caelestis veniae securi purissimique latices effluunt. Communis heic omnium vestrum Pater, quem vos diligentem diligitis, bene vobis precabitur: heic ad vetustissima hypogea, ad sepulcra Principum Apostolorum, ad conditas gloriosissimorum Martyrum reliquias facilis pietati vestrae aditus: templa, praeterea, patebunt, tot saeculorum decursu in Dei sanctorumque caelitum honorem erecta, eâ sane magnificentia eoque artificio, ut in totius orbis admiratione nullo non tempore fuerint atque in posterum futura sint. Quae quidem christianae religionis monumenta si pie, si orando, ut decet, inviseritis, mirum fide quam experrecta quamque inclinata in melius voluntate in regiones quisque vestras redituri estis. Neque enim versari vos Romae oportet, ut cotidiani viatores hospitesque consuevere; immo etiam, profana quaelibet devitantes, paenitentiae spiritu imbuti, a quo tantum horum naturalismus temporum abhorret, et modestiam in vultu, in incessu, in vestibus potissimum praeferentes, id unice quâeritote quemadmodum animarum vestrarum negotia gerendo provehatis. In quo pro certo habemus Episcoporum vestrorum curam diligentiamque haud vobis defuturam esse peregrinantibus: aut enim praeibunt praeeruntque ipsimet agminibus vestris, aut sacerdotes honestissimosque laicos viros praeficient, quibus ducibus res et quam optime ordinetur et quam religiosissime perficiatur.

Ut autem Litterae hae Nostrae ad fidelium omnium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat hanc paginam Nostrae indictionis, promulgationis, concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die undetricesimo mensis maii anno Incarnationis dominicae millesimo nongentesimo vicesimo quarto, Pontificatus Nostri tertio.

O. **CARD**. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

P. **CARD**. GASPAEEI,
a Secretis Status.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Eaphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco *Cfr* Plumbi.

VISA

M. Biggi, *C. A. Not.*

Reg. in Cane. Ap. vol. XXIX, n. 45.

Anno a Nativitate Domini millesimo nongentesimo vicesimo quarto, die vicesimo nono mensis maii, festo Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Pii divina Providentia Papae XI anno tertio, praesentes Litteras apostolicas in atrio sacrosanctae Basilicae Vaticanae de Urbe, adstante populo, legi et sollemniter publicavi.

Ego **IOSEPH WILPERT,**
Decanus Protonot. Apóstol, de numero Participantium.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PESQUEIREN. ET PETROLINEN.

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dominici gregis cura, quam Pastor aeternus humilitate Nostrae committere dignatus est, officium Nobis imponit dihgentissime vigilandi, ut orbis catholici circumscriptiones temporum locorumque condicionibus apte respondeant. Quapropter veterum dioecesium limites coarctandi sunt, novaeque dioeceses constituendae iis in regionibus in quibus, ob nimiam amplitudinem, unus tantum Episcopus pastorale munus utiliter pro animarum salute exercere nequeat.

Cum itaque venerabilis frater Episcopus Pesqueirensis, considerans dioecesim sibi concreditam latius patere, quam unius hominis vires ad eam regendam sufficerent, cupiensque necessitatibus spiritualibus suae Ecclesiae melius consulere, a Nobis suppliciter exorasset ut eam in duas partes divideremus, novamque cathedralem Ecclesiam in iisdem finibus erigeremus; quumque petitioni huic accessisset Apostolicus Nuntius in Brasiliana Republica; Nos, rebus mature perpensis, audito insuper voto venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, oblatis precibus annuendum censuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, facultate quoque utentes in Apostolicis sub plumbo litteris *Ad universas Orbis Ecclesias,* die vigesima septima mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi a fel. rec. Leone Papa decimo tertio, praedecessore Nostro, Romae datis, Sanctae Sedi reservata, Apostolicae potestatis plenitudine, a dioecesi Pesqueirensi has quae sequuntur paroecias distrahimus, nimirum: *Petrolina, Ouricury, Leopoldina, Sâo Gonzalo, Bòa Vista, Cabrobo, Nova Exu, Granito, Senihna, Salgueiro;* in quarum paroeciarum finibus novam dioecesim, *Petrolinam* nuncupandam, erigimus. Eius igitur fines iidem erunt ac fines paroeciarum, quibus ipsa constituta est. Dioeceseos autem sedem et cathedram constituimus in urbe vulgo *Petrolina,* a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, et ecclesiam paroecialem ibidem exstantem, Beatae Virgini Mariae in Caelum

Assumptae dicatam, ad cathedralis gradum et dignitatem pariter evehimus et extollimus, servata ipsi ecclesiae eadem, quam hucusque obtinet, parochialitate. Cathedrali vero Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina iure communi, vel legitima consuetudine,- pollent ac fruuntur. Ipsam cathedralem Ecclesiam suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Olindensis-Eecifensis, eiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi Olindensis-Eecifensis subiicimus; reservata tamen Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi Petrolinae dioeceseos dismembrationem, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in hac dioecesi Canonicorum Capitulum modo instituatur, iubemus ut, loco Canonicorum, dioecesani Consultores eligantur, ad normam can. 423 et seqq. Codicis iuris canonici.

Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta Codicis dispositiones et regulas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, erigatur, atque ut dioeceseos sumptibus duo delecti iuvenes, aut saltem modo unus, in Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur, ut, sub fere oculos Eomani Pontificis, sacrae theologiae aliisque ecclesiasticis disciplinis intendant.

Quod autem attinet ad huius novae Ecclesiae administrationem et regimen; ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem; ad clericorum, et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod vero ad clerum praecipue spectat, statuimus ut statim ac dioeceseos erectio facta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio legitime exstant.

Pesqueirensis Ordinarii erit omnia documenta et acta, quae modo erectam Ecclesiam respiciunt, quamprimum fieri poterit, ipsius Ecclesiae Cancellariae tradere, ut in eius archivo adserventur.

Episcopalem autem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum nova dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae iam ad hoc sunt collecta.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet cuius interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio

substantiali, etiam inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis Nostrae plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore, volumus et decernimus.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem, in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, ei propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere eidem imposito ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar mittendi exsecutionis peractae.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen ahcuius Notam publici subscriptis ac sigillo ahcuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem adhibeatur fides, quae hisce litteris adhiberetur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem quae hisce litteris Nostris dismembrationis, erectionis, evectionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae statuta sunt, impugnare, vel eisdem contraire liceat; si quis tamen hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo tertio, die trigesima mensis novembris, Pontificatus Nostri secundo.

O. **CARD**. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

© C. **CARD**. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco h& plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXIX, n. 30.

LITTEEAE APOSTOLICAE

I

INDULTUM ORATORII PRIVATI CONCEDITUR SACERDOTIBUS IN CONSILIA PONTIFICII OPERIS A PROPAGATIONE FIDEI ADSCITIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Moderatores Consilii Superioris generalis Pontificii Operis a Propagatione Eidei Nos enixis precibus flagitaverint, ut sacerdotibus in ipsum Consilium adlectis privati Oratorii indultum, de Apostolica benignitate, largiri dignemur, Nos ut presbyteri in tam frugiferum opus adlaborantes, peculiare nanciscantur pontificiae voluntatis pignus, optatis bis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, concedimus ut sacerdotes nunc et in posterum Praesides, adlecti in Consilia Nationalia enunciati Operis a Propagatione Fidei, Moderatores dioecesani, vel adlecti in Consilium sive Comitatum dioecesanum ubique terrarum, si forte detineantur infirmitate, quae ultra dimidium mensis perduret, de consensu Ordinarii, intra domesticos parietes, servatis religiose sacrorum canonum praescriptis, Missam celebrare, sive per quemvis sacerdotem rite probatum saecularem, seu, de Superiorum suorum licentia, regularem, absque ullo parochialium iurium praeiudicio, in sua praesentia iubere licite possint; quae tamen Missa diebus festis, praeter sacerdotem aegrotum si a Sacro faciendo abstinuerit, Missaeque inservientem, uni dumtaxat personae quae aegrotanti assideat, in ecclesiastici praecepti implementum valeat. Sacerdotibus vero nunc et in posterum ubique terrarum adlectis sive adiegendis in Consilium generale Operis enunciati, personale Oratorii privati indultum singulis anni diebus, licet sollemnioribus et sollemnissimis, Paschate Eesurrectionis Domini non excluso, de respectivi Ordinarii licentia et arbitrio, concedimus; facta insuper facultate Missam celebrandi in navi, quando maritimum iter capessant. Verum praecipimus ut quod attinet ad decentiam et honestatem loci celebrationis Missae, iugiter serventur sacrorum canonum praecepta, et - pro Missa in mari - dummodo locus ad id delectus nihil indecens sive indecorum prae se ferat, mare autem sit tranquillum et quodcumque absit periculum sacrarum Specierum effusionis e calice, et alter sacerdos, si adsit, superpelliceo indutus, eidem celebranti adsistat. Haec largimur, decernentes

praesentes Nostras Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et sacerdotibus in dictum Opus Propagationis Fidei nunc et in posterum adlectis perpetuo suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque contrariis. Praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die **XX** mensis februarii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

INDULGENTIAE, PRIVILEGIA ET FACULTATES SPIRITUALES TRIBUUNTUR FIDELIBUS ET SACERDOTIBUS IN PIUM OPUS A PROPAGATIONE FIDEI ADLECTIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pontificium opus a Propagatione Fidei gratum maxime acceptumque est cordi Nostro; ideoque fidelibus in idem pium Opus adlectis, caelestes Ecclesiae thesauros, quorum dispensatores Nos voluit Altissimus, ultro libenterque reseramus. Audito igitur dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia ac Bb. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus, nunc et in posterum, ubique terrarum, frugiferum hoc in Opus Propagationis Fidei rite adlectis, die primo eorum aggregationis et, quotannis, Natalis, Circumcisionis, Sanctissimi Nominis Iesu, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, Corporis Domini et Sanctissimi Cordis Iesu festivitatibus; item Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Praesentationis, Annuntiationis, Visitationis, Purificationis et Assumptionis Virginis Deiparae; Inventionis et Exaltationis Sanctae Crucis; et festis Sancti Michaelis Archangeli (nempe die vicesimo nono mensis septembris),

et Sanctorum Angelorum Custodum (idest die secunda mensis octobris): festo Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae ac festo Sancti Ioseph Deiparae .Virginis Sponsi, atque eius sollemnitate (scilicet feria quarta subsequenti immediate alteram post Pascha Dominicam); festis natalitiis Sanctorum XII Apostolorum atque Evangelistarum; festis Sancti Francisci Xaverii et Sancti Fidelis a Sigmaringa: celebritate Sanctorum Omnium: denique die xxn mensis iunii (anniversaria nempe die fundationis Congregationis a Propaganda Fide), vel uno e septem diebus continuis immediate respective sequentibus, ad cuiusque lubitum eligendo, quamvis ecclesiam vel oratorium publicum, admissorum sacramentali confessione rite expiati et caelestibus refecti epulis, visitent, ibique pro sanctae Fidei propagatione et ad mentem Summi Pontificis preces rite effundant, quo die iniuncta pietatis opera impleant, *plenariam:* - similiter inscriptis omnibus, ter quovis mense, totidem diebus cuiusque arbitrio eligendis; et die commemorationis generalis Sociorum omnium defunctorum; ac die commemorationis peculiaris Sociorum defunctorum, iam ad Consilium dioecesanum, vel chiliarchiam, centuriam, decuriam aut manipulum pertinentium, cuius quisque inscriptus est particeps, si vere poenitentes et confessi ac sacra Communione refecti, quamvis ecclesiam aut sacellum, uti superius dictum est, orantes celebrent, a medietate praecedentis ad mediam usque noctem respectivi diei, quo die iniuncta adimpleant pietatis opera, etiam *plenariam* peccatorum omnium indulgentiam ac remissionem misericorditer in Domino concedimus. - Ad haec opportunis spiritualibus subsidiis adiuvare cupientes eosdem inscriptos omnes, in momento diversantes illo, a quo pendet aeternitas, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si, ut supra, poenitentes, confessi et Angelorum Pane refecti, vel, quatenus id agere nequiverint, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium patienti animo suscipiant, similiter *plenariam* indulgentiam admissorum omnium largimur. - Praeterea fidelibus nunc et in posterum, ubique terrarum, dicti Pii Operis sociis, quoties supplicationibus novemdialibus, triduanis vel octiduis celebrandis occasione festorum Inventionis Crucis et Sancti Francisci Xaverii, contrito saltem corde, intersint vel, legitime impediti, privatim ipsis precibus vacent, toties *quingentas* dies: quoties autem, contrito corde, cuivis adsint religiosae functioni iuxta Pii Operis tabulas habendae, toties de poenalium dierum numero, in forma Ecclesiae consueta, *trecentos* expungimus: postremo dies *ducentos,* qua vice contrito corde, ut supra, recitent Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam, addita invocatione: « Sancte Francisée Xaveri, ora pro nobis », vel, ad finem Associationis, pietatis quodvis sive caritatis opus exerceant. -

Porro Operam ipsam generalibus quibusdam privilegiis augere volentes, concedimus ut qua die generalis vel peculiaris commemoratio fit Sodalium defunctorum, altaria omnia ecclesiae vel oratorii publici, sive semipublici, in quo eadem commemoratio locum habet, Apostolico gaudeant privilegio pro Missis in eorundem Sodalium animarum suffragium per quemvis sacerdotem saecularem sive, de Superiorum suorum consensu, regularem, rite litandis; nec non ut Missae omnes, sive ab aggregatis ad quodvis altare pro Sociorum defunctorum animabus expiandis iubendae, sive a sacerdotibus Piae Operae inscriptis, pariter in suffragium defunctorum Sociorum, item ad quodvis cuiusque ecclesiae altare litandae, illi animae pro qua celebratae fuerint perinde suffragentur, ac si fuissent ad privilegiatum altare peractae. — Placet insuper Nobis ut in Operam eandem adlecti sacerdotes zelatores peculiaribus polleant privilegiis, ideoque ipsis sacerdotibus zelatoribus concedimus personale altaris privilegiati indultum, quater in hebdomada. - Facultatem benedicendi quovis tempore privatim, de consensu Ordinarii saltem rationabiliter praesumpto, extra Urbem, unico crucis signo, Cruces, Crucifixos, rosaría, coronas precatorias, sacra nomismata et parvas ex metallo religiosas statuas, eisque applicandi Apostolicas indulgentias. Quod si adventus, quadragesimae, spiritualium exercitationum et sacrarum missionum tempore, sacras ipsi habeant conciones, hac benedicendi facultate publice utantur. - Facultatem ubique benedicendi unico Crucis signo rosaría cum applicatione indulgentiarum a Patribus Crucigeris nuncupatarum et coronas (sive speciales, sive rosarii) cum applicatione indulgentiarum a Sancta Birgitta. - Facultatem benedicendi, in locis ubi non reperiantur religiosae domus Fratrum Minorum, Crucifixos unico signo crucis, eisque applicandi indulgentias Yiae Crucis sive Calvariae, lucrandas, ad normam privilegii quo gaudent Minores Fratres, ab illis qui legitime impediantur quominus sanctas Stationes celebrent. - Facultatem ubique benedicendi nomisma Immaculatae Conceptionis (proprium Congregationis Missionis) cum applicatione adnexarum indulgentiarum. - Facultatem benedicendi cum adnexis indulgentiis nomisma Sancti Benedicti, in locis ubi minime exstent coenobia sive domus Ordinis dicti Sancti, quae huiusmodi privilegio fruantur. - Facultatem benedicendi atque imponendi, etiam unica formula, scapulare Sanctissimae Trinitatis, B. M. V. a Carmelo et Virginis Perdolentis, atque inscribendi, debitis conditionibus servatis, respectivis Confraternitatibus; Passionis D. N. I. C. (adhibito colore rubro proprio Congregationis Missionis) et Immaculatae Virginis (adhibito caeruleo proprio Patrum Theatinorum), dummodo in loco, quo talis facultas exercetur, non adsint respective domus religiosae Trinitariorum, Carmehtarum, Servita-

rum et Theatinorum. - Facultatem etiam legitime inscribendi Confraternitati Cordigerorum, in locis ubi non exsistant domus religiosae Minorum Conventualium, benedicendo et imponendo funiculum serapbicum. - Facultatem inscribendi fideles Tertio Ordini saeculari Sancti Francisci, in locis ubi non sint dicti Ordinis canonice erectae Congregationes, benedicendo scapulari et cingulo. - Facultatem inscribendi fideles Confraternitati a Militia Angelica, ubi non exsistant domus religiosae Ordinis Praedicatorum, benedicendo et imponendo cingulum et nomisma Divi Thomae Aquinatis. — Facultatem denique sacerdotibus zelatoribus, qui, de licentia Ordinarii, in forma exercitiorum sacrarum concionum seriem impleverint, impertiendi, novissima ipsorum concionum die, Apostolicam christiano populo benedictionem, cum adnexa *plenaria* indulgentia, ab iis lucranda, qui saltem quinque adfuerint concionibus, et confessi ac sacra Synaxi refecti, ad mentem Eomani Pontificis oraverint. — Peculiaria etiam privilegia largimur sacerdotibus Praesidibus et adlectis in Consilia Nationalia, Moderatoribus dioecesanis et sacerdotibus, qui sint participes Consilii vel Comitatus cuiusque ad provehenda Pii Operis negotia constituti; iis enim praeter omnes supra recensitas facultates quinquies in hebdomada personale privilegiati altaris indultum tribuimus; nec non facultatem benedicendi, in locis ubi nonexstent Ordinis Praedicatorum religiosae domus, brevi formula a Sacrorum Eituum Congregatione adprobata die xxm mensis novembris anni **MDCCCCXVIII**, coronas Sanctissimi Eosarii cum applicatione indulgentiarum Patrum Ordinis Sancti Dominici. — Volumus etiam ut Operae inscripti sacerdotes, qui a Consilio Superiore generali renunciati fuerint sacerdotes zelatores Benemeriti, omnibus indulgentiis et privilegiis supra recensitis gaudeant. Sacerdotes denique in Consilium Superius generale adlectos singulari Nostrae voluntatis pignore complectentes, iisdem praeter omnia, quae supra numeravimus, privilegia, facultatem facimus benedicendi ubique, de consensu Ordinarii saltem rationabiliter praesumpto, unico crucis signo, privatim, quovis tempore; publice autem, si conciones habeant, tempore adventus, quadragesimae, spiritualium exercitationum et missionum sacrarum, rosaría, coronas, Cruces, Crucifixos, nomismata et parvas ex metallo statuas religiosas, cum Apostolicarum indulgentiarum applicatione. — Specialibus quoque indulgentiis cohonestare cupientes nonnullos ordines fidelium laicorum in eadem Opera inscriptorum, decernimus, ut sodales laici a Consilio Superiore generali renunciati Benemeriti, fideles laici in Consilia adlecti Superius generale, nationalia ac dioecesana, nec non laici praepositi Comitatibus sive Commissionibus paroecialibus, praeter indulgentias et privilegia omnibus inscriptis laicis concessa, solitis sub conditionibus, non

ter, sicuti reliqui, sed quinquies in mense indulgentiam *plenariam* lucrari possint, totidem diebus eorum arbitrio eligendis; pariterque pro quolibet opere pietatis, sive caritatis, quod pro suo munere exercuerunt, contrito saltem corde, loco ducentorum dierum, *quingentas* ipsis in forma Ecclesiae solita de poenalium numero dies expungimus. — Postremo edicimus ut socii in Operam Propagationis Fidei rite nunc et in posterum inscripti, hisce indulgentiis ac privilegiis fruantur a die aggregationis, usque dum in ipsa perseverent Pia Opera et praescriptas conditiones impleant: ut sacerdotes Zelatores, Moderatores dioecesani et adlecti in varia Consilia, nempe Superius generale, nationalia ac dioecesana, specialibus supra recensitis privilegiis tantum durante munere gaudeant; ut sacerdotes zelatores Benemeriti, favoribus sibi tributis utantur ad vitam: ut religiosarum Famiharum alumni enumerari possint in Operam Pontificiam a Propagatione Fidei, non modo uti sodales, sed etiam uti Moderatores dioecesani, Praesides, Consiliarii ac Zelatores, salvis praescriptionibus can. 693, par. IV, Codicis iuris canonici. — Haec largimur, statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque. Praesentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die **XXV** mensis martii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CAED. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. DESIDERATUM TIT. S. PETRI IN VINCULIS S. R. E. PRESB. CARDINALEM MERCIER, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSEM, QUINQUAGESIMUM AB INITO SACERDOTIO ANNUM EXPLENTEM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Tam praeclara sunt tua in Dei Ecclesiam promerita, ut iure sane optimo apud omnes eximia opinione floreas et gratia. Siquidem in omni vitae tuae cursu duo illa maxime elucent, acerrima sanae doctrinae investigatio ac tuitio et pastorale studium, cum et christianae sapientiae incrementa et amplissimae istius dioecesis utilitates modis omnibus fovere contendens. Etenim, cum fel. rec. decessor Noster Leo XIII sibi placere dixisset ut singularis Schola, ad Aquinatis philosophiam tradendam, in Lycaeo magno Lovaniensi institueretur, te ipsum quidem, hac scientia praestantem, Episcopatus iste delegit qui hoc docendi munere ibidem fungereris. Ac neminem latet quam felici exitu ipse communi exspectationi satisfeceris; egregie enim, tum verbis, tum scriptis doctissimis, ostendisti quantum valeret *philosophia perennis,* non modo ad coniungendum cum veterum sapientia quidquid est laudabiliter clarorum hominum industria ingenioque nuper invectum, sed etiam ad errores omne genus refellendos qui tam acriter in praesens rectae rationi doctrinaeque Ecclesiae adversantur. Quas inter scriptiones, nominatim *Ontologiam* hic Nobis memorare placet, quandoquidem ea ibi metaphysicae S. Thomae principia illustrando tueris, *a quibus recedere, etiam in re minima, non sine magno detrimento esse* opportune monuit decessor Noster fel. rec. Pius X. Itaque factum est ut, tua quoque opera, Institutum illud Lovaniense, seorsum ab ipsa studiorum Universitate, excitantur, in quo, cum altius fusiusque omnes philosophiae Thomisticae partes pertractari coeptae sint, tum frequens iuventus ex largioribus et incorruptis fontibus huius disciplinae cognitionem cupide haurire consuevit. Non miramur, igitur, si te deinde Apostolica haec Sedes ad Mechliniensem istam Ecclesiam, Belgici Begni principem, auspicato evexit, illud secuta: *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.* Longum est hic ea omnia referre quae in episcopatu gerendo tuae laudi ducuntur: id tantum attingere libet, quod, cum probe novisses tales esse populos quales pastores, impensissimam sane dedisti operam ut cle-

rum tuum altissimo munere dignum effîceres, idque, quantum licuit, per te ipsum, praesertim divini verbi praedicatione sacerdotes in sacris exercitationibus excolendo. Nec minus pietatem in populo excitare nisus es, non solum cultu augendo Ssmo Cordis Iesu ac Beatae Mariae Virginis novo titulo *omnium gratiarum Mediatricis,* sed etiam tot pastoralibus ad gregem datis epistolis, in quibus praecipuas quaestiones quae hoc tempore ad communem salutem pertinent tractare doctissimi soles. Quid vero de christiana tua fortitudine dicemus, qua sacra munia exsequi solitus es? Etenim, immani bello saeviente, *vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia* roborasti : ac *forma factus gregis ex animo,* omnes vehementer hortatus es ut per dolores luctusque ad meliorem virtutis frugem - velut *per crucem ad lucem,* ut ipse ais - alacriores ascenderent. Ex his omnibus, quae merito usque adhuc de te praedicavimus, facile intelhges, dilecte fili Noster, quam iucundus Nobis nuntius acciderit, annum a te propediem actum[1] iri quinquagesimum ex quo primum Deo litavistf. Ultro igitur Nosmetipsi, quasi praeeundo, eas participamus laetitiae significationes quibus te, non modo Belgarum gens nobilissima, sed etiam alii plurimi e ceteris nationibus virtutis tuae aestimatores certe prosequentes. Pruare, dilecte fili Noster, hac eventi faustitate, spem quidem praecipiens caelestis remunerationis ; nam *qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.* Nos vero, vota Deo fundentes ut te fidelis populi amori atque utilitati, non minus quam Ecclesiae sanctae decori, diutissime servet, libenter tibi facultatem facimus semel, quo die per sollemnia istic habenda malueris, benedicendi adstantibus Nostro nomine, plenaria eisdem admissorum venia proposita, statis videlicet condicionibus lucranda. Interea, divinorum munerum auspicem paternaeque Nostrae caritatis testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, et universo clero populoque tuo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvi mensis martii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. CAIETANUM EPISCOPUM SABINENSEM, S. R. E. CARD. DE LAI, SACRI CONLEGLT SUBDECANUM, QUEM LEGATUM MITTIT ARB ORE AM UT PRAESIT CONCILIO PLENARIO SARDINIAE.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quantopere intersit, identidem, interiecto videlicet opportuno temporis intervallo, e pluribus ecclesiasticis provinciis convenire in unum Episcopos ut religiosae rei rationibus consulant, nemo est qui non videat. Consociantibus enim tot sacrorum Antistitibus atque in commune conferentibus illos, quos ex experientia usuque rerum sibi quisque pepererint, prudentiae fructus, eventurum ferme est, ut apud fideles eorum gubernationi concreditos, cum hi originis ac stirpis plerumque communione et ingenii morumque similitudine inter se copulentur, facilius ecclesiasticae disciplinae unitas aut stabiliatur aut, si forte exoleverit, redintegretur. Eogati igitur a venerabilibus fratribus Sardiniae Archiepiscopis et Episcopis, placeretne Concilium e tota insula Plenarium agi, placere utique significavimus et, pro rei momento benevolentiaque in eos ipsos Nostra, aliquem unum de Purpuratis Patribus adlegere maluimus, qui, ad Codicis praescripta, Concilium Nostro nomine convocaret eique auctoritate item Nostra praeesset. Grave profecto munus, idemque perhonorificum, tibi, venerabilis frater Noster, committimus, qui mandatu proximi decessoris fel. rec. Benedicti XV, omnino simile sapienter, quarto ante anno, apud Siculos gessisti. Quicquid vero operae laborisque in rem contuleris, compensaturi sine ulla dubitatione sunt Sardiniae cum Praesules, tum clerus ac populus, amplissimis te, Legatum Nostrum, excipiendo et prosequendo reverentiae observantiaeque testimoniis,- neque enim dilecti e Sardinia filii officia desiderari sua patientur, quibus tantus sit fidei ardor cum Apostolicae Sedis studio coniunctus. Arboreae, ut nosti, in urbe vetusta et ob inlustres bene multos, qui ibi sederunt, Antistites memorabili, Concilium a die duodevicesimi ad quintum ac vicesimum proximi mensis habebitur; fore autem ut, ductu tuo, talia communiter deliberando ineantur consilia et conficiantur decreta, unde insulanorum acuatur pietas et mores ad christianam sanctitatem cotidie magis componantur, fidenter, deprecatrice Beata Maria Virgine de Bonaria totius insulae Patrona, Nobismet ipsis pollicemur. Curae, ceteroqui, tibi esto, ut, quemadmodum canone Codicis ducentésimo nonagésimo primo cautum est, Concilii Plenarii Acta et decreta omnia ad Apostolicam hanc Sedem expendenda recognoscendaque per-

ferantur/Caelestium interea luminum gratiarumque conciliatrix paternaeque benevolentiae testis sit apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis frater Noster, ceterisque Concilii Patribus peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die n mensis aprilis anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. ANDREAM TIT. SS. COSMAE ET DAMIANI S. R. E. PRESB. . CARD. FRUEHWIRTH, QUEM LINCIAM LEGATUM SUUM MITTIT OCCASIONE DEDICATIONIS NOVI TEMPLI CATHEDRALIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Linciae, in urbe episcopali illius in Austria dioecesis quae, ob singularem Deiparae amorem cultumque, *Marialis* merito nuncupatur, tafia, ut nosti, postremis duobus huius mensis diebus calendisque maiis habebuntur sollemnia, quibus, pro rei gravitate et inusitato quodam splendore^ auctoritatem Nos deceat gratiamque Nostram interponere. Cum enim fel. rec. decessor Noster Pius IX Beatam Virginem Mariam ab origine labis nesciam fide catholica credendam edixisset, deliberatum Linciensibus est - auspice Antistite suo venerabili Servo Dei Francisco Iosepho Eudigerio - in periucundi eventi memoriam novum e solo excitare cathedrale templum, quod, calendis maiis anni **MDCCCLXII** exaedifiçari coeptum, nunc demum, perfecto absolutoque feliciter opere, est cum ingenti civium laetitia dedicandum. Aedem profecto sacram, qua in exstruenda, ut, proximorum decessorum exemplo, patrocinium praesidiumque desiderari Nostrum non sivimus, ita quinque Linciensium Episcoporum, alterius post alterum, desudavit industria, novimus et molis amplitudine et lineamentorum specie et operis artifìcio communem vicisse spem atque exspectationem. At illud est prorsus memorabile, sacerdotes populumque eius dioecesis, non modo inde ab re inchoata sumptus sine intermissione suppeditasse, verum etiam, recentioribus hisce annis, cum id impendere discriminis visum est ut inceptum compleri non posset, maximam sponte-etsi omne genus angustiis premebantur - congessisse pecuniam, qua rem confici ex insperato licuit. Quod quidem maxime acceptum Virgini Immaculatae nemo non referat, cuius signum, venerationi Linciensium in sacello novi templi propositum,

Leo XIII aurea corona, a se pie nberaliterque muneri data, anno MDCCCCII redimiri iusserat. Pietate igitur munificentiaque Episcopi et cleri populique Linciensis sic delectamur, ut dedicationi eiusmodi et consecrationi Aedis velimus Nosmet per te, dilecte fili Noster, interesse, cui propterea committimus ut apud ipsos Nostram, tam fausta occasione, geras sustineasque personam. Aderunt quidem tibi, cum calendis maiis sacrum pontificali ritu perages, ex Austria ceterisque regionibus - uti affertur - Praesules bene multi; rei ipsius publicae gubernatores praeclara venerationis erga Deiparam suae suaeque in Nos observantiae testimonia, in eam adeundo urbem, editiiri sunt; pompae praeterea ducentur maxima cum sodalitatum et consociationum catholicarum frequentia, et Deiparae vita, veluti in quadam scaena reverentiae plena atque artis, populo spectanda exhibebitur. Plurima igitur erunt, unde tu et haud mediocrem animi voluptatem praesens haurias et Nosmet ipsos, mox enarrando, consoleris. Itaque fidenter abeas perhonorifica legatione perfuncturus, et dilecti, quotquot Linciam convenerint, filii abs te comperiant, se Nobis, iam admodum caros, eo fore cotidie cariores, quo acrius Deiparam Immaculatam studiosa pietate prosequi et in christianae vitae officiis versari contendant. Caelestium interea donorum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xn mensis aprilis anno MDCCCCXXiv, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IV

AD R. P. D. GTJILELMTJM TURNER, EPISCOPUM BUFFALENSEM: DE DIOECESANA SYNODO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Litterae, quas haud ita multo ante abs te accepimus, cum testimonium continebant amplissimum illius, qua Buffalensis Ecclesia Sedem Beati Petri ac Nosmet prosequitur pietate atque observantia, tum nuntium attulere non minus iucundum dioecesanae Synodi a te in diem quartum decimum proximi mensis indictae. Alterum, ut nomine et tuo et cleri populique, cui praees, editum est, ita grati benevolentisque erga vos cunctos animi Nostri significatione rependimus; alterum, quod diligentiam in pastorali munere obeundo tuam liquido comprobat, tibi vehementer gratulamur, immo

eo vehementius, quod maximas Synodus ista gregi tuo allatura est uti litates. Statuta enim dioecesis ad Codicem iuris canonici accommodari, non tam opportunum quam necesse est; cetera autem, quae ad rem catholicam morumque sanctitatem apud vos tuendam pertinent, non apte constitui posse videntur nisi collatis cum clero consiliis, quippe qui populi animos propius exploret ac norit. Incepto igitur bene, ut postulas, precamur, hac spe freti, fore ut, auspice Sancto Deiparae Sponso, cuius ab sollemnitate octavo die Synodum initurus es, et tibi et omnibus ad disceptandum legitime accitis copiosa caelestis sapientiae lumina affulgeant. Quorum conciliatricem, itemque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x v mensis aprilis anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

y

AD EMUM P. D. ORESTEM TIT. S. MARIAE IN COSMEDIN S. R. E. PRESB, CARD. GIORGI, POENITENTIARIUM MAIOREM: QUEM LEGATUM MITTIT AD LOCA SANCTA PALAESTINAE, BINA TEMPLA DEDICATURUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Nihil profecto tam historiae fide testatum comprobatumque est, quam incredibilis illa decessorum Nostrorum cura ac sollicitudo de Sanctis Palaestinae Locis, eius scilicet regionis, quam Dominus Iesus et suis sudoribus ad salutem excoluit et pretioso Sanguine suo consecravit. Etenim ut eam ipsam e Saracenorum oppressione in Ubertatem vindicarent, quo maioribus negotium difficultatibus impedimentisque implicabatur, eo nisi sunt constantius expeditiones e catholicarum nationum militibus etiam atque etiam promovere, qui in Orientis oras, eius rei causa, sub Crucis signo traiicerent. Quodsi, post multas fortunae commutationes, post captas amissasque Hierosolymam aliasque civitates, res tum et deinceps, ad nostra usque haec tempora, iacuit, Romani Pontifices numquam destiterunt, quantum per tempora licuit, nativa catholici nominis iura in Sanctuaria Palaestinensia tueri; praetereaque s. m. decessor Noster Pius IX, anno MDCCCXLvn, dignitati atque utilitati urbis Hierosolymitanae, qua nulla per orbem vetustior episcopalis sedes, restituto Patriarchatu consuluit. Ad quam quidem Apostolicae Sedis actionem perpetuo Minorum

industria et labor accessit, qui, Francisco Asisiensi auspice, Hierosolymam ingressi et Christi Sepulcrum venerati, Sanctissimorum Locorum custodiam suscepere et iam tum numquam deseruerunt, facta etiam, quotiescumque oportuit, sanguinis vitaeque iactura. Franciscanum heic commemoramus promerita, nulli sane obscura atque ignorabilia: quae si annales praeteritorum temporum silerent, iam id ipsum, de quo te, dilecte fili Noster, aliquantisper affaturi sumus, luce clarius ostenderet. Intellegi volumus tempia duo - alterum in Horto Olivarum, alterum in monte Thabor - a Franciscalibus erecta proximeque dedicanda: iis scilicet locis, quae ad catholicos proprie atque unice pertinere, est optimo cuique laetandum. - Ille profecto in primis colendus est locus, ubi Christus Iesus, oblata sibi per speciem Passionis suae ingratique hominum animi veluti tabula, sic futura horruit ut sudore sanguineo manaret, et se denique totum, ad humani salutem generis, Patris voluntati permisit: quem ad locum iam inde ab exitu saeculi primi peregrinan fideles et glebas saxaque illa suis subluere lacrimis coeperunt. Templum ibidem excitatum, constat, post iteratam eversionem restitutionemque, eiectis anno circiter MCLXXXVII e sancta civitate christianis, violatum diuque neglectum, tandem corruisse, et Minores Franciscales, quantumvis conarentur, non impetrasse nisi saeculo xvn ut Hortum Gethsemani ab Arabis pecunia redimerent. Consilium autem, quod ipsi longo plus ducentorum annorum spatio vehementer foverant, templi, dirutarum Basilicarum loco, rursus exstruendi, tandem aliquando anno MDCCCCXIX deduci ad effectum licuit. Eo enim anno, cum septimum plenum commemoraretur saeculum ex quo Franciscus in Palaestinam transmiserat, Cardinalis fel. rec. Philippus Giustini, Pontificis Legatus, auspicalem Aedis lapidem, magna Palaestinensium frequentia et laetitia, lustravit ac posuit: cuius quidem Aedis cum fundamenta iacerentur, Basilicae primum conditae feliciter parietinae in lucem prolatae sunt. Ob quorundam interea graecorum dissidentium incursionem atque impetum, opus ahquamdiu intermissum; quod cum repeti post annum potuisset, absolutum nuper perfectumque denique est. Aedis Sacrae, inter vetustissimis Horti oleas exaedificatae, f rons artifìcio pulcherrima Jad sanctam civitatem spectat, tympanumque exhibet vermiculato opere ornatum, cuius imagines gloriam Christi patientis concinunt et posteritati altius praedicabunt. - Neque minus praeclare, dilecte fili Noster, de montis Thabor rebus Franciscales meriti sunt; qui quidem mons, Galileae montium ocellus, vel ab ipsis Arabis sanctus habetur et nuncupatur. Mittimus res Hebraei populi gestas, quae cum montis illius fastis cohaerent; est enim is nobis hoc nomine clarior ac venerabilior, quod se ibidem Christus Domi-

nus, splendore divinitatis suam collustrans humanitatem, transfiguravit, atque - ut traditum memoriae est - post resurrectionem suam semel se dedit Apostolis conspiciendum. Explorata quidem res est, frequentissimos vel a remotiore Novi Foederis aetate illuc christifideles confluere consuevisse, a planitie Esdrelon per amplius quattuor graduum millia, saxo insculptorum, montis ascendendo verticem; saeculo autem circiter quarto, magnificentissimam eo loco Aedem conditam reditibusque auctam, praetereaque per montis declivia aut in vicinia plurimas passim solitariorum hominum cellas aediculasque a solo excitatas esse. Cum igitur per eum tractum religio mirifice floreret, Concilium Constantinopolitanum, anno Dvm, Ecclesiam montis Thabor episcopali iure ornatam voluit. Eandem vero, primum a Persis, a Saracenis postmodo eversam, Benedictini Sodales eo acciti restituerunt, coenobio publieoque peregrinis excipiendis hospitio additis; monachis autem nova eiectis incursione hostium et, cum primum licuit, reversis, archiepiscopalem Abbati cum pallio titulum Romanus Pontifex «ad montem Transfigurationis Deique Servatoris templum honorandum » concessit. At vero post quandam seriem et continuationem secundarum adversarumque rerum, denique, sodalibus Benedictinis abire coactis, res tota periit. Sacri tamen montis memoria et veneratio e Franciscanum animis nullo tempore excidere; solere iidem, a civitatibus Nazareth et Hierusalem profecti, notum cacumen pietatis causa conscendere identidem, quamvis itinera praedonum greges infesta redderent; montem, saeculo xvn sibi auspicato attributum, etsi posterioribus rerum vicissitudinibus prohibiti quominus ibi consistèrent, adire saepius sacrumque, quo meliore possent modo, peragere. Anno denique **MDCCCLXXIII** cum sedem in montis fastigio posuissent, nihil profecto inexpertum reliquerunt, ut supfer e terreno tumulo erutas prioris Basilicae parietinas novam Aedem, sanctitate loci dignam, aedificarent. Proximo autem decessore Nostro bene precante, res animose audacterque institui coepta est, primo lapide per manus eiusdem Cardinalis Philippi Giustini iacto sollemniter; lieetque in praesens absolutam conspi* cere atque admirari Aedem, quae, in tres naves laxata, solidis pilis distinctas, venustum prae se fert structurae genus ex romano et syriaco mixtum. Affertur quoque, in decoranda exornandaque interiore templi parte, cum arti tum religioni optime esse consultum, domumque religiosis viris incolendam ex integro exstructam esse, vetere hospitio affabre ad peregrinorum usum accommodato. - Vix dicere attinet, cum in re omnino cognita pervulgataque versemur, quantum Franciscales Palaestinenses in cogenda ad utriusque templi exaedificationem stipe, in tricis omne genus diluendis, in iurium Ecclesiae Catholicae quaesitorum tuitione, desudarint.

Quo loco placet catholicorum omnium liberalitatem praedicare, quae effeeerit ipsa ut duo illa christianae pietatis monumenta in Horto Olivarum inque monte Thabor exigerentur: quo in munificentiae certamine novimus dilectos ex America filios primas, ut solent, partes habuisse. Quamobrem' omnibus, qui in sanctissimum opus contulere stipem, bene dicimus, pro certo habentes, Illum, cuius Nos vices gerimus et ipsi Passionem et Transfigurationem recoli et honore affici voluerunt, pias eorum largitiones praemio longe maiore esse aliquando repensurum. - Sed iam ad illud transeamus, quod est Epistulae huius Nostrae caput et causa. Cum enim utriusque templi, de quo diximus, aedificatio et consecratio tale sit eventum, quod Nostrae postulet praecipuam aliquam auctoritatis benevolentiaeque significationem, avemus veluti praesentes per te, dilecte fili Noster, in Palaestina adesse et augusto consecrationis ritu per tuas veluti manus perf ungi. Itaque te, Ordinis Minorum Protectorem, qui redemptionis humanae monumenta Patremque Legiferum Franciscanum sodalium, tanta pietate prosequeris, deligimus, qui, Loca Sancta adeundo atque Nostram ibidem gerendo personam, utramque Aedem Nostro nomine consecres ac dedices. Merito etiam Nobiscum ea de causa laetare, quod satis multos ex Italia peregrinos habebis itineris tui socios atque optatissimi eventi participes. Utinam ii ad patrias oras remigrent caritate Christi flagrantiores, qui quantum homines adamarit, suis ipsi oculis, Terram Sanctam peragrando, ubicumque pedes posuerint, sunt quodammodo conspecturi. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum die xvin mensis aprilis, feria vi in Parasceve, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VI

AD EMUM P. D. BASILIUM EPISCOPUM VELITERNUM S. B. E. CARD. POMPLLJ, VICARIA POTESTATE URBIS ANTISTITEM, ARCHIBASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBYTERUM: DECIMO SEXTO EXEUNTE SAECULO A DEDICATA PRIMUM EADEM ARCHIBASILICA.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. —• Inter alia, quae christiano populo periucunda atque in omnes partes frugifera prope adforent eventa, in postremo Consistorio nuntiavimus, sextum decimum, haud multo post, saeculum expletum iri ab dedicata primum ea

Lateranensi Basilica, quae esset Cathedrae Ecclesia Nostrae, eademque sacerdotalis Nostrae ordinationis Ecclesia. Causa tamen agitur eiusmodi, ut mero nudoque terminari nuntio non possit, sed, contra, peculiare desideret Nostrae et auctoritatis et pietatis officium; gravissimi autem pulchemmique facti sic decet in civium romanorum, immo etiam in catholicorum omnium animis renovari memoriam, ut a saecularibus hisce sollemnibus nulh per orbem Ecclesiae ffiii se putent alienos. Velimus enim, quotquot unius communione et professione catholicae fidei gloriantur, ii omnes in remotae illius fastos aetatis ita considerationem intendant suam, quemadmodum, volucri atque incitata laetitia, illuc fertur cogitatio Nostra. Testis sane historia est, Constantinuin Magnum, Christi religione ad nativam libertatem per Mediolanense edictum vocata, imperatorias in Laterano aedes Miltiadi Papae proprias attribuisse, quibus ipse, eiusque in munere successores, pontificali sede uterentur, praetereaque maximam in coniuncta area Basilicam excitandam curasse, quae Christo Servatori dedicaretur: dedicatam autem, publico ritu, die ix mensis novembris anno oooxxiv, effectam esse Pontificis, ut Episcopi Eomani et oecumenici, ut heredis integrae apostolicae potestatis, cathedralem Ecclesiam, ita scilicet ut eadem esset et diceretur *omnium Urbis et Orbis Ecclesiarum mater et caput,* « Lateranensis Ecclesia - ut Petri Damiani verbis utamur - «sicut Salvatoris est insignita vocabulo, qui nimirum omnium caput « est electorum, ita mater, et quidam apex et vértex est omnium per orbem « Ecclesiarum ». Id ipsum haud minus apte verba exprimunt ac referunt, quae in tradendis sacrae Lateranensis Aedis clavibus Pontifici, eam possessionis canonicae causa adeunti, et antiquitus adhibebantur et in praesens, aliquantulum immutata, adhibentur; eiusque pontificalem primatum Basilicae, notissimis Constitutionibus Apostolicis in rem latis, decessores Nostri Gregorius XI et Pius V cum testati sunt amplissime, tum inviolate sanxerunt. Cuius quidem dedicatione Aedis maximae, maximeque omnium venerabilis, cum et Christi Servatoris de ethnica pravitate triumphus et rerum imperii romani parta per christianam religionem mutatio et conversio quaedam publice significarentur, alter ex ipsa Servatoris Imagine veluti apparuit, quae, in templi abside vermiculato opere reddita, oculis et venerationi civium proposita est; altera per effigiem in triclinio Leoniano, musivo item opere, expressam eiusdem Christi Servatoris in solio sedentis, qui hinc Silvestro Pontifici claves, inde Constantino Imperatori labarum cruce insignitum tradere cernitur. E Basilica quidem Lateranensi, cui postea titulus utriusque Ioannis accessit, atque e vetere Patriarchio omnis doctrinae caritatisque catholicae ratio, diuturno circiter decem saeculorum spatio, in universum Auxit christifidelium gregem; magna rerum

eventa aut inde duxere initium, aut ibi, quasi in centro terminoque quodam, maturuerunt; haeresibus evertendis, disciplinae emendandae, tuendaeque ecclesiasticae libertati, magnus illic habitus Synodorum numerus, quas vel Eomanas vel Lateranenses vocant, et Concilia item acta Oecumenica quinque, quorum postremis duobus haud mediocrem Palaestinae recuperatio, praeter alia, struxit sollicitudinem. At quidem Nos abstinere non possumus, quin Gregorii illius Magni memoriam recolamus, qui, etsi imbecillior valetudine, mentis acie animique aestu negotia necessitatesque totius orbis complexus est. Ille idem in Patriarchio celeberrimam aperuit scholam pueris ad concentus liturgicos instituendis, quos ipsemet docere Pontifex non erubuit: unde ceterae iam tum scholae et cantus sacros et canendi leges usumque sunt mutuatae feliciter. Atque ex coenobiis circum Lateranas Aedes excitatis Gregorius cum Augustinum monachum sociosque novem et triginta ad Britanniam Christo subigendam dimisisset, eum postea episcopum consecravit et archiepiscopali denique pallio auxit, hae lege ut Cantorberiensi Ecclesiae, quam ipse regeret, reliquae per Britanniam dioeceses aut erectae eo fcempore duodecim aut in futurum erigendae, tamquam suffraganeae, parèrent. - Gravissima ista quidem omnia atque ad memorandum laetabilia, quae aequum est in animis filiorum Nostrorum, qua late patet catholicum, nomen, sic defixa esse, ut commemorationem dedicatae ante annos mille et sexcentos Archibasilicae quo meliore modo participent: in quo praeire fidelibus Episcopos decet et, qui iis adsunt, canonicorum Ordines. - Itaque, venerabilis frater Noster, indici iam nunc opus est saecularia sollemnia in futurum mensem novembrem, quae talia cupimus fore, qualia ut sint, postulat et summa Episcopatus Nostri Bomani dignitas et Ecclesiae, cui Archipre^sbyter praees, magnificentia. Cum autem Nobis non liceat - quod vehementer dolemus - sacris eiusmodi sollemnibus adesse in iisque primas pro officio Nostro apostolico obtinere, ut sacrorum rituum splendorem, quantum in Nobis est, augeamus, volumus ut ipso Dedicationis die Cappella Papalis, ut aiunt, in Lateranensi Archibasilica habeatur, cui ii omnes intersint, quos Cappellis interesse Papalibus est aut iure praescriptum aut usu receptum. Consentaneum praeterea erit, initio istius commemorationis Imaginem Servatoris Dei Acheropitam e loco « Sancta Sanctorum » in Archibasilicam traduci, venerationi incolarum Urbis advenarumque exponendam, neque in pristinum locum restitui nisi cursu sacrorum sollemnium perfecto atque absoluto. Quibus quidem diebus consulito, venerabilis frater Noster, ne ulla desint christifidelibus incitamenta atque adiumenta ad animos salubriter expiandos et caritate Servatoris Iesu penitus incendendos. Neque est profecto cur dubitemus, quin industriae pastorali tuae sollertia

ac navitas respondeat cleri Lateranensis, quem, ut est clerus proxime Noster, non ignoras quam earum habeamus. Interea quo coepta, abs te ineunda, prosperiora succedant, caelestium conciliatricem donorum paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater Noster, et universo clero Lateranensi apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis maii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VII

AD .EMUM P. D. ALOISIUM DIACONUM S. GEORGII IN VELABRO S. R. E. CARD» SINCERO, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONCILIUM PLENARIUM APRUTINUM-

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem, pro apostolico munere, summae Nobis curae de universa christianorum familia esse debet, nulla re magis delectari solemus quam si in partem dominici gregis salutare quidquam atque utile, bonorum opera, conferatur. Itaque libenter admodum certiores facti sumus id sibi proponere Aprutii sacrorum Antistites ut propediem Plenarium Concilium Theate concelebrent. In quo praeclarum sane argumentum elucere videmus pastoralis illius sollertiae qua ipsi religiosis rebus suarum dioecesium providere consueverunt: cum enim hoc natura rerum contingat ut multa labente aevo mutentur, Episcoporum est, ex Apostolicae videlicet Sedis auctoritate, ita nonnulla opportune temporibus accommodare ut fideles qui ad eamdem regionem pertinent, communia nempe ingenia habentes, instituta, mores, linguam, propriam habeant quarumdam praescriptionum normam cui pareant; eo magis quod ex summo animorum consensu, vires ad rem catholicam feliciter provehendam augentur. Ad Concilii autem huius plenum exitum, plurimum certe proderit Codex iuris canonici qui recens promulgatus est; quem quidem studiose intuentes Aprutini Episcopi, non modo abusus, si qui irrepserint, facile evellent statumque dioecesium suarum ita ordinabunt ut is propius ad commune Ecclesiae ius, quantum fieri potest, accedat, sed etiam maiorem disciplinae sacrae firmitatem sine dubio assequentur. Tam igitur opportunum coeptum dilaudantes, te, dilecte fili Noster, secundum canonem 281 eiusdem Codicis, libenter ehgimus qui personam Nostram rite geras, Concilium Aprutinum con voces eique praesideas: nec dubitamus quin ipse, a iuris

scientia tam instructus atque de Ecclesiae rebus apprime sollicitus, digne admodum hoc perhonorifico munere perfuncturus sis. Interea, Deum precati ut et sapientiae suae lumine vobis adsit et quae, collatis consiliis, sciyeritis, ea suae gratiae rore fecundet, id fore confidimus ut omnes cuiusvis ordinis viri, imprimisque qui sunt de clero, sollertiae vestrae respondeant, ad rei catholicae civilisque emolumentum. Caelestium autem -conciliatrix donorum itemque paternae benevolentiae Nostrae pignus, apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte filii Noster, singulis Aprutii Episcopis iisque omnibus qui coetibus intererunt amantissime impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die v mensis maii anno **JMDOCOOxxiv,** Pontificatus Nostri tertio. »

PIUS PP. XI

VIII

AD RMUM P. WLODIMIRUM LEDÓCHOWSKI, PRAEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS IESU: DE SODALICIO GREGORIANO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ea inter •opera, quae superioribus aetatibus, ad studia pietatis optimarumque artium alenda, Romani Pontifices hac in Alma Urbe excitarunt, praecipua quadam cura benevolentiaque Apostolica Sedes Athenaeum illud complexa est, quod fel. rec. decessor Noster Gregorius XIII « molitione ingenti ac magnificentissima » exstrui iusserat. In quo id fuit Pontifici propositum, ut Ignatiana familia, in ipso veluti Vicarii Iesu Christi conspectu, pietate, litteris disciplinisque sacris profanisve lectos adulescentes conformaret, qui in hoc catholici nominis centrum rite excolendi confluxissent. Quot autem inde ab initio inlustre Athenaeum floruerit alumnis sanctitatis doctrinaeque laude praestantissimis, nulli putamus inauditum atque incognitum; in eademque eruditos expolitosque virtutum et altissimarum cognitionum palaestra, si numerare libet beatum Cardinalem Robertum Bellarmino sanctosque eaelites Aloysium Gonzaga, Camillum De Lellis, Ioannem Berchmans, Leonardum a Portu Mauritio, Ioannem Baptistam De Rossi, longum tamen est magistros et doctores, Evangelii vel in barbaras gentes praecones, pontificalis Domus Curiaeque Antistites, Episcopos, Purpuratos Patres et Romanos Pontifices recensere Ecclesiae datos, in reique ipsius publicae commodum eductos laicos viros quamplurimos, integritate vitae rerumque multiplici scientia mirabiles. Constat quidem, Societate Iesu anno MDCCCXIV restituta, immortalis memoriae

decessorem Nostrum Pium 'VU, cum e praeteritorum temporum experientia persuasum sibi haberet, subversae adhuc recentibus motibus societati hominum reparandae arcendisque incommodis, quae religioni morumque sanctitati proxime impendere viderentur, summopere profuturum si Ignatianae famuiae Oonlegium Eomanum denuo committeret, hoc ipsum cogitasse vehementerque optavisse, at, quominus effectum daret, inquietis rebus temporibusque prohibitum esse. Verum Leo XII, paulo post quam ad Petri Cathedram evectus erat, id consilii coepit perfecitque, ut magni Lycaei Gregoriani rectionem procurationemque Societati Iesu redderet, quae - congruenter pulcherrimo Athenaei ipsius insigni « Religioni et Bonis Artibus » - in recta sapientique studiosorum institutione tam acriter ibidem tamque utiliter annos plus ducentos elaborasset. Quo ab evento cum plenum saeculum in septimum decimum huius mensis diem feliciter incidat, auctori bonorum omnium Deo grati equidem sumus quod et vobis cunctis, dilecte fili, et Nobismet ipsis novum hunc laetitiae fructum benigne concesserit. Itaque, quemadmodum eadem stat Nobis sententia quam Leonianae Litterae *Cum multa in Urbe* habent -, scilicet Gregorianam studiorum Universitatem *eminere certe* inter cetera Romae a decessoribus Nostris condita instituta, quae *ad salutem et commodum christiani populi maxime pertinent* -, sic horum faustitatem sollemnium praeterire non sinimus, quin vobis, quanti apud Nos sit Pontificium istud bonarum artium domicilium, publice iterum testificemur. Recolentibus enim Nobis res ab Athenaei restitutione gestas, bene multa occurrunt, unde comprobatur, talem illius magistros operam Apostolicae huic Sedi per id temporis spatium praestitisse, quae omnem ipsius exspectationem abunde compleret: ut, exempli causa, gravissimae eorum de sacra doctrina lucubrationes peculiaribus confectae studiis cum decernendum esset de Deipara ab origine labis nescia catholice credenda, cumque deinde Concilium Oecumenicum Vaticanum pararetur atque haberetur; ut obedienter ardenterque suscepta, Leone XIII Pontifice Maximo, provincia instaurandae Thomae Aquinatis doctrinae, qua quidem cum instauratione summa christianae sapientiae incrementa coniungerentur. Hisce autem extraordinariis promeritis cotidiana accedit laus illa beneficiorum, quae, hoc diuturno intervallo, in Ecclesiam civitatemque ex Athenaeo profluxere. In re iam ante delibata insistere haud attinet; verumtamen periucunde afficimur cum subit cogitatio animum, non modo ducentos hodie exstare dioecesium per orbem Antistites, Patresque Cardinales ad tertiam Sacri Conlegii partem numerari, qui solidae ibidem perceptae doctrinae debent, si suae lumina sapientiae ad populi christiani gubernationem afferre salubriter possunt, sed etiam Nosmet ipsos istam studiorum sedem,

cum magna voluptate atque utilitate, olim celebrasse. Gratae sane paternaeque voluntatis multiplicia, inde ab inito Pontificatu, testimonia a Nobis Athenaeo non defuere vestro; at testimonium prorsus singulare daturi sumus, a fundamentis aedificium excitando magnificum, quod, cum ingenti alumnorum numero auctisque magisteriis, tum rei munerisque dignitati aptius respondeat: cuius quidem consilii Nostri monumento esse voluimus nomisma ipsum, quod tertio huic Pontificatus anno commemorando cudi signarique iussimus. Sed aliud est, quod tibi, dilecte fili, et Gregoriano praeceptorum coetui gratulemur. Nosti ipsemet quam iucunde audierimus, *ex veteribus alumnis Sodalicium,* per haec saecularia sollemnia, conflari velle, titulo itemque caelesti patrocinio fretum inlustris illius, in Athenaeo olim discipuli et magistri et rectoris, Cardinalis Eoberti Bellarmino, quem Nosmet haud ita pridem in beatorum caelitum numerum tam libenter adscripsimus. Vixdum enim certiores ea de re facti sumus,-et consilium probavimus et Sodalicii ita, pro vetere condiscipulatu Nostro, participes fieri deliberavimus, ut id ipsum in tutela esset Nostra, partium quidem Nostrarum perfunctione in praesens demandata dilecto filio Nostro Caietano S. B. E. Card. Bisleti, Praefecto Sacrae Congregationis Seminariis studiorumque Universitatibus praepositae. Legem praeterea eidem Sodalicio regundo perlegimus ratamque habuimus: cuius exemplum, in novam peculiaremque benevolentiae significationem, Epistulae huic subiicimus, ut cum ipsa quasi cohaereat et in omnem memoriam prodatur. Coeptis interea vestris divinam opem conciliet apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, et universis Gregoriani Athenaei doctoribus atque alumnis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die v mensis maii anno **MDCCCCXXiv**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

LEX SODALICII GREGORIANI

I

Sodalitium veterum Pontificii Athenaei Gregoriani alumnorum, patrono et auspice B. Boberto Bellarmino, constitutum est.

II

Sodalicium eo spectat, ut quicumque in sodalium numerum adscripti sunt, iam inter se cumque Athenaeo ipso coniunctiores exsistant, et, quos ex communi fonte sanos hauserint spiritus, eos facilius tueantur uberiusque alant.

III

Huius propositi assequendi causa, sodales sanctarum precum officio et sacro cotidiano inter se apud Deum adiuvanto; pro sodalibus vita functis singuli, semel in anno, si quidem potestas adsit, perlitanto; quae Athenaei et Sodalitii interesse intellexerint, item suae fructus doctrinae, vel per commentariolum Sodalitii vel per Athenaei annales vel per ephemeridem titulo « Gregorianum », sodales cum sodalibus communicante.

IV

Sodales ne sunto nisi sacerdotio initiati, modo per annum saltem Athenaeum celebrarint et, postulato ad Sodalicium aditu, cooptatione digni habiti tint: qui sacerdotio carent, eos, nisi peculiari aliqua de causa, adscisci ne liceat. - Doctores autem disciplinis in Athenaeo tradendis, etiamsi nunquam ibi auditores fuerint, Sodalicium participante.

V

Sodalibus ius esto indulgentiis privilegiisque perfruendi, quae Romani Pontifices Sodalitio largiti erunt. - Ad singulos commentariolum Sodalicii proprium stato quoque tempore perferatur.

VI

Dies tertius decimus mensis maii, quo die B. Roberti Bellarmini festum agitur, Sodalicii natalis habeatur. - Quotannis, ineunte mense novembri, sodalibus, qui de vita decesserint, ad S. Ignatii iusta funebria sollemni ritu solvantur.

VII

Sodalicio unus e Purpuratis Patribus Protector, ex Pontificis Maximi auctoritate, praeesto. Ab eo alter sit, in Sodalicio regundo, Moderator: huic quattuor•decim adsunto sodales Consiliarii, quorum unus ab actis, alter arcarius euratorque esto.

VIII

Cardinalis Protector Moderatorem e sodalibus in Urbe consistentibus eligito. - Athenaei Rector et studiis Praefectus, nativo iure, e Consilio sunto; praeterea duodecim sodales in Consilium cooptantur, alius ex alia natione, qui tamen Urbem incolant. - Consüiarii duodecim in officio sexennium permanento; eos iterum eligi fas esto. Si quis e Consiliariis quavis de causa defecerit, alter a Consilio sufficitur. Tertio quoque anno dimidia eorum pars loco cedito, atque in sodalium coetu numerus suppletur.

IX

Moderator Consilium bis in anno, mensibus novembri et maio, convocato; totiens praeterea, quotiens profuturum id esse existimant. - Ut Consilii decreta valeant, octo saltem Consiliarii adfuerint, oportebit.

X

Consilii est, annuum sodalium conventum indicere in ipsum, quoad fieri poterit, natalem Sodalitii diem. Legitimus erit conventus, quotcumque socii coiverint. Quo in annuo conventu, iis ante propositis, quae medio tempore Sodalicio incrementa omne genus contigerint, quaeque tum necessitates incumbant, ea communiter disceptando sodales consilia capiunto, quae magis opportuna videantur. - Eodem in conventu, tertio quoque anno, Consiliarii, ad praescriptum capitis VIII, deliguntor.

XI

Pecunia sodalibus nulla imperatur; verum, cum ad suppeditandum sumptibus nulli Sodalicio adsint reditus, sodales omnes rogantur, annuam stipem pro sua quisque facultate, quantumvis modicam, in commune conferre velint.

XII

Sodalitii sedes esto apud Pontificium Athenaeum Gregorianum.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

10 aprilis 1924. — Cathedrali Ecclesiae Garzonensi, praefecit R. *D.* Iosephum Lopez, e dioecesi Ibaguensi.

— Cathedrali Ecclesiae Ibaguensi," R. D. Petrum Rodríguez, e dioecesi Garzonensi.

11 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Philadelphiensi, R. P. D. Agnellum Renzullo, hactenus Episcopum Xolanum.

— Cathedrali Ecclesiae Xolanae, R. D. Aegistum Melchiori, parochum oppidi *Pontevico* in dioecesi Brixiensi.

25 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Megarensi, R. P. Amandum Carolum Vanuytren, ex Ordine Canonicorum Regularium Praemònstratensium, electum Vicarium Apostolicum de Uellé occidentali.

26 aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Ancyranae, Emum P. D. Orestem S. R. E. Card. Giorgi, Poenitentiarium Maiorem, qui, post suam consecrationem, eamdem Ecclesiam dimisit.

29 aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Antiphrenae, R. D. Ludovicum Nestorem Renault, ex Seminario Parisiensi pro Missionibus ad exteros, deputatum Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannes Fayolle, Vicarii Apostolici Seciuensis meridionalis.

—Titulari episcopali Ecclesiae Arabyssenae, R. P. Stephanum Alencastre, e Congregatione SS. Cordium, deputatum Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Liberti Boeynaems, Vicarii Apostolici Sandviegensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Germanicianae, R. D. Ioannem Sastre y Rintort, e Congregatione Missionis, Vicarium Apostolicum Sancti Petri de Sulán.

10 maii. — Cathedrali Ecclesiae Cochabambensi, R. P. Abelem Antezana, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V.

20 maii 1924. — Titulari episcopali Ecclesiae Amisenae, **R.** D. Constantinum Bohatshewskyj, electum Ordinarium pro catholicis ritus graeeo-rutheni e Galaeeia, in Americam migratis, cum onere residendi in civitate Philadelphiae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zelensi, E. D. Basilium Takacs, electum Ordinarium pro catholicis ritus graeco-rutheni e Podocarpathia, in Americam migratis, cum onere residendi in civitate Neo-Eboracensi.

22 maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tarsensi, E. P. Alexium Henricum Lépicier, ex Ordine Servorum B. M. V.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bhodiopolitanae, B. D. Iosephum Plagens, rectorem paroeciae Suavissimi Cordis B. M. V. in civitate Detroitensi, quem constituit Auxiliarem B. P. D. Michaelis Gallagher, Episcopi Detroitensis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

. * DEOEETUM

REVOCATUR PRIVILEGIUM PRAECEDENTIAE TITULO MISSIONARII APOSTOLICI ADNEXUS'.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide ob mutata temporum adiuncta,, prae oculis habens auctum in Missionibus sacerdotum sive exterorum sive indigenarum numerum, ad mutuam inter eos caritatem magis fovendam, firmis manentibus ceteris privilegiis titulo Missionarii Apostolici adnexis, illud quod respicit praecedentiam eorundem Missionariorum Apostolicorum relate ad eos qui hoc titulo non sunt insigniti, omnibus rite perpensis, revocandum esse censuit ac per praesens decretum revocat.

Igitur unicuique sacerdoti, sive extero sive indigeHae, ceteris paribus, in posterum secundum prioritatem sacrae presbyteralis ordinationis locus competet, ad normam can. 106 Codicis iuris canonici.

Datum Eomae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 16 ianuarii 1924.

G. M. **CARD. VAN ROSSUM,** *Praefectus.*

L. œ s.

f F. Marchetti-Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

II

DECEETUM

EMUS P. D. LUDOVICUS TITULO SANCTAE MARIAE IN A QUIRO, S. R. E. PRESB. CARD. DUBOIS, ARCHIEPISCOPUS PARISIENSIS, RENUNCIATUR SUPREMUS MODERATOR UNIONIS CLERI A MISSIONIBUS, IN GALLIA.

Unio Cleri pro Missionibus quo firmius in omnibus Galliae dioecesibus stabiliatur maiusque incrementum. accipiat, visum est huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Supremo Moderatore pro tota natione Gallica eamdem providere.

Quapropter haec Sacra Congregatio hisce litteris Emum ac Revmum Dnum Ludovicum Ernestum Dubois, S. R. E. Cardinalem et Parisiensem Archiepiscopum, Unionis Cleri pro Missionibus in Gallia exsistentis Praesidem generalem ad normas vigentes, constituit atque nominat.

Datum Romae ex aedibus huius Sacrae Congregationis, die 20 februarii 1924.

G. M. **CARD. VAN ROSSUM,** *Praefectus.*

L. & S.

f F. Marchetti Selvaggiani, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

III

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

15 aprilis 1924. — *Vicarius Apostolicus de Sancto Petro Sulan in America,* R. P. Ioannes Sastre, e Congregatione Missionis.

25 aprilis. — *Vicarii Apostolici de Seciuen meridionali in Sinis Coadiutor cum iure successionis,* R. P. Ludovicus Nestor Renault, e Societate Parisiensi pro Missionibus exteris.

6 maii. — *Vicarius Apostolicus de Vellen Occidentali in Congo Belgico,* R. P. Amandus (Carolus) Vanuytren, e Canonicis Regularibus Premonstratensibus.

Praeterea eadem S. O. de Propaganda Fide renunciavit ad snnm beneplacitum:

25 februarii 1924. — *Praefectum Apostolicum de Thsuapa,* B. D. Edoardum Van Goethem, e Missionariis Ssmi Cordis Iesu.

21 martii. — *Praefectum Apostolicum de Puchi,* E. D. Odoricum Tch'en, ex Ordine Fratrum Minorum.

24 martii. — *Praefectum Apostolicum de Kroonstqd,* E. D. Leonem Klerlein, e Congregatione Spiritus Sancti.

15 aprilis. — *Praefectum Apostolicum de Lihsien,* E. D. Melchiorem Souen, e Congregatione Missionis.

7 maii. — *Praefectum Apostolicum de Arauca,* E. D. Iosephum Potier, e Congregatione Missionis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ANDEGAVEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI SORORIS MARIAE A S. EUPHRASIA PELLETIER, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A BONO PASTORE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

A venerabili Serva Dei sorore Maria a Sancta Euphrasia Pelletier excultas dignoscere christianas virtutes gradumque, ad quem illae adscenderint, aequo iustoque pretio aestimare atque decernere, fieri id profecto nequivit, nisi compertis prius et exploratis praefatae venerabilis Ancillae Dei actionibus, operibus rebusque gestis.

Huc sane spectantes actores ob oculos ponere, suo praeeunte Patrono, non praetermiserunt, quam infensa et quam iniqua Ecclesiae non minus quam civili hominum consociationi essent tempora, cum primum venera-

bilis Dei Famula huius lucis usuram accepit. Orta quippe est postrema mensis iulii die anno millesimo septingentésimo nonagésimo sexto, dum scilicet furentis gallicae insectationis undique flagrabant incendia, omnisque divini exercendi cultus adempta erat libertas adeo, ut suis e sedibus eiectis et ad necem quaesitis sacrorum administris, recens nata infantula secreto abluta fuerit lustralibus aquis; eique Eosa Virginia inditum nomen. Neque silentio iidem praeterierunt actores praeclaram laudem, qua ornabantur Rosae Virginiae parentes; quippe qui religioni sibi ducebant hospitio excipere sacerdotes, qui exsulatum ' abire maluerant quam foedari iniquum praestando tunc temporis praescriptum iuramentum, simulque iuvandis egenis et aegrotis eximiae caritatis suam impendebant operam. Olim Rosae Virginiae pater, qui in facienda medicina non mediocri existimatione florebat, per viam deambulans, obviam quum habuisset infirmum quemdam hominem, qui pedibus stare nequibat, eum suis imposuit humeris suamque in domum deduxit, ubi propriis expensis summoque studio eumdem curandum suscepit, neque ante discedere est passus, quam pristinam ille sanitatem fuerit adeptus. Neque secus Rosae Virginiae mater; utpote quae tamquam digna viri sui imitatrix praedicabatur atque aemula; sibi quippe nihil carius et nihil antiquius habebat, quam aegrotantium singulos per dies invisere domus, eisque viliora quoque famulatus officia peramanter exhibere atque solatia omnia elargiri.

Ita Rosa Virginia domesticos inter parietes totque inter exempla virtutum, quae ipsius oculis cotidie subiecta erant fidelibus^ ubertim enutrita, inde a pueris planeque nescia suae futurae sortis et muneris, providis nihilominus parebat et inserviebat consiliis eisque mature se aptare satagebat, quibus non obscure praeludere visus est Deus peculiari sanctitatis generi, ad quod vocaturus erat fidelem suam famulam. Quae porro primam egressa aetatem interim adolescebat; ideoque maiorum, quae circum cernere erat, quaeque non ita pridem conquiescere incipiens immanis turbinis pepererat procella, veluti posita in conspectu tacitoque eorum admonitu, statim levique negotio probe intelligere debuit, quis quantusque longe lateque pateret campus, ut maiore, quo per eam beeret, numero Iesu Christo lucraretur animas, quas divino ille suo redemerat sanguine. Hoc autem, quod adeo nobile adeoque frugiferum suum propositum erat, quo facilius exsequeretur, enixe petiit iucundeque impetravit religiosam Turonensem ingredi domum Filiarum B. M. V. a Caritate, quas excipiendis et ad meliorem frugem revocandas malae vitae feminis condiderat vir sanctitate celebris, Ioannes Eudes, Beatorum caelitum honores iam assecutus, supremosque Sanctorum, ceu spei locus est, citius quo fieri poterit, assecuturus. Rosam Virginiam advenientem

magno cum gaudio exceperunt Filiae B. M. V. a Caritate; eamque perfectionis semitam alacri infractoque animo arripientem sunt admiratae; Bosae Virginiae siquidem dimisso, atque cum religioso habitu sororis Mariae a Sancta Euphrasia assumpto nomine, praeviae inchoandae et explendae probationi totam se dedit. Utque exspectandum erat, vel ipso initi tirocinii tempore, peculiares et praecellentes enituerunt virtutes, quae ex ardentissimo, quo soror Maria a Sancta Euphrasia aestuabat, promanabant zelo salutis animarum. Factum idcirco est, ut, vix nuncupatis votis, digna inventa illa fuerit, quae Poenitentibus praeficeretur, eique immo, ceteris cunctis iuniori, totius domus committeretur regimen. Neque satis; nam, quum, haud ita multo post, auctore Andegavensi Episcopo, de nova facienda Andegavensi in urbe fundatione ageretur, ad id muneris ipsa selecta est Turonensis domus praeses, soror Maria a Sancta Euphrasia, quae, quam excitaverat sui, plene et cumulate sustinuit replevitque exspectationem, prout qui subsecuti postea fuerunt, manifesto magnificeque comprobarunt eventus. Nova haec enim Andegavensis domus, unde suam traxit originem benemerentissima Sororum Congregatio a Bono Pastore, quoddam fuit tamquam sinapis granum, quod felici admodum feracique creditum solo, sexcentum licet oppressum adversis, exiguo tamen varioque annorum cursu, uberrimam adolevit in segentem, suosque ad universum terrarum orbem opimos protulit fructus.

Quod quidem tam excelsae tamque generosae christianae caritatis opus, quod in mediis offensionibus et quibusvis impedimentis, maxima sui abnegatione et praepotenti erga Deum et proximum amore incensa, venerabilis Dei Famula perficere est aggressa; quod, quadraginta circiter per annos, ad suipsius nempe usque obitum, mira constantia, fortitudine et fidelitate est persécuta, quodque, probante in primis et magnopere favente Apostolica Sede, ad optatum perduxit exitum; hoc nimirum opus, qui parumper sedata mente perpenderit meditatusque fuerit, hic, dubio procul, facere non poterit, quin exinde claram et perspicuam heroicarum virtutum a venerabili Dei Famula exercitarum colligat probationem, quemadmodum rem posuit in aperto eisdem super virtutibus instituta triplicique disceptatione de more absoluta quaestio.

Binas namque, antepraeparatoriam videlicet, et praeparatoriam, quae praehabitae fuerant, Congregationes, generalis subsecuta est Congregatio, quae, die vigesima nona superioris mensis ianuarii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Caietano Bisleti, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iusti-*

tia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei sororis Mariae a Sancta Fuphrasia Pelletier, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur? Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine pandiderunt suffragia, quibus tamen exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremum Sibi reservavit iudicium, cunctisque qui aderant, interim indixit preces ad caeleste lumen implorandum. Quumque mentem Suam postmodum patefacere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam in Sexagesima; eapropter, devotissime perlitato Eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario; eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei sororis Mariae a Sancta Buphrasia Pelletier, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit sexto calendas martias anno **MDCCCCXXIV.**

£8 A. **CAED. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna declaratione proposita sunt sequentia dubia; nimirum:

« I. An in novis rubricis generalibus Missalis Romani tit. I, n. 1, ubi « agitur de pluribus Missis Conventualibus sive in choro sive extra cho- « rum celebrandis, comprehendantur etiam ecclesiae Religiosorum in « quibus adest obligatio chori?

« II. An post editionem typicam Breviarii Romani, adhuc in suo « robore maneat decretum S. R. C. 3572 Rhedonen. 27 Februarii 1883, « ad I, quo Hymnus *Te Deum* in Officio parvo B. Mariae V., dici debet a

« Nativitate Domini iisque ad Adventum; in Adventu autem et a Septua-
« gesima usque ad Pascha, tantummodo in festis B. Mariae Virginis? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis, respondendum censuit:

Ad I. *Negative;* seu non comprehendi, nec teneri Religiosos, iuxta Bubricas generales Missalis tit. III, n. 2 et canones 413, §§ 1, 2 et 610, § 2 Cod. iur. can. et Decreta (1331-1332) 13 Februarii 1666 ad 6; (2514) 27 Martii .1779 ad 5; et Decretum generale (3757) 2 Decembris 1891; seclusis legitima consuetudine aut eorum constitutionibus.

Ad II. *Affirmative.*

Atque ita declaravit ac rescripsit. Die 2 maii 1924.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
8. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA BOTA

Citatio edictalis

ANNECIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE FORAS—CAMPBELL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Caroli Campbell, Caroli filii, n. a. 1888 in urbe *St. Louis, U. S. A.*, in causa conventi, hunc citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 23 octobris 1924, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii, parochi, sacerdotes, et fideles quicumque .notitiam habentes de loco commorationis Dñi Caroli Campbell curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

U. Mannucei, *Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 24 maii 1924.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr. Charles Campbell, de Charles, né 1888 à St. Louis U. S. A., défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, N. 94) le 23 octobre .1924, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:

Conste-t-il de la nullité du mariage, dans ce cas?

Les Ordinaires, les Curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la residence du dit Mr. Charles Campbell, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM
ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA AB EMO PRAESIDE COMMISSIONIS

De iudiciis (cann. 1552-1601)

I° Utrum ad normam cann. .1552-1601 institui possit actio iudicialis contra Ordinariorum decreta, actus, dispositiones, quae ad regimen seu administrationem dioecesis spectent, ex gr. provisionem beneficiorum, officiorum, etc., aut recusationem seu denegationem collationis beneficii, officii, etc.

Et quatenus negative,

2° Utrum ob eiusmodi decreta, actus, dispositiones, actio iudicialis institui possit saltem ratione *refectionis damnorum;* et proinde Ordinarius conveniri possit, ad normam can. 1557, § 2 et 1559, § 2, penes Tribunal Sacrae Romanae Rotae.

Resp.: *Negative ad utrumque* et ad mentem. Mens est: exclusive competere Sacris Congregationibus cognitionem tum huiusmodi decretorum, actuum, dispositionum, tum damnorum, quae quis praetendat ex iis sibi illata esse.

22 maii 1923.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses.*

A. Sincero, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 13 maggio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, eolTintervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della Beata Maddalena Sofìa Barat, Fondatrice della Società delle Religiose del Sacro Cuore di Gesù.

Martedì, 20 maggio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congr. *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Fra Corrado da Parzhaim Laico professo dell'Ordine dei Min. Cappuccini;

2) intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio proprio con la Messa e dell'elogio da inserire nel Martirologio dell'Ordine dei Minori in onore del Beato Lorenzo da Villamagna, Sacerdote professo dello stesso Ordine;

3) intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Vincenza Maria Lopez Vicuña, Fondatrice delle Figlie di Maria Immacolata per le giovani addette al servizio domestico;

4) intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Amelia Fristel, Fondatrice della Congregazione delle Suore dei Sacri Cuori Gesù e Maria,

5) e finalmente intorno alla revisione degli scritti dei Servi di Dio Giovanni Battista Turpin du Cormier e Compagni martiri, uccisi, come si asserisce, in odio alla fede.

Martedì 27 maggio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi hanno discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, Vescovo di Bobbio, Fondatore dell'Istituto delle Figlie di Maria Santissima dell'Orto.

CANCELLERIA DEL TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

A correzione di quanto si rileverebbe *dall'Annuario Pontificio 1924,* p. 446, avvertesi che il Rmo Monsig. Gaetano Giusino di Belsito è inscritto nell'Albo degli Avvocati Rotali come *esercente.*

SEGEETEBIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

14 febbraio 1924. Monsig. Federico Cattani Amadori, *Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

12 aprile » L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Protettore della Istituzione Teresiana in Madrid.*

13 » L'Emo Sig. Card. Francesco Bagonesi, *Protettore delle Religiose di Nostra Signora, fondate dalla B. Giovanna de Lestonnac.*

14 » L'Emo Sig. Card. Gaetano Bisleti, *Protettore delle Suore della Croce, di S. Quintino.*

28 » » L'Emo Card. Basilio Pompilj, *Protettore delle Suore del Sacro Cuore del Verbo Incarnato.*

17 maggio » Monsig, Pietro Capo, *Cappellano Comune soprannumerario.*

24 » » Monsig Alfonso Brani, *Prelato Chierico della Rev. Camera Apostolica.*

» Monsig. Antonio Petti, *Prelato Chierico della Rev. Camera Apostolica.*

Protonotari Apostolici ad instar participantium.

5 aprile 1924. Monsig. Giuseppe Sánchez Diaz, dell'archidiocesi di Lima.

12 » » Monsig. Edoardo A. Devlin, della diocesi di Winona (S. IT. A.).

14 » » Monsig. Achille Mastrangioli, della diocesi di Sulmona.

29 » » Monsig. Giovanni Csiszarick, della diocesi di Weszprimia.

30 » » Monsig. Luigi Gonzaga Do Carmo, dell'archid. di Bio Janeiro.

» » » Monsig. Carlo Duarte Costa, della medesima archidiocesi.

5 maggio » Monsig. Giovanni Ludovico Le Petit, della diocesi di Coutances.

15 » » Monsig. Giuseppe Elzéar Matte, della diocesi di Gaspé.

16 » » Monsig. Tommaso Gregorio Bouleau, dell'archid. di Québec.

Prelati Domestici di S. S.:

14 agosto 1923. Monsig. Francesco Wastl, dell'archid. di Filadelfia (S. U. A.).

9 febbraio 1924. Monsig. Bruno Palaia, della diocesi di Oppido Mamertino.

22 marzo » Monsig. Enrico Deichmann, della dioc. di Spokane (S. IT. A.).

12 aprile » Monsig. Giovanni Pino, della diocesi di Winona (S. IT. A.).

15 aprile 1924. Monsig. Beniamino Ubaldi, dell'archidiocesi di Perugia.
24 » » Monsig. Francesco Meffert, della diocesi di Würzburg.
26 » » Monsig. Carlo Pasquinelli, dell'archidiocesi di Lucca.
5 maggio » Monsig. Alfredo Mignini, dell'archidiocesi di Perugia.
» » » Monsig. Giovanni Travaglini, dell'archidiocesi di Chieti.
» » » Monsig. Pietro Périer, della diocesi di Coutances.
» » » Monsig. Emilio Rousseau, della diocesi di Le Mans.
» » » Monsig. Giulio Hamonet, della medesima diocesi.
7 » » Monsig. Severino Poptawski, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » Monsig. Carlo Kiefer, della diocesi di Eichstaett.
8 » » Monsig. Erminio lacobelli (Roma).
» » » Monsig. Mattia Bilban, della diocesi di Duluth.
» » « Monsig. Giulio Frandi (Roma).
9 » » Monsig. Teodoro Lampeau, della diocesi di Fargo (S. U. A.).
» » » Monsig. Giovanni Eilenbeker, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Elia Roy, dell'archidiocesi di Quebec.
21 » » Monsig. Carlo Barbero, della diocesi di Novara.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, elasse civile:

29 aprile 1924. Al sig. Giulio Maria Apolloni (Roma).
30 » » Al sig. Maurizio Girod de L'Ain, dell'archidiocesi di Parigi.
7 maggio » Al sig. dott. Federico Polli, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al 'sig. Giuseppe Moueta, della medesima archidiocesi.
14 » » Al sig. Pietro Vlaemminch, della diocesi di Gand.
15 » » Al sig. Ignazio Cerasa (Roma).
» » » Al sig. Ermanno Frielingsdorf (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, elasse civile:

27 gennaio 1924. Al sig. conte Arnoldo du Monceau de Bergendal, della diocesi di Liegi.
28 aprile » Al sig. Pietro Jourdain, della diocesi di Soissons.
29 » » Al sig. Edoardo Raymond, dell'archidiocesi di Bombay.
30 » » Al sig. Giorgio Romeisz, della diocesi di Cinque Chiese.
1 maggio » Al sig. Giovanni Alberto Giacomo Nolet, della diocesi di Harlem.
3 » » Al sig. dott. Edmondo Parmentier, della diocesi di Lilla.

3 maggio 1924. Al sig. Narciso Desfontaine-Dubroeucq, della medesima dioc.
» » » Al sig. Fritz Bernard, della medesima diocesi.
17 » » Al sig. Giovanni Krzeezkowski, della diocesi di Sandomir.
19 » » Al sig. Giuseppe Hermaide (Belgio).
» » » Al sig. Giuseppe Demarteau, della diocesi di Liegi.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 aprile 1924. Al sig. Isnardo Balderi, della diocesi di Terni.

Il Gavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 maggio 1924. Al sig. Bartolomeo Casetta, della diocesi di Alba Pompea.

MAGGIOBDOMATO DI SUA. SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. 8.:

29 aprile 1924. Monsig. Michele de Santa Maria Mochon, dell'archidiocesi di Bio Janeiro.
» » » Monsig. Giuseppe Falciò, della diocesi di Veglia.
» » » Monsig. Emanuele Magri, dell'archidiocesi di Firenze.
8 maggio » Monsig. Francesco Lione, della diocesi di Acireale.
» » » Monsig. Angelo Marziani, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Silvio Nincisio, della diocesi di Sarzana.
14 » » Monsig. Nicodemo Leonardi, della diocesi di S. Severino.
16 » » Monsig. Sebastiano Lucaroni, dell'archidiocesi di Perugia.
17 » » Monsig. Giorgio Lorenz, della diocesi di Secco via.
20 » » Monsig. Antonio Sawatski (Danzica).

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

17 maggio 1924. Il sig. conte Casimiro Halka Ledóchowski, della diocesi di Culma.

23 » » Il sig. conte Pietro Guillaume, dell'archidiocesi di Parigi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

16 aprile 1924. Monsig. Angelo Capobianco, della diocesi di Avellino.
26 » » Monsig. Fedele Herrero Benavides, della dioc. di Salamanca.

30 aprile 1924. Monsig. Trinità Garcia y Gómez, dell'archidiocesi di Toledo.
8 maggio » Monsig. Francesco Germana, della diocesi di Acireale.
» » » Monsig. Paolo Caldarera, della medesima diocesi.
9 » » Monsig. Guglielmo Landell de Moura, della diocesi di Ribeirào Preto.
17 » » Monsig. Camillo di Berardino (Roma).
21 » » Monsig. Ludovico Kerler, della diocesi di Augsburg.
22 » » Monsig. Michele Rubertini, della diocesi di Rimini.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

17 maggio 1924. Il sig. Giovanni ISTocera, della diocesi di Piazza Armerina.

NECROLOGIO

16 dicembre 1923. Monsig. Pietro Giuseppe O'Reilly, Vescovo tit. di Lebedo.
14 marzo 1924. Monsig. Rocco Caliandro, Vescovo di Termoli.
9 aprile » Monsig. Emilio Augusto Allgeyer, Vescovo tit. di Ticelia.
13 maggio » Monsig. Sebastiano Walsh, Vescovo di Portland.
21 » » Monsig. Ildefonso Vincenzo -Pisani, Vescovo tit. di Tebe d'Egitto.
23 « » Monsig. Pietro Verdier, Vescovo tit. di Titopoli.

Annus XYI - Vol. XVI 1 Iulii 1924 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ERNACULAMEN.

DE ECCLESIASTICA HIERACHIA RITUS SYRO-MALAB ARICI CONSTITUENDA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, qui si rigide sane ac severe fidei et morum integritatem omni tempore defenderunt, libenter contra permiserunt, ut singulae Ecclesiae suos ritus suamque servarent liturgiam, Orientales Ecclesias praecipuo amore semper dilexerunt.

Huiusmodi Praedecessorum Nostrorum dilectionem, non minus quam aliae, etiam Ecclesia Syro-Malabarica experta est, quippe quae plurima ab Apostolica Sede acceperit beneficia.

Iure equidem. Nam Ecclesia illa nobilem inter Orientales obtinet locum, quum originem ducat ex antiquissimis christianis communitatibus, quae a Thoma Apostolo lucem Evangelii receperunt. Apostolus enim ille, ut vetera literarum monumenta testantur, Christo in caelos recepto, in regionibus Indiae finitimis Evangelium praedicavit, ac demum in paeninsulam ultra Indum migravit, ibique - ut fel. rec. Leo Papa decimus tertius, sapientissimus Praedecessor Noster, in suis Apostolicis sub plumbo litteris *Humanae salutis auctor,* kalendis septembris anni Domini millesimi octingentesimi octogesimi sexti Romae datis, refert - « difficillima peregri-
« natione suscepta, gravissimis exantlatis laboribus, primus " eas gentes
« christianae veritatis luce collustravit, redditoque summo animarum

«Pastori sanguinis sui testimonio, ad sempiterna in caelis praemia evo- « catus est ».

Apostoli vero memoria, etiam post eius gloriosam mortem, in India permansit. Qua de re idem Praedecessor Noster in praefatis litteris haec scribit: « Exinde Apostolum praeclare de ea regione meritum colere India « non omnino intermisit; in vetustissimis libris liturgicarum precum aliis - « que illarum Ecclesiarum monumentis Thomae nomen et laudes cele- '(brari consueverunt, atque, insequentibus saeculis, post ipsam errorum « luctuosam propagationem, nequaquam est eius deleta memoria; itemque « fides, quam ille disseminaverat, tametsi intermortua iacuit, non tamen « exstincta funditus esse visa est ».

Thomae praedicationis et martyrii fama regioni Syro-Malabaricae praecipue inhaesit. Christifideles enim illam regionem incolentes « Christiani « divi Thomae » semper appellati sunt, qua denominatione ipsi tantum in India - quod notatu dignum est - insigniti fuerunt, atque penes illos multa exstant pervetusta templa eidem Apostolo dicata, et plurimi inveniuntur qui *Thomae* nomen filiis suis in baptismate imponunt.

Malabarenses itaque, quamquam, et propter temporum adiuncta et propter ingens locorum intervallum, quod difficillima cum orbe occidentali commercia reddebat per tot saecula, ab Apostolica Sede seiuncti, numquam tamen christianam fidem omnino amiserunt.

Ex quo evenit ut primi Missionarii, qui saeculo decimo sexto in Indiam appulerunt, in incolis regionis Malabaricae, qui fidem christianam, licet languescentem, servabant, « bonam terram » invenerint, ad recipiendum verbum Dei, quod ipsi serebant, valde aptam.

Deo autem propitio, et primi illi Missionarii, et alii qui, eorum vestigia insequentes, in eamdem regionem postea migravere, exoptatum fructum ex suis laboribus consecuti sunt.

In dies enim crevit numerus christianorum Syro-Malabarensium, qui doctrinam catholicam et cum Sede Romana communionem amplexari sunt.

Temporum autem progressu talia suae fidei et erga Petri Cathedram devotionis christiani illi exhibuerunt testimonia, ut fel. rec. Leo Papa decimus tertius, Praedecessor Noster, anno millesimo octingentesimo octogesimo septimo, catholicorum ritus Syro-Malabarici peculiari curae prospiciet, ac « ut eorum fidem, obedientiam et devotionem erga Apostolice eam Sedem aliquo modo remuneraret, utque penes ipsos vera Christi « Ecclesia maiora in dies incrementa susciperet », per Breve *Quod iam pridem,* die vigesima mensis maii datum, rituali separatione catholicorum Syro-Malabarensium a Latinis peracta, ipsos ab Ecclesia Verapolitana, cui addicti erant, seiunxit, et duos pro illis vicariatus apostolicos

constituit, committendos Episcopis Latini ritus, qui vero sibi Vicarium generalem Syro-Malabarensem assumerent, ac alios quatuor ecclesiasticos viros eiusdem gentis et ritus, quorum consilio in omnibus ecclesiasticis negotiis uterentur.

Tunc itaque, per territorialem divisionem a flumine *Aluvay* ductam, duo vicariatus apostolici constituti sunt pro Syro-Malabarensibus, septentrionalis unus, cum ordinaria residentia in urbe *Trichur,* a qua vicariatus ipse *Trichuriensis* appellatus est, meridionalis alter, cum ordinaria residentia in urbe *Kottayam,* a qua vicariatus propriam denominationem, *Kottayamensem* nempe, tulit.

Anno vero millesimo octingentesimo nonagésimo sexto idem Praedecessor Noster Leo Papa decimus tertius, attentis locorum temporumque adiunctis, « ad novum benevolentiae argumentum erga Syro-Malabaren- « sem Ecclesiam exhibendum, et ad spirituali emolumento fidelium illa- « rum regionum consulendum », per Breve *Quae rei sacrae,* die decima octava mensis iulii datum, nova inita totius regionis circumscriptione, tres pro Syro-Malabarensibus vicariatus apostolicos, Sanctae Sedi immediate subiectos, constituit, videlicet *Trichuriensem, JEmaculamensem* et *Changanacherensem,* quorum territorium eatenus patere voluit, quatenus patebat duplex prior vicariatus, Trichurensis nempe et Kottayamensis. Singulorum autem novorum vicariatuum limites per idem Breve accurate definivit. Quod autem notatu dignum est, quia ecclesiasticae hierarchiae Praesulibus eiusdem gentis et ritus concreditae signat initium, idem Summus Pontifex tribus, quos supra diximus, novis apostolicis vicariatibus tres Antistites, ex ipso Syro-Malabarico populo rituque delectos, praeficiendos censuit et curavit.

Anno autem millesimo nongentesimo decimo primo, fel. rec. Pius Papa decimus, Praedecessor Noster, preces a tribus Vicariis Apostolicis Syro-Malabarensibus Apostolicae Sedi oblatas benigne excipiens, re mature perpensa, per Breve *In universi christiani,* die vigesima nona mensis augusti eiusdem anni datum, a duplici vicariatu apostolico Ernaculamensi et Changanacherensi omnes paroecias et ecclesias, Suddisticae, quam vocant, genti pertinentes, dismembravit, easque in novum apostolicum vicariatum, cum residentia in urbe *Kottayam,* ac propterea *Kottayamensem* nuncupandum, constituit. Exinde Ecclesiae Malabaricae, qui adhuc permanet, status, initium habuit, divisio nempe illius christianitatis in quatuor vicariatus apostolicos, *Triehurensem* videlicet, *Ernaculamensem, Changanaeherensem* et *Kottayamensem.*

A die autem, qua fideles ritus Syro-Malabarici proprii ritus et nationis obtinuerunt Antistites, omnimode salutares fecerunt progressus. Non

solum, enim, penes ipsos crevit numerus religiosarum vocationum, valdeque est auctus numerus conversionum, sed et magnum habuere incrementum religiosa instituta, utpote catechumenatus, scholae, religiosae domus, ecclesiae et oratoria, unde luculenter patet quam sedulo ac prudenter gregem sibi commissum Praesules nationis Syro-Malabarensis regant. Concors itaque fuit hoc tempore Apostolicorum in India Orientali Delegatorum sententia, christianas communitates Syro-Malabaricas longe inter meliores Indiae universae censendas esse.

Aequum igitur ac rectum existimandum est quod fideles, sacerdotes et maxime Antistites ritus Syro-Malabarici saepe ab Apostolica Sede flagitarunt, ut, nempe, Ecclesiae illi concederetur perfecta et stabilis constitutio ecclesiastica, cuius tanta vis est ad tutandam vitae christianae disciplinam salutemque populis pariendam.

Quapropter JSTos, prae oculis habentes egregiam apud Syro-Malabarenses rei catholicae temperationem, eorumque vere consentaneos christianae professioni mores, singularem erga Beatissimam Virginem Mariam, pietatem, atque in clerum, in Episcopos, praecipueque in hanc Apostolicam Sedem summam observantiam; praehabita sententia dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum, qui unanimiter censuerunt ad ecclesiasticae hierarchiae ritus Syro-Malabaiici constitutionem tandem deveniendum esse, oblatis precibus annuendum statuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, quatuor vicariatus apostolicos Syro-Malabarenses, in totidem sedes residentiales constituimus, quarum unam, *JErnaculamensem* videlicet, ad Ecclesiae Metropolitanae gradum et dignitatem evehimus et extollimus, ipsi propterea concedentes, eiusque pro tempore Archiepiscopis, omnia et singula iura, privilegia, honores et praerogativas, quae ipsis pertinent ex iure communi, et iuxta legitimas praescriptiones et legitimas consuetudines Ecclesiae Syro-Malabaricae, imprimis vero facultatem pro Archiepiscopis Pallio iuxta liturgicas leges utendi, in sacro Consistorio tamen antea postulando.

Tres alias sedes, *Ghanganacherensem* videlicet, *Trichuriensem* et *Kottayamensem* ad Ecclesiarum Cathedralium gradum et dignitatem pariter evehimus, ipsisque propterea, earumque pro tempore Episcopis, tribuentes iura, privilegia, honores et praerogativas, quae eisdem competunt ex iure communi et iuxta praescriptiones et legitimas consuetudines Ecclesiae Syro-Malabaricae. Quas cathedrales Ecclesias, earumque pro tempore Episcopos, suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae Ernaculamensi.

Limites tum archidioecesis Ernaculamensis, tum dioecesium Changanacherensis, Trichuriensis et Kottayamensis, iidem erunt ac limites qui hucusque singulis vicariatibus apostolicis, in sedes residentiales modo evectis, proprii erant.

Ad clericorum et fidelium iura et onera quod attinet, ac tum archidioecesis, tum dioecesium, sede vacante, regimen, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones et legitimae consuetudines Ecclesiae Syro-Malabaricae statuunt ac praescribunt.

Tum Archiepiscopi Ernaculamensis, tum Episcoporum Changanacherensis, Trichuriensis et Kottayamensis cura erit. aptiorem ecclesiam in urbibus *Erndkulam, Ghanganacherry, Trichur* et *Kottayam* eligere, in qua sedes et cathedra, sive archiepiscopalis, sive episcopabis, sit constituenda. Quas proinde ecclesias Nos, ex nunc, ad gradum et dignitatem sive Metropolitanae sive Cathedralium extollimus; simulque iubemus eas ecclesias, si parochiales fuerint, eamdem etiam in posterum parochialitatem servare.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quacumque auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Hisce itaque, ut supra, constitutis, ad eadem omnia exsequenda deputamus Nostrum in India Orientali Apostolicum Delegatum, ei propterea tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum, in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu oritura, facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali, infra sex menses a praesentibus Litteris datis, authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis huius Nostri mandati.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini ergo quae bisce Litteris Nostris erectionis, evectionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae decreta sunt, infringere, vel iis contraire liceat.

Si quis autem, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, in indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius sciat se incursurum.

Datum. Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo tertio, die vigesima prima mensis decembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

O. **CAED**. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

I. **CAED**. TACCI,
S. Congreg, pro Ecclesia Orientali a Secretis.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Humbertus Benigni, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Q3 plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XXIX, n. 49.

MARSORUM

TEA NSLATIONIS SEDIS IN CIVITATEM VULGO « AVEZZANO »

PIUS EPISCOPUS

SEEVUS SEEVOEUM DEI

AD PEEPETUAM EEI MEMOEIAM

Quo aptius dioecesis regimini prospiciatur, attentis etiam praesentis temporis adiunctis, Nos utile ac necessarium duximus episcopalem Marsorum sedem et cathedram transferre a civitate Piscina ad civitatem Aveanum, fere in medio Marsorum territorio sitam, dum Piscina in extremis est: et insuper propter vias ferreas praefata urbs Aveanum etiam faciliorem aditum commerciumque habet cum universa dioecesi. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit aut sua interesse praesu-

mant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, a civitate Piscina sedem et cathedram episcopalem Marsorum, una cum Seminario et cum cathedrali Capitulo (facta exceptione pro canonicatu cui adnexa est cura animarum pro civitate Piscina, cuius titularis, quamvis absens, quoties ratione curae Piscinae residebit, praesens in choro habebitur) ad urbem Aveanum transferimus, cum omnibus iuribus, privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus ceterae episcopales sedes gaudent, reservato tamen antiquae ecclesiae Beatae Mariae Virginis ad Nives Piscinae titulo et honore concathedralis. Ecclesia autem Aveani exstruenda sub titulo S. Bartholomaei Apostoli, quum primum fuerit perfecta et consecrata, Cathedra erit pro Episcopis Marsorum; ibique etiam Capitulum cathedrale servitium chorale iuxta canonicas leges obibit.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Pium Marcellum Bagnoli, Episcopum Marsorum, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntiandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, iniuncta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, transmittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat; si quis autem, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die decima sexta mensis ianuarii, Pontificatus Nostri anno secundo.

O. **CARD**. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

© C. **CARD**. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 **plumbi.**

Reg. in Conc. Ap., vol. XXVIII, n. 53.

III

BELLOHORIZONTINAE

ERECTIONIS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad munus Nobis ab aeterno Pastorum Principe commissum pertinet dioeceses per orbem dividere et erigere, prout bonum spirituale dominici gregis iuxta temporum et locorum necessitates requirit.

Quum itaque Belloborizontina civitas, civilis status de *Minas Gerâes* princeps et Episcopi huius dioecesis sedes, tum incolarum frequentia, tum catholicarum ac socialium associationum numero, ceteris iUius Status civitatibus longe praestet; ipsius Ecclesiae Metropolitanus, venerabilis frater hodiernus Archiepiscopus Mariannensis, a Nobis petere non dubitavit, ut illam civitatem ad novae ecclesiasticae provinciae caput extolleremus, eo magis quia Mariannensis provincia, ad quam Bellohorizontina Ecclesia, uti suffraganea, actu pertinet, latissima exstat.

Quum vero metropolitam. Antistitis precibus suffragarentur et Apostolicae Sedis in Brasiliana Republica Nuntius et alii locorum Ordinarii, Nos, requisito hac in re venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis voto, oblatis precibus annuendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, Bellohorizontinam sedem a iure metropolitico archiepiscopalis Ecclesiae Mariannensis solvimus eamque ad dignitatem et gradum Metropolitanae Ecclesiae extollimus. Cui proinde omnia et singula iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae metropolitanae sedes in Brasiliana Republica fruuntur, pleno iure tribuimus et assignamus; et venerabilem fratrem Antonium dos Santos Cabrai, qui actu Bellohorizontinam sedem obtinet, Archiepiscopi titulo, dignitate, iuribus et privilegiis augemus, una cum facultate deferendi, ut ahi Archiepiscopi, Crucem et Palhum, in Sacro Consistorio ab Apostolica Sede antea postulandum. Item Capitulum cathedrale Ecclesiae Bellohorizontinae ad metropolitam gradum evehimus, eique iura, privilegia, honores et praeeminentias, quibus cetera metropolitana Capitula in Brasiliana Republica fruuntur, pariter tribuimus et assignamus. Insuper a iure metropolitico Ecclesiae Mariannensis eximi-

mus ac subtraMmus dioeceses Aterradensem, Guaxupensem et Uberabensem, quas metropolitanae sedi Bellohorizontinae, uti suffraganeas, attribuimus eorumque pro tempore Episcopos, una cum ipsarum dioecesium clero et christifidelibus, suffraganeos constituimus eiusdem Metropolitam Bellohorizontini, cuius iurisdictioni, ad normam canonum, subiecti erunt.

Denique Nobis et Sedi Apostolicae reservamus facultatem, novas circumscriptiones et dismembrationes in hac ecclesiastica provincia Ubere peragendi, quoties id in Domino expedire visum fuerit.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem, in Republica Brasiliana Apostolicum Nuntium, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione: imposito eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, a data praesentium computandos, mittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis huius Nostri mandati.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die prima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno secundo.

O. **CAED**. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

£ß C. **CARD**. DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. Congreg. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Baphäel Tirili, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ^ plumbi

Beg. in Cane. Ap., vol. XXIX, n. 17.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS « DE L'OSIER » INTRA, FINES DIOECESIS GRATIANOPOLI! ANA E, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter potiora Marialia sanctuaria, quibus Delphinati regio nobilitatur, conspicuum procul dubio locum obtinet templum in honorem Beatae Mariae Virginis, vulgo *de V Osier,* Deo dicatum, quod exstat intra fines dioecesis Gratianopolitanae. Origo huius sanctuarii adscendit ad annum reparatae salutis **MDCLVII**, quo tempore duo miranda facinora evenisse feruntur cum conversione ad fidem viri protestantis nomine Port-Combet. Erectum primis illis annis oratorium, anno **MDCCCLX** a fundamentis innovatum est, ibique sacra aedes, praenobili structura decora, amplitudine molis insignis et artis operum splendore ornata, surrexit. Hoc sanctuarium, domus prodigiorum merito compellandum, piarum peregrinationum centrum est et meta: in ipso enim antiqua populi relligione colitur, miraculis inclyta, icon Beatae Mariae Virginis *de VOsier,* sive « de junco », ex cuius sectione, a viro Port-Combet, quem memoravimus, patrata, prodigiosus sanguis exsilisse dicitur. Ab initio usque in praesens spectabilis clerus ex Oblatis Beatae Mariae Virginis Immaculatae eodem in templo divini cultus decorem provehit et sacras celebrat functiones, pluribus ab hac Apostolica Sede indulgentiis ac privilegiis ditatas, magna cum christiani populi frequentia et devotione. Nunc autem, cum venerabilis frater Noster Alexander Caillot, episcopus Gratianopolitanus, Nos humili prece flagitaverit, ut idem sanctuarium ad titulum et dignitatem Basilicae minoris evehere dignemur; Nos, animo repetentes insignes templi illius memorias, optatis hisce piis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, praelaudatam ecclesiam, Beatae Mariae Virgini *de VOsier* sacram, intra fines dioecesis Gratianopolitanae, titulo ac dignitate Basilicae minoris condecoramus illique privilegia et honorificentias tribuimus, quae Basilicis minoribus huius Almae Urbis de iure competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvn martii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPAERI,** *a Secretis Status.*

II

EX DISMEMBRATIONE VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE CE-LI CENTRALI ET DE CE-LI MERIDIO-OCCIDENTALI ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LIHSIEN.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac sublimi Principis Apostolorum cathedra quam divinitus obtinemus, tamquam a sublimi specula, in omnes catholici orbis regiones, vel longo terrarum marisque spatio dissitas, oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae, procurationi melius gerendae conducant, quae in exploratam cedant fidelium utilitatem, nulla interposita mora praestare maturamus. Iamvero cum venerabilis frater Iosephus Fabregues, Episcopus Alaliensis titularis et Ordinarius vicariatus apostolici de Ce-li centrali, iamdudum Nobis proposuerit ut ipsius vicariatus apostolici de Ce-li centrali admodum extensum territorium in tres distinctas missiones, aliis quidem missionariis concredendas, dividere dignaremur, idemque consilium dicti Praesulis auctoritate sua probaverit Apostolicus in Sinis Delegatus, venerabilis frater Celsus Costantini, Archiepiscopus titularis Theodosiensis; Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. E. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt idcirco statuenda censuimus. Nimirum, ad aliud tempus ulteriori divisione supradicti vicariatus apostolici dilata, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, pro nunc, ab eiusdem vicariatus de Ce-li centrali territorio partem seiungimus quae subpraefecturas

civiles vulgo dictas de *Shulu, AnMvo, Poye, Liìisien* et *Kaoyang* complectitur, pariterque, eadem auctoritate Apostolica, a vicariatu apostolico de Ce-li meridio-occidentali territorium seiungimus quod efformat subpraefecturam civilem de *ShentseJi.* Ex his duobus territoriis, sex dictas subpraefecturas civiles complectentibus, sic separatis sive dismembratis, novam efformamus praefecturam apostolicam, de *Lihsien* nuncupandam. Huius autem novae praefecturae apostolicae limites sequentes sient: nempe ad orientem et ad meridiem territorium vicariatus apostolici de Ce-li meridio-orientali; ad occidentem vicariatus apostolicus de Ce-li meridio-occidentali; et ad septentrionem vicariatus apostolicus de Ce-li centrali. Hanc vero praefecturam apostolicam, sic constitutam, curis committimus sacerdotum sinensium e Congregatione Missionis.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex. nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus, aliisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. *

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XV** mensis aprilis, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

III

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UELLÉ OCCIDENTALI, IN CONGO BELGICO, IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut in praefectura apostolica Uellensi occidentali in Congo Belgico, curis Patrum Canonicorum Eegularium Praemonstratensium commissa, catholicum nomen impensius promoveatur atque christiana fides maiora in dies incrementa suscipiat, peropportunum consilium Nobis visum est praefecturam enunciatam in vicariatum apostohcum erigere. Itaque, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum W. PP. NN. S. E. E. Cardinalibus negotiis Pro-

pagandae Fidei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de Uellé occidentali, actualibus servatis limitibus et nomine, in vicariatum apostolicum erigimus atque constituimus.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis aprilis, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

IV

DISMEMBRATO TERRITORIO EX VICARIATU APOSTOLICO NAPENSI, CUIUS FINES VERSUS PRAEFECTURAM DE CAQUETA IMMUTANTUR, ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA S. MICHAELIS DE SUCUMBIOS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac beati Petri Apostolorum Principis cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula in omnes catholici orbis partes, licet longo terrarum marisque spatio seiunctas, oculos mentis Nostrae convertimus et quae rei sacrae procurationi melius expediendae conducant atque in exploratam cedant fidelium utilitatem, sollicito studio decernere satagimus. Iamvero, cum vicariatus apostolici Napensis limites, septemtriones versus, post foedus inter Aequatoris et Columbiae Respublicas nuper initum, non iidem inventi sint ac limites civiles inter utramque rempublicam iam constituti; praeterea vero territorium eiusdem vicariatus apostolici latius extendi visum sit quam ut ibidem opus missionale efficaciter exerceri possit: Nos, huic incommodo occurrere cupientes, collatis consiliis cum "VT. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis omnibusque momentis rei attente perpensis, haec quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione

Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, eam partem praefecturae apostolicae de *Caqueta,* quae intra fines civiles reipublicae Aequatoris nunc continetur, ab eadem praefectura apostolica dismembramus atque vicariatui apostolico Napensi attribuimus. Ex territorio autem ipsius vicariatus apostolici Napensis eam portionem distrahimus, quae fluminibus *Sucumbios, Aguarieo* et *Napo,* nec non limitibus Civilibus inter Aequatorianam et Columbianam rempublicam nunc vigentibus continetur. Ex hac vero parte territorii, sic a Napensi vicariatu seiuncta, novam praefecturam apostolicam sui iuris efformamus atque ad normam ss. canonum constituimus titulo nuncupandam *Sancti Michaelis de Sucumbios.*

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque, etiam specifica et individua mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis aprilis, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

V

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE UELLÉ ORIENTALI, IN CONGO BELGICO, IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quo uberiores fructus in praefectura apostolica Uellensi orientali, in Congo Belgico, Patribus Ordinis Sancti Dominici concredita, divini verbi praedicatio in dies ferre valeat, peropportunum consilium Nobis visum est praefecturam eamdem in apostolicum vicariatum erigere. Quare, omnibus rei momentis attento et sedulo studio perpensis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidtei praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine,

praesentium tenore, praefecturam apostolicam de TJellé orientali, actualibus servatis limitibus ac nomine, in vicariatum apostolicum erigimus et constituimus.

Haec quidem edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis maii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IOSEPHUM MARIÉTAN, EPISCOPUM TITULAREM BETHLEMENSEM, ABBATEM S. MAURITII AGAUNENSIS: DECIMO QUARTO EXEUNTE SAECULO AB INSIGNI SS. SIGISMUNDI, BURGUNDIONUM REGIS, ET SOCIORUM EIUS MARTYRIO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In Abbatia ista Helvetica, quae est multiplici nomine inlustris, novimus sacra apparari sollemnia in honorem Sancti Sigismundi et Sociorum eius, quorum ab insigni martyrio annus millesimus quadringentesimus haud ita multo post compleatur. Studium huiusmodi vestrum sanctissimi regis Burgundiae commemorandi, qui, cum Basilicam et Coenobium magnifice exstruxisset, tum etiam voluit, reditibus largiter constitutis, circum Mauritii Sociorumque eius reliquias, novo in regionibus occidentalibus exemplo, dies noctesque psalmodiam perpetuo agi, sic Nobis placet, ut illud publice per has Litteras Nostras probemus ac dilaudemus. Quod cum facimus, rem profecto facimus testatissimae decessorum Nostrorum in Sanctuarium Agaunense voluntati ac benevolentiae congruentem: neque enim Nos latet, Apostolicam Sedem, duodecim saeculorum spatio, cum iura et bona Abbatiae attributa, tamquam beati Petri propria, tutatam esse, tum

eandem Abbatiam proxime sibi fore subiectam decrevisse, tum denique Abbatem pro tempore episcopali titulo Bethlemitano honestasse. Videtur sane singulari divinae Providentiae consilio factum, ut corpora Sigismundi et filiorum, triennio post profusam pro Christo vitam, intra eius Coenobii saepta ad Mauritianum illud templum componerentur, quae ipse, pro sua in mihtes Legionis Thebaeae pietate, a solo excitari iusserat. Quapropter ad Agaunensem istam vaUem, dupliciter sacram, magnus popularium numerus singulatim turmatimque confluere, pietatis causa; plurimi praeterea viri, ingenio doctrinaque spectatissimi, ad eam invisendam allici ac veluti trahi, atque inde, divina perculsi gratia, ahi redire quam venerint; quod multo est mirabilius, homines a fide alieni istic saepe in verae Ecclesiae sinum recipi et sancto baptismate prope sepulcra Martyrum ablui. In quo quidem dissidentium ad cathohcam unitatem reditu nuUam vos, venerabilis frater, habere partem, nemo facile dixerit; tam pie enim psallitis, officia sacra tali accuratione peragitis eaque dulcedine per gregorianos concentus aspergitis, ut adstantium animos, vel maxime contumaces, Deo dante, ad bonam frugem revocefcis. Quae igitur inituri proxime estis sollemnia, fieri non poterit, quin, deprecatore Sigismundo ceterisque Martyribus iuvantibus, ea communem pietatem acuant, latiusque provehant catholicam fidem. Vix hortari attinet, ne quid operae et laboris praetermittatis, ut eadem sollemnia et qua decet rituum magnificentia habeantur et opimas pariant utilitates illas quas diximus. Ad animos autem abunde expiandos, tibi, venerabilis frater, potestatem libenter facimus, quo die per saecularem commemorationem malueris, adstantibus Nostro benedicendi nomine, proposita iis plena admissorum venia, usitatis condicionibus lucranda. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, canonicis Abbatiae regularibus populoque tibi commisso apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xn mensis maii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. LUDOVICUM NAZARIUM, TIT. SS. VITALIS, GERVASII ET PROTASII, S. R. E. PRESB. CARD. BÉGIN, ARCHIEPISCOPUM QUEBECENSEM: PERACTAM FELICITER DIOECESANAM SYNODUM GRATULATUR.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Allatum ad Nos nuperrime exemplum Actorum dioecesanae Synodi, quam in urbe ista, honoris tui sede, cum clero tecum congregato, per mensem oetobrem superiore anno habuisti, attente libenterque perlegimus; in iisque Actis sic prudentiam et christianae disciplinae studium, quibus universi e clero floretis, agnovimus, ut mirati nequaquam simus, decreta in .Synodo lata communi omnium, vel acatholicorum, assensu plausuque excepta esse et comprobata. Etenim id est in laude vestra ponendum, quod multa constituistis ad propulsandam eorum maiorum colluviem accommodatissima, quae, recentiore praesertim aetate, in patriam vestram inque omnem societatem christianam invasisse nemo cordatus non doleat: ut sunt, exempli causa, impudentissimae choreae, inhonesta spectacula, sodalitates neutrae quas vocant, immoderatusque potionum alcoholicarum usus. Quae vos tanta cum incidisse populo vestro pericula ac detrimenta animadvertissetis, illuc cogitationes curasque vestras convertistis, ut collatis consiliis videretis quo pacto et calamitati eiusmodi obsistere et damna reparare liceret. Est igitur, cur operam a vobis in utilissima Synodo perficienda collocatam, cum tibi, dilecte fili Noster, tum clero tuo vehementer gratulemur. Omnes autem et sacerdotes et fideles, quos gubernas, hortamur - si quidem hortatione opus est - ut quoquo pacto studeant ea ad effectum deducere quae sunt in Synodo constituta; eorundemque actio multiplex ut bene succédât, caelestium efficiant gratiarum adiumenta, quarum auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvii mensis maii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. GULIELMUM, TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM, S. R. E. PRESB. CARD. VAN ROSSUM, SACRAE CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM: QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI RELIGIOSAE PROFESSIONIS EIUS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Vitam qui velit iam tum repetere atque enarrare tuam, ex quo, ante quinquaginta annos, vota religiosa in Buscoducensi Sodalitatis tuae coenobio nuncupasti, is profecto sibi videre videbitur in uno homine cumulata, alia super alia, ea omnia laudum ornamenta, quibus religiosos viros commendari oportere, in Epistola Apostolica *Unigenitus Bei Filius,* superiore mense martio, docuimus. Siquidem inde a coepto religiosae vitae curriculo certum deliberatumque tibi fuit, Alphonsi Patris legiferi et plene in te spiritum referre et honorem omni contentione tueri: quod ut assequereris atque efficeres, cum ab eius praeceptis assuevisti ne transversum quidem unguem discedere, tum Alphonsianam doctrinam, quae de moribus deque pietatis cultu esset, amasti secutusque es diligentissime, tum etiam ut eadem ab aliis amaretur ac perciperetur curavisti constanter. Praeterea, sive studiis vacabas ipsemet, sive alumnorum Congregationis studiis praeeras, id tibi numquam cordi non fuit, ut ex disciplinarum amore atque adeptione nihil pia animorum institutio detrimenti caperet. Est sane lex apud vos praecipua, ab ipsisque Sodalitatis primordiis ad hunc usque diem inviolata, ut assidua divinarum rerum commentatione ac contemplatione communis peculiarisve vitae actio regatur, alatur, roboretur; utrique autem contemplandi agendique viae disciplinas servire omnes iubetis, ut unicuique vestrum liceat, quam aptissime instructo paratoque, officia aggredi sibi a moderatoribus imposita et Dei gloriam animarumque salutem quaerendo provehere. Cuius quidem rei pulcherrimo nonne es ipsemet exemplo? Te enim, dilecte fili Noster - cui iUud quoque laudi ducitur, discipulis olim tuis Aquinatis doctrinam sapienter tradidisse - nemo ignorat, etsi amplissimae dignitatis officiis universaque sacrarum Missionum procuratione distentum, nihilo secius, non tam religiosos Congregationis tuae spiritus retinuisse, ut proclive intellectu est, quam ipsum umbratilis vitae institutum ipsamque ardentis pietatis exercitationem multiplicem continuando exsequi. Quinquagesimum propterea professionis tuae natalem,, quem novimus in diem sextum decimum proximi mensis incidere, putamus tibi abunde daturum unde et benignitati Dei gratias agas maximas et ad.

mercedem, servo bono et fideli propositam promissamque, pleno fiduciae animo adspires. Bene igitur veniat natalis eiusmodi tuus, sitque ille tibi ob communem omnium, in primisque sodalium tuorum, laetitiam participationemque iucundus, ob paternum gratulationis Nostrae officium carior et ob caelestium gratiarum ubertatem beatissimus. Quarum conciliatrix, et singularis caritatis erga te Nostrae testis, sit apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis maii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IV

AD EGREGIUM VIRUM HERMANNU1I STOLBERG, PRAESIDEM CONSILII GENERALIS SODALITATIS GERMANICAE A S. BONIFACIO : EIUSDEM SOCIETATIS MERITA OPERAMQUE COMMENDAT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — De catholicis Germaniae inter acatholicos in « Diaspora » dispersis Sodalitas ista vestra, aliis quattuor sodalitatibus subsidiariam veluti operam navantibus, quam bene, quam praeclare merita sit abhinc annos quinque et septuaginta, postquam, afflante profecto Dei numine, Paderbornae condita est, rem putamus vulgo cognitam generatimque pervagatam; sed utinam ea omnes scirent ac perpenderent, quae officiosissimis nuper litteris, quasi quadam inita rerum ratione atque enumeratione, ad Nos attulisti. Etenim ingenti prorsus pecunia per id temporis spatium conrogata, effecit Sodalitas, ut in plus quattuor millibus civitatum oppidorumque cultus Sacramenti Augusti instauraretur Aliisque suis, spirituali praesidio et solacio destitutis, praesens Christus Iesus adesset; ut pueris puellisque sancte educendis paterent innumerabiles ludi, quorum hodie alteri, cum numerum discipulorum attigerint lege praescriptum, aerario aluntur, alteris collata adhuc a catholicis stipe prospicitur. Curante item Sodalitate vestra, domus orbistutandis erectae sunt centum et septuaginta, et sacerdotibus, quanto pluribus licuit, cotidiano victu comparato, sacri ministerii perfunctio inter catholicos sic disiunctos disiectosque est auspicato commissa. Quod quidem nobilissimum fidei caritatisque apud vos certamen, dignum decessoribus Nostris visum est, cui nunquam et benevolentiae et liberalitatis suae testimonia deesse paterentur; atque id ipsum apud Nos adeo valuit, ut

contininere Nos nequiverimus, quin frequenti clero in eiusmodi officiis elaboranti, quantum in Nobis erat, opitularemur. Verum, quod scribis, inusta sensim postremis hisce annis vitae christianae usui atque instituto vulnera auctumque operariorum numerum, qui in tales regiones ad victum quaeritandum abeant, Sodalitati plus negotii, quam antea, facessere, id sane haud mediocrem Nobis quoque curam sollicitudinemque commovet; atque, ut vos parati estis industriam ponere in tantarum necessitatum levatione maiorem, ita largior catholicorum munificentia actioni vestrae respondeat oportet. Advocamus igitur appellamusque in Bonifaciani Sodalicii auxilium omnes, quorum animi non omnino caritatis studium ac religionis exuerint; neque enim ii rem facere possint aut amantissimo hominum Bedemptori gratiorem aut saluti ipsorum suae utiliorem, quam si ab aeternae salutis discrimine civium fratrumque animas subduxerint ac vindicarint. Hac quidem spe tenemur consolamurque laetissima; atque iam nunc a Christo Iesu optima quaeque iis omnibus precamur, quotquot opem, pro viribus, sanctissimo apostolatui vestro sint posthac laturi. Tibi interea, dilecte fili, et Sodalitati, cui praees, universae, caelestium conciliatricem donorum paternaeque benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

- Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **III** mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

V

AD EE V. D. GEORGIUM LAURENTIUM CEA VEN, SACERDOTEM, PRAESIDEM LONDINENSIS SODALITII IN TUTELAM OEPHANOEUM, VULGO « CRUSADE OF RESCUE», CUIUS OPERAM COMMENDAT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Conditam ab annis quinque et sexaginta Londinii Societatem *Crusade of Reseue* nuncupatam, quae Regis Hispaniae Catholici patrocinio tegitur et Cardinali Archiepiscopo Westmonasteriensi praeside utitur, quanti, ob illud, ad quod spectat, propositum ob sanctissimamque caritatis suae exercitationem, faciamus, coniicere ex eo potes, quod universalis, quam secreto Dei consilio gerimus, paternitatis primam sibi vindicant potissimamque curam qui in Christi grege sunt ab omni praesidio, spe ab omni derelicti. Pueros enim catholicos utriusque sexus, parentibus orbatos, qui in fidei

discrimine versentur, recte instituendos hospitio excipitis; atque ex Sodalitatis lege, quae cum christiana caritate et fiducia mirifice congruit, nullum reiicitis, quocumque is ex loco ad vos mittitur, quantocumque vos aere alieno gravari opprimique contingit. Unde fit, ut pueri puellaeque in tutelam vestram ex Gallia, e Lusitania et vel e remotissimis imperii Britannici regionibus veniant; praetereaque, ut interdum tot orbis alendis, quot paterno animo admisistis, pecunia viresque non suppetant. Sodalitati igitur tam providae, tam misericordi, num quis opitulari recuset? Num quis ignorat, quo Christus Iesus amore puerulos diligat, qualemque faciat iacturam - sane omnium funestissimam - qui fidem amiserit? Itaque institutum istud vestrum, quemadmodum summis cumulamus laudibus, sic catholicorum omnium liberalitati vehementer commendamus. Qui autem vobis opem tulerint, iisdem, perinde ac tibi, dilecte fili, omnibus tuorum laborum sociis, et pueris puellisque procurationi caritatique vestrae concreditis, caelestium gratiarum auspicem et singularis benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VI

AD REV. D. CONSTANTIAM GUTBERLET, DOCTOREM, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, OB LONGAEVAM AETATEM PROBATISSIMUM MAGISTERIUM DIMISSURUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Insuetum ac prorsus mirabile tibi a Deo beneficium conlatum novimus, idest non tam ut septem et octoginta aetatis annos attingeres, quam ut, ad hanc usque gravissimam aetatem, in Seminario clericorum Fuldensi antea philosophiam scholasticam, sacrasque deinde disciplinas sapienter, annos duos et sexaginta, naviterque traderes. Huc praeterea accedit, quod, hoc tam diuturno intervallo, non modo ponderosa de philosophia ad usum scholarum volumina et satis multos, ad errores horum temporum refutandos, commentarios in lucem protulisti, sed etiam per annos plus triginta pervulgatissimam illam ephemeridem, cui *Philosophisches Jahrbuch* titulus, nomine et auctoritate Goerresianae Sodalitatis, edendam adhuc curasti. Atque ne ignoramus quidem, quam in colenda christiana sapientia apud cives tuos

doctissimosque ceterarum gentium viros maximam tibi laudem peperisti, eam decessores Nostros, honoribus tibi delatis, agnovisse. Quod autem ad Nos pertinet, cum docendi munus, viribus te deficientibus, dimissurus sis, volumus publice per has Litteras constet, quanta te existimatione et benevolentiae caritate prosequamur: neque enim minoris apud Nos es, quam apud decessores Nostros fuisti. Fruare igitur, post tot tantosque exantlatos in Ecclesiae utilitatem labores, mentissimo per eos annos otio, quorum haud mediocrem tibi cupimus accessionem ante quam caelestis remunerationis cumulatissima tibi Deus gaudia retribuat. Horum interea auspicem et propensae erga te voluntatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die v mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VII

AD EMUM P. D. ALPHONSUM MARIAM, TIT. S. MARIAE ANGELORUM IN THERMIS, S. R. E. PRESB. CARD. MISTRANGELO, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINUM, XXV AB INITO ARCHIEPISCOPATU ANNUM EXPLENTEM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Postulant singularia tua in Ecclesiam promerita, postulant item celsissima, quam obtines, dignitas et peculiaris benevolentia erga te Nostra, ut, quinto ac vicesimo exeunte anno postquam Florentinam Ecclesiam gubernandam suscepisti, eventi huius, tot nominibus laetabilis, sollemnia Nosmet ipsi participemus. Quae enim, hoc pastoralis muneris spatio, in tam amplae archidioecesis bonum egisti, ea, ut in studiosis insident gratissimisque tuorum animis, sic Nobis, quicquid ubique accidit consideratione dignum circumspicientibus, neque obscura sunt neque inexplorata. Clerus quidem populusque tuus hoc tibi laudi ducit, quod in Seminario maiore Universitatem theologicam redintegraveris et litterarum studia ad Apostolicae Sedis praescriptum digesseris; quod tria alia, quae apud vos sunt, Seminaria ingenti sumptu et non sine artifìcio refeceris atque amplificaveris, praetereaque Opus, quod Vocationum nuncupant, uberi cum utilitatum copia condideris ac provexeris. Quid, quod inter Conlegii Eugeniani clericos, qui, domi quisque suae degentes, cultui divino in Cathedrali Aede inferiores ministri, pro suo instituto, inserviebant, convictum communem-

que vitam,- statis disciplinae studiorumque legibus, induxisti? Quae quidem beneficia archidioecesi tributa eo pluris facienda existimamus, quod nisi magnis obortis devictisque difficultatibus, effici id omne non licuit. Sed alia curae pastoralis tuae argumenta ante oculos habemus tam memoratu digna, ut praeteriri eadem silentio non deceat. Dicimus visitationem omnium paroeciarum, quam primus, post remotissimum Sancti Antonini episcopatum, obiisti, atque eo quidem exitu, ut, praeter excitatas ad pietatem morumque sanctimoniam popularium voluntates, te auctore atque auspice Aedes sacrae et oratoria plurima, prout ferebat necessitas, aut renovata, aut laxata, aut a fundamentis exstructa sint; dicimus Synodum utilissime habitam, in qua dioecesanas leges, quae duorum paene saeculorum decursu consenuerant, ad recentiorem vitae usum consuetudinemque accommodavisti atque emendasti. Cum autem clerus tibi in medullis haereret, non modo eum in Societatem Praevidentiae, quam vocant, coire fissisti - ad quam, ut sibi pateret aditus, clerus quoque finitimarum dioecesium postulavit impetravitque - verum etiam sacerdotibus egenis, senibus aegrotisque excipiendis Convictum illum Ecclesiasticum aperuisti sane splendidissimum, de quo, praecipuo fortasse caritatis tuae opere, archidioecesis iure optimo gloriatur. Itaque erigito, dilecte fili Noster, animum in spem copiosae a Iesu Christo Pastorum principe remunerationis: cuius interea tamquam lib amenta habeas ea, quae grex tuus indixit in quintum ac vicesimum archiepiscopatus tui natalem sollemnia paratque edere communis laetitiae testimonia. Eiusmodi autem sollemnibus testimoniisque volumus Nostram antecedere gratulationem atque omina Nostra; cupimus enim tibi ex animo, ut quam diutissime incolumis integerque viribus serveris, quo ex tua actione maiora archidioecesis emolumenta atque incrementa capiat in posterum. Damus praeterea, ut eo die natali, qui erit huius mensis undevicesimus, adstantibus pontificali sacro benedicas Nostro nomine, proposita plena admissorum venia, usitatis condicionibus lucranda. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, atque universo clero et populo tuo, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

YIII

AD EMUM P. D. ANTONIUM, TIT. SS. MARCELLINI ET PETRI, S. R. E. PRESB. CARD. MENDES BELLO, PATRIARCHAM LISBONENSEM : DE COETU EUCHARISTICO E TOTA NATIONE LUSITANA.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Augustam Bracarum quotquot superiore anno sacerdotes laicique homines adierant, ut Coetui archidioecesis illius Eucharistico interessent, cum de habendo ibidem, huius anni decursu, Eucharistico e tota natione Lusitana Conventu concorditer decrevissent, iam tum res apparari coepta est, unde tanta eommoveretur spes vobis atque exspectatio revocandae ad suave Christi iugum civitatis. Quo enim coetus eiusmodi spectant, nisi ut Christus Dominus denuo regnet et in singulorum animis et in convictu domestico et in re publica et in societate hominum universa? Quod quidem Christi regnum non alia profecto instauratur via, nisi sanctissimarum eius legum acceptione et observatione, nisi caritate eius imperante, nisi divina eius regiaque dignitate publice agnita. Est autem experiundo compertum, ex Eucharisticis conventibus cum singulos domum reverti maiore incensos caritate, tum divina quadam vi ac virtute in iis ipsis coetibus insita populum tangi incitarique ad meliora universum. Quemadmodum enim Christus Iesus, cum in terris ageret et Galilaeam Iudaeamque docendo et sanando peragraret, multitudines ad se alliciebat atque attrahebat, ita, editis palam aperteque communibus fidei pietatisque testimoniis et Augusto Sacramento magnificentissimâ per urbes pompa delato ad adorandumque proposito, feliciter plerumque contingit, ut torpescentes per diuturnam religionis neglegentiam homines, et vel impii flagitiosique, ad Christum sub Eucharisticis velis latentem converti ac rapi se sentiant, et, lentitudine sua aut erroribus vitiisque comploratis, ad sinum miserentis Patris, recuperati iam filii, confugiant ac redeant. Ex quo quidem mirabili animorum motu non potest non consequi, ut in christianae societatis venas ac viscera novus ardor novusque veluti sanguis circumeundo influat. Conventus igitur Eucharisticus e tota natione vester, a calendis ad sextum proximi mensis diem agendus, minime dubitamus quin eas populo Lusitano afferat utilitates uberrimas, quas ex similibus alibi actis percipi antehac, Deo dante licuit. Quem ceteroqui exitum vel ea portendunt, quae in publicis sessionibus referenda inque variis coetibus disceptanda proponuntur: etenim quam apte ea ad sanctioris vitae usum atque ad inflammandos Eucharistiae studio animos pertineant, Nosmet ipsi perspeximus, cum libellum

Conventui ordinando, Nobis oblatum, attente perlegimus. Quamobrem inceptum vestrum non modo probamus et benedictionis apostolicae gratia, ut postulatum est a Nobis, augemus, verum etiam quasi eidem praeesse et honores Augusto Sacramento tribuendos participatione quadam Nostra provehere volumus. Itaque te, dilecte fili Noster, deligimus, qui et personam Nostram Augustae Bracarum sustineas et Conventui nomine Nostro praesideas; quem quidem Conventum, praeterquam quod efficiet Nuntii Nostri Apostolici, omnium e Lusitania Episcoporum, cleri frequentissimi plurimarumque catholicarum sodalitatum praesentia celeberrimum, effecturus es ipsemet et moderando utiliorem et romanae purpurae dignitate et Legati Nostri, quod geres, munere multo augustiorem. Omnes autem, qui illuc confluxerint, Nostris verbis hortare, ut Christum Iesum, qui, in tabernaculo abditus, tam amanter et nobiscum degit et nos suis carnibus alit et vitam ipsius suam nos vivere iubet, sic demum redament, ut huius ardor caritatis, in omne opus bonum erumpens, ad Ecclesiae apud vos prosperitatem patriaeque salutem redundet. Caelestium interea luminum gratiarumque auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, iisque universis qui Augustam Bracarum conventuri tecum sunt, apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xin mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IX

AD EMUM P. D. FRANCISCUM, TIT. S. PUDENTIANAE, S. R. E. PRESB. CARD. BOURNE, ARCHIEPISCOPUM WESTMONASTERIENSEM: DE MINORUM ORDINE ABHINC SEPTINGENTOS ANNOS IN ANGLIAM INVECTO.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Placet tecum per has Litteras de evento quodam in primis laetabili colloqui, quod, ut est cum fastis gentis vestrae sat arcte coniunctum, catholicorum istorum et vel ipsorum civium ab Romana dissidentium Ecclesia haud parum interesse putemus: scilicet de invecto istuc, abhinc septingentos annos, Minorum Ordine, duce Beato Agnello a Pisis, quem Franciscus Assisiensis, quasi a suo latere avulsum, non sine divino quodam instinctu, in Angliam, turbulenta tunc apud vos re publica, traiicere eum sociorum manipulo iussit. Hominem, qui Patris Legiferi spiritum copiose

imbiberat, longum est si pro merito commemorare velimus; at certe is, qui virtutibus seraphicis, ac praecipue ingenuitate et simplicitate animi, rigidissimaè paupertatis studio et fraterna caritate, summopere floreret, ita fratres suae gubernationi commissos ad sui imaginem similitudinemque vitae exemplo conformavit, ut aptissimos efficeret ad optima quaeque in Anglorum utilitatem patranda. Etenim, quo tempore caeca pecuniae cupiditate intemperato que humanae gloriae studio plerique Anglorum detinebantur, mirum quantum apud eos potuere evangelica paupertas rerumque omnium contemptus, quae in sodalibus Franciscalibus ducebant. Quamobrem, quas ipsi contiones ad populum habere frequenter consueverant, plurimum in iis inerat momenti atque efficacitatis ad mores emendandos animosque christianis virtutibus imbuendos, cum verbum Dei praedicarent « non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed « in ostensione spiritus et virtutis ». Cuius quidem rei testem spectatoremque inducimus episcopum eius temporis Lincolniensem, qui ad decessorem Nostrum Gregorium IX haec, anno **MOCXXXVIII**, afferebat: « Sciat « pro certo Sanctitas Vestra quod apud nostrates per dictos Fratres inae- « stimabilia perveniunt bona. Illuminant enim totam nostram regionem « praeclara luce praedicationis et doctrinae. Sua sanctissima conversatio « vehementer accendit ad mundi contemptum et spontaneam pauperta- « tem, ad humilitatem tenendam etiam in dignitate et potestate, ad prae- « standam omnimodam obedientiam praelatis et capiti ecclesiae, ad patien- **ce** tiam in tribulatione, ad abstinentiam in abundantia et, ut ad unum « dicam, ad omnium virtutum opera. O si videret Vestra Sanctitas quam « devote et humiliter accurrit populus ut audiat ab illis verbum vitae, « ut confiteatur peccata, ut instruatur in regulis vitae agendae, quan- « tumque ex eorum imitatione profectum suscepit clerus et religio, diceret « profecto quod habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis ». At vero tam frugiferum Franciscalium Provinciae Anglicae apostolatum multo patuisse latius, vel ipsi rerum civilium scriptores testantur. Minores enim apud regem primores que civitatis iura eorum, qui inique opprimerentur, libere animoseque tueri; ad Francisci Patris exemplum, qui Umbriae sibi carissimae et vel ceterarum Italiae regionum cives inter se reconciliare soleret, aut sponte ipsi sua aut a partibus acciti, controversias ac discidia factionum componere; in clero dignitatem sanctitatemque sacerdotalis muneris redintegrare ac stabilire. Quos quidem fructus ut tutius in clero populoque perciperent, non modo solida se ipsi doctrina excoluerunt expolieruntque constanter, verum etiam in publicis Athenaeis et in singulis Provinciae Custodiis theologicas facultates constituendas curarunt, quas celebrare unicuique liceret; libros praeterea in lucem protulere bene mul-

tos, quibus sacerdotes ad Sacramentum Paenitentiae rite ministrandum atque ad rectam divini verbi praedicationem percommode uterentur. Ex qua tam cupida ipsorum, cum christianae sapientiae provehendae, tum cleri ad apostolicum munus educandi, voluntate, effectum est, ut Studium generale Fratrum Minorum apud Oxoniam conderetur, tale profecto, ut inter praecipuas totius Ordinis laudes merito habeatur; qui enim ibi, hoc saeculorum decursu, sacras disciplinas aut tradidissent magistri aut discipuli didicissent, ex iis plures in summam claritatem gloriamque venerunt. Consuetudini autem familiari paene ac domesticae, quae Studio Minorum generali cum publico Oxoniensi Athenaeo, ab huius primordiis ad nostra usque tempora, perpetuo intercessit, egregie cordati viri acceptum iam concorditer referunt, si Oxoniensis studiorum Universitas inter reliquas Europae praestitit mox atque eminuit. Iamvero beneficia eiusmodi, dilecte fili Noster, ab Ordine Minorum in patriam vestram conlata, etsi Nos leviter ac veluti delibando tetigimus, digna tamen sunt, quae in luce totius Angliae, peropportuna eventi commemoratione, collocentur. Quae vero tres Franciscales Familiae in diem decimum futuri mensis septembris sollemnia apparant apud Cantuariam habenda, ea decet, te quidem praeeunte, clerum catholicosque ex Anglia viros participare, voluntate non tam grata - ut ceteroqui aequum est - quam ad profitendum in virtutibus proclivi atque alacri. Neque enim seraphicae virtutes aut obsolefactae aut minus necessariae hodie videantur, quando in hominibus, tanta ustis terrenarum opum aviditate invidiaeque flamma, et fides praeterea et integritas et antiqua simplicitas plerumque desiderantur. Quod si ex hac pulcherrimi eventi faustitate id solummodo lucri fiat, ut spiritum Francisci Assisiensis catholici apud. vos aliquanto pleniorem hauriant, iam quicquid ad sollemnia provehenda egeris, bene impensum id omne collocatumque existimabis. Caelestium interea gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, Moderatoribus provincialibus et sodalibus trium in Anglia Franciscanum Familiarum, itemque universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xin mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**;, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

X

AD R. P. D. ALCIMIUM GOURAUD, EPISCOPUM VENETENSEM: TERTIO PLENO SAECULO AB APPARITIONE SANCTAE ANNAE, PROPE AURAT.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Tertium affers completum iri proximo mense saeculum, ex quo, haud procul ab urbe vulgo *Auray* nuncupata, quae intra dioecesis istius tuae fines sita est, Sancta Anna, Beatae Mariae Virginis Genetrix, iterum iterumque cuidam pio homini dedit se conspiciendam; cuius indicio ac iussu, is, coram testibus, vetustissimam ipsius Annae statuam e terra eruit, quae ibi antiquitus, in sacello eidem dicato atque temporis iniuria collapso et deleto, a maioribus praecipua veneratione colebatur. Re quidem canonico iudicio probata doctissimorumque hominum confirmata sententiis, mos est sensim inductus, ut ad Aedem sacram eo ipso loco excitatam peregrini, non modo e Britannia vestra minore, sed etiam e tota Gallia, sine ulla intermissione, confluerent: quodsi, per eversionem rerum, quae apud vos duodevicesimo exeunte saeculo facta est, vetito publico Dei cultu, ingredi in eam Aedem excubiis munitam non licuit, licuit tamen mirabile capessere oculis spectaculum fidelium e Britannia, ante occlusas Sanctuarii fores flexis genibus orantium, ubi, deprecatrice Anna, prodigia tam multa tamque uberes spirituales gratias impetravissent. Superiore autem saeculo, peregrinantium nec imminutus est numerus nec pietas deferbuit; quin immo videntur fideles, si Lapurdum excipias, nusquam alio frequentiores per anni decursum convolare. Novum interea templum, collata undique ad exaedificationem stipe, pro vetere aedicula substitutum, idemque ex lapide numidico totum et structurae artifìciique puìcritudine admirandum: quod Apostolica Sedes Basilicae iuribus honoribusque augere non dubitavit. Neque hic decessorum Nostrorum benevolentia erga vos et Sanctuarium istud vestrum resedit; novimus enim, praeterquam quod Pius IX et statuam corona aurea redimiri suo nomine iussit et altari principi exstruendo marmora ex lapidicinis pontificalis territorii excisa suppeditavit, insignes a Leone XIII vobis Annae reliquias dono datas et eandem B. Mariae Virginis Genetricem sanctissimam a Pio X totius Britanniae minoris Patronam constitutam esse ac declaratam. Quibus quidem decessoribus Nostris num Nos cedere pietate deceat? Saecularia igitur sollemnia, quae, hoc anno, inde a die xxvi mensis iulii inchoanda, deliberatum vobis est per integrum annum produci et in ceteris quoque Britanniae minoris dioecesibus haberi, vehementer probamus, in iisque sic cupimus et tuam et Episcoporum

finitimorum desudare industriam, ut christifidelium animi per id temporis renoventur et ad vitae sanctitatem quoquo pacto evehantur. Quod ut facilius eveniat, auctoritate Nostra apostolica damus, ut peregrini omnes, qui die xxvi mensis iulii vertente anno, die **VII** mensis martii et xxvi mensis iulii anno proxime futuro et per octiduum singulos eos dies subsequens, Sanctuarium Beatae Annae, vulgo *tfAuray,* inviserint et rite expiati deque caelesti mensa refecti ad mentem Nostram oraverint, plenariam indulgentiam semel in die tuerentur; semel autem tantum per integrum saecularis anni decursum qui quovis alio die Sanctuarium adierint eademque, de quibus supra, peregerint. Volumus tamen, ut plenariae eiusmodi indulgentiae ab initio ad exitum Anni Sancti non vivis prosint, sed tantummodo ad defunctorum animas expiandas pertineant. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

2 maii 1924. — Cathedrali Ecclesiae Angelopolitanae praefecit R. D. Petrum Vera, Canonicum cathedralis de Queretaro ibidemque Seminarii Rectorem.

9 maii. — Cathedrali Ecclesiae Miletensi, R. P. D. Paulum Albera, hactenus Episcopum titularem Plaviopolitanum.

27 maii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Rosae de Osos, R. D. Michaelem Builes, ex eadem dioecesi.

13 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Gaudisiensi, R. D. Michaelem Gonzi, Canonicum theologum coadiutorem in Capitulo cathedrali Melitensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hieropolitanae, R. D. Iosephum Bombera, Capelîanum maiorem exercitus ceco-slovachi.

23 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Oklahomensi, R. D. Franciscum Kelly, parochum Sancti Francisci in *Wilmette,* archidioecesis Chicagiensis, eumdemque fundatorem et praesidem Societatis Ecclesiae Catholicae incrementis procurandis (Catholic Chureh Extension Society).

— Cathedrali Ecclesiae Natchetensi, R. D. Richardum 0'Gerow, parochum cathedralis Mobilensis.

II

DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594, § 2, Cod. iur. can., pro appellationibus:

Archiepiscopus Tegucigalpensis designavit Ordinarium Sanctae Rosae de Capan.

Archiepiscopus Montisvidei, Ordinarium Saltensem.

Quas designationes Ssmus Dnus Noster, decretis S. C. Consistorialis, approbare ratasque habere dignatus est.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

EPISTOLA

AD ITALIAE ORDINARIOS: DE PUERIS CHRISTIANA CATECHESI IMBUENDIS

Emo Monsignore, •— Il ripristinamento dell'insegnamento religioso nelle scuole primarie ha riempito di liete speranze ognuno cui stia a cuore il bene degli individui, della famiglia e della società; giacché il catechismo, benché piccolo di mole ed umile in apparenza, è in realtà divinamente grande e sublime.

Esso contiene gli elementi destinati a nutrire ed irrobustire la vita dello spirito; esso solo può formare coscienze forti e pronte a combattere gli appetiti che spingono l'uomo in basso, e tendono a gettarlo nel fango, rendendolo zimbello delle proprie cieche passioni.

Il catechismo insegna all'uomo l'esistenza di Dio che, come padre amoroso, veglia su di lui, vuole il suo bene, la sua salute temporale ed eterna.

Esso gli fa conoscere donde viene, dove va, qual via deve tenere per giungere al suo fine. Gli fa comprendere l'eccellenza dell'anima sua, riscattata al prezzo di un valore infinito: il Sangue di Gesù Cristo; e in conseguenza la nefandezza del peccato, che non solo lo trascina alla perdizione eterna, ma offende gravemente la grandezza e maestà di un Dio, che ci ha amati *usque ad mortem,* e che quindi è degno di tutta la nostra gratitudine ed adorazione.

Gli inculca la necessità di amare il prossimo come se stesso, di posporre l'interesse privato a quello pubblico, ed il dovere di dare anche la sua vita per il bene superiore della Eeligione e della Patria.

Gli fa infine conoscere i mezzi da Gesù Cristo messi a disposizione di ognuno per conseguire la grazia di cui abbiamo bisogno per la nostra santificazione.

Il catechismo contiene così un complesso di verità sublimi, di leggi, di precetti, di mezzi atti a condurre chiunque alla propria perfezione.

È dunque evidente che un argomento di importanza sì capitale, di una vastità e profondità tanto grande, richiede uno studio assiduo, prolungato, che non può affatto esaurirsi nelle scuole elementari.

Ed è da ritenere che non vi sia parroco in Italia, il quale possa pensare che basti al fanciullo l'istruzione catechistica impartita nelle scuole primarie, e pòssa esimersi dalla rigorosa osservanza delle sante leggi della

Chiesa, le quali impongono agli aventi cura d'anime l'obbligo strettissimo di insegnare il catechismo (can. 1329 e segg. del Cod. di dir. can.).

L'insegnamento che si imparte nelle scuole elementari non può essere sufficiente alla formazione completa del cristiano: i fanciulli impareranno a memoria alcune preghiere, il decalogo, il *Credo;* acquisteranno nozioni generah su vari punti della Dottrina Cristiana; ma far sì che ne abbiano una cognizione più precisa e proporzionata alla loro intelligenza è riservato ai parroci, agli aventi cura d'anime.

Ad essi, in modo tutto particolare, la Chiesa ha affidato la delicata ed importantissima missione di nutrire e sviluppare, con l'insegnamento del catechismo, la vita spirituale dei loro parrocchiani.

Essi, più di ogni altro, sono in grado di adempiere questa missione, che esercitano in nome e con l'autorità stessa della Santa Chiesa.

Essi, che hanno per molto tempo atteso di proposito a studi speciali, sono più atti a tale officio, e certamente avranno dal Signore le grazie necessarie per rispondere al grave compito a cui sono chiamati.

Ne è da trascurarsi la circostanza del giorno e del luogo ove ordinariamente il parroco esplica il suo ministero.

Il tempio stesso e il giorno di Domenica contribuiscono efficacemente ad imprimere nell'animo dei giovanetti un più alto senso della bellezza della Eeligione, un più urgente bisogno di seguirne la morale, un più vivo desiderio di attingere ad Essa i conforti divini.

Ed è anche evidente che l'insegnamento catechistico parrocchiale ai fanciulli, oggi più che mai, deve essere fatto dovunque con scrupolosa diligenza, usando di tutti quei mezzi, che eminenti catechisti hanno tanto accuratamente indicati ed illustrati; e ciò gioverà anche a formarsi un'esatta cognizione dell'ampiezza e del grado dell'insegnamento religioso delle pubbliche scuole e ad opportunamente integrarlo.

Si rivolge quindi calda preghiera ai Rmi Ordinari affinchè vogliano richiamare sul delicato argomento l'attenzione dei parroci ed aventi cura d'anime, ricordando ad essi la grave responsabilità che loro incombe dinanzi a Dio ed alla società.

Ed in modo speciale facciano presente ai genitori il gravissimo obbligo di educare cristianamente i figli, obbligo che non verrà totalmente adempiuto, se non cureranno che questi siano assidui all'insegnamento parrocchiale del catechismo (can. 1335 Cod.).

Si tratta deUa salute eterna dei figli, e ne dovranno rendere al Signore strettissimo conto.

I Rmi Ordinari informeranno questa Sacra Congregazione intorno ad un argomento tanto importante nella relazione triennale che dovranno

fare a norma dei Motu Proprio *Orbem catholicum* dei 29 giugno 1923 *(Acta Ap. Sedis,* anno XV, vol XV, n. 7, pag. 327), col quale venivano date istruzioni circa l'insegnamento catechistico.

Si partecipa che i medesimi Ordinari trasmetteranno la detta relazione per turno col seguente ordine: gli Ordinari dell'Italia superiore nell'anno .1925; gli Ordinari dell'Italia media nell'anno 1926; gli Ordinari dell'Italia inferiore nell'anno 1927.

Fiducioso che il lavoro concorde per il ritórno della società alla Verità Cristiana affretti l'attuazione del programma del Santo Padre: « La pace « di Cristo nel regno di Cristo », Le offro i sensi del mio ossequio, e mi raffermo di V. S. Ema

Eoma, 23 aprile 1924.

affino

DONATO CARD. SBARRETTI, *Prefetto.*

L. & S.

f Giulio vesc. tit. di Lampsaco, *Segretario.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevi Apostolico nominatus est:

28 aprilis 1924. — *Vicarii Apostolici insularum Sandviegensium in Oceania Coadiutor cum iure successionis,* B. D. Stephanus Alencastre, e Congregatione Ss. Cordium.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide decreto 28 maii 1924 renunciavit ad suum beneplacitum E. D. Henricum Smeets e Congregatione Presbyterorum Ssmi Cordis, *Praefectum Apostolicum de Beng-lcoelen.*

Insuper litteris eiusdem Sacrae Congregationis: B. D. Stephanus Breyer, Protonotarius Ap. ad instar et Canonicus metropolitanae Strigoniensis, nominatus est Praeses Consilii Nationalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei, *pro Hungaria;* B. P. Maturinus Ichanno, Praeses provincialis Congregationis Iesu et Mariae (vulgo *Eudistes),* Praeses Consilii Nationalis eiusdem Pontificii Operis *pro Columbia.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

PASSAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FR. CONRADI A PARZHAM, LAICI PROFESSI ORDINIS MINORUM SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Quod sancti fundatores Ordinum et Congregationum, eorumque gloriosae familiae religiosae, in conspectu Angelorum psallere et canere videntur, Seraphicus Pater Franciscus omnesque eius fratres ac filii Deum collaudantes ingeminant evangelicis divini Eedemptoris verbis: « Confìteor « tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus « et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit place citum ante te » (Matth., XI, 25-26). Bamulus ille, quasi per manus S. Francisci e radice sui Ordinis avulsus, eoque mandante et benedicente, per Fratrem Caesarium a Spira in terram Teutonicam olim transertus, saeculorum decursu, succrescens arbor ingens effectus est, et, sicuti alii similes ramuli, in alias terras et regiones translati et propagati, suas quoque propagines bonosque fructus gignere ac dilatare non desinit. Ex illa terra et arbore, postremis hisce temporibus, prodiit Dei Famulus Fr. Conradus a Parzham, laicus professus Ordinis Minorum Capuccinorum, merito comparatus cum Ven. Fr. Mariano ab Arce Casali, laico professo Ordinis Fratrum Minorum, e celebri coenobio S. Francisci, oppidi tunc *Civitella* nunc *Bellegra,* Abbatiae Sublacensis, nullius dioecesis, cuius virtutes, in gradu heroico exercitae, Apostolico decreto nuper approbatae sunt. Utriusque religiosi vita aequaliter effulget, eiusque forma, quasi naturalis nota, ita fideliter expressa ostensa est: « Labor, oratio, virtus, in humili officio « quadragenario ianitoris conventus ». - In praedio rurali *Venus* nuncupato, apud *Parzham,* paroeciae *Weng,* dioecesis Passaviensis, die 22 decembris 1818, ortus est Dei Servus, eaque die, in ecclesia S. Wolfgangi baptizatus, indito nomine Ioanne Evangelista. Nonus ex filiis Bartholomaei Birndorfer et Gertrudis Niedermayer coniugum temporalibus et spiritualibus bonis satis divitum, horum curis et exemplis puer adolevit, mysteriis fidei, honestate morum et pietatis operibus congruenter instructus. Perceptis litterarum rudimentis, adolescens, quum paternae domus locique natalis esset amator, et ingenio ac indole magis ad solitudinem et

recessum inclinatus, potius quam in media iuvenum turba, gravioribus disciplinis ac studiis operam daret, vitam in Deo absconditam agere et in christianae perfectionis itinere incedere coepit. Itaque, hominum commercium evitans, suas inveniebat delicias in templo, ad altaria Ssmi Sacramenti et Beatae Mariae Virginis, laudes, preces et invocationes, potissimum rosarías, effundens, crebro sibi aequales in socios adsciscens ad pietatis exercitia et Sacramentorum frequentiam. Matre primum, dein etiam patre orbatus, mortalis vitae brevitatem rerumque temporalium vanitatem, tamquam umbram transeuntem, recogitans, contemptis illecebris, opibus et honoribus, quibus praesertim iuventus allici ac trahi solet, pauperibus et egenis satis amplum patrimonium relinquere, seque totum in Dei famulatum mancipare statuit. Hoc animi consilio et fervore motus, curavit primum in aliquo Ordine religioso initiari ad sacra, ut, sacerdotio auctus, animarum saluti operam suam navare satageret. Attamen, se suasque vires serius perpendens, et precibus, consiliis supernaque luce illustratus, novit sibi esse reservatam humiliorem et fructuosiorem conditionem, nempe inserviendi Deo labore, oratione et virtute in statu Fratris Laici. Itaque, sub anno 1851, die 17 septembris, in Ordine Fratrum Minorum Capuccinarum, quem ipse optaverat ac petierat, a Superioribus receptus, tyrocinio laudabiliter expleto, in coenobio loci *Laufen,* archidioecesis Monacen.-Frisingen., die 4 octobris anni 1852, solemnia vota professus est. Paulo post a Praeside Provinciae religiosae ad coenobium S. Annae, civitatis Vetoéttingae *(Altötting* in Bavaria) vocatus, quum eius prudentia, patientia et caritas Superioribus nota esset ac probata, ad illius coenobii arduum et grave ianitoris officium destinatur, quod Frater Conradus, verus Patris Francisci filius, obediens, humilis et laetus suscepit et usque ad obitum retinuit, quasi alterum apostolatum religionis et sanctimoniae. Siquidem Conventus ille S. Annae, qui, aedis amplitudine et numerosa familia inter cetera Provinciae Bavaricae coenobia praestabat, celebratus quoque erat propter animarum curam et incolarum ac peregrinorum devotionem et concursum ad invisendam et exorandam Beatissimam Virginem Mariam devotissima Imagine expressam et in ecclesia coenobio proxima publicae venerationi propositam. Singulis annis, praesertim ex Germaniae et Austriae regionibus, ter centena millia et ultra peregrinorum illuc confluebant. - Quod attinet ad religiosam Fratris Conradi perfectionem Acta historica praedicti Conventus et Ordinis, tempore aequalia, et subsequentis Processus Informativi Passaviensis, praeclara tradunt exempla de studio voluntatis Dei in omnibus adimplendae, de votis professis castitatis, obedientiae et paupertatis, de spiritu orationis et elevationis mentis ad caelestia, de perseverantia

in bonis operibus ac zelo divinae gloriae. Ex eodem fonte eruitur quod Dei Famulus peculiari pietatis affectu ferebatur in Sanctissimam Eucharistiam, in Passionem Dominicam, in Beatissimam Virginem Mariam. Eosarium manibus continuo tenebat ac devote recitabat, divini amoris et nostrae reparationis mysteria fervide recolebat piamque *Viae Crucis* exercitationem frequenter agebat. Ratione autem muneris eidem concrediti, paucis clarisque verbis in praenotatis Actis ita describitur: «Fr. Con- «radus ultra quadraginta annis ianitoris officio functus est omni cum « diligentia, discretione et insuperabili patientia, semper bumilis, pii, devoti, « simplicis, maturi et laboriosi fratris partes explens ... Nemo nostrum «ianitorem, nec murmurantem et morosum, nec detrabentem vel temere « iudicantem, nec unum verbum inutile et superfluum proferentem audi- « vit.... Materna caritate recreabat famélicos pueros, peregrinantes paupe- « res, egentes operarios et alios ad portam petentes panem, cibos et potum. « Industriosa caritate omnibus, quacumque ex causa, Conventum acceden- « tibus servire satagebat, nemini dans repulsam ». Quibus omnibus ipse opinionem boni et sancti ianitoris apud suos et exteros sibi conciliaverat. - Neque Servo Dei defuisse videntur quaedam dona supernaturalia, quae dicuntur gratis data, a Deo omnium bonorum auctore et largitore eidem concessa, prout in Actis Processualibus innuuntur, nempe: globuli ignei vel aurei visi ab ore orantis prodeuntes et ad prodigiosam imaginem B. Mariae Virginis evolantes, arcana et abscondita cordium revelata, spiritus propheticus, et in eius manibus multiplicatio panis ut multitudini pauperum, panem et caritatem quaerentium, Deo adiuvante, satisfaceret. - Tandem Frater Conradus, senio et labore debiiitatus, repentino lethalique morbo correptus, Sacramentis piissime susceptis, Vetoettingae, in Conventu S. Annae, intra cellam Matris Dei nuncupatam, uti « servus bonus et fidelis » inventus et appellatus, festinanter ingressus est in aeternam requiem perfectumque gaudium Domini sui, die 21 aprilis anno millesimo octingentesimo nonagésimo quarto, aetatis septuagesimo quinto et religionis quadragesimo tertio. - Exuviae postridie delatae sunt in templum ibique expositae ad fidelium voluntatem et devotionem fovendam et implendam. Persolutis autem iustis funebribus, die 24 aprilis, comitante piorum turba, in communi Fratrum sepulcro, intra clausuram sito, humatae sunt. Decem post annos, nempe die 14 octobris 1912, eaedem exuviae, in vetus S. Annae templum translatae, digniore loco et apposito titulo honoratae quiescunt. - Interim fama sanctitatis Servi Dei, in vita et post obitum magis in dies aucta et diffusa, etiam ob varia signa et prodigia eius intercessioni attributa, excitavit Einum Episcopum seu Ordinarium Passaviensem ad conficiendum super ea Procès-

sum Informativum. Quo absoluto et Romam ad sacram rituum Congregationem transmisso, servato iuris ordine, quum, revisione scriptorum eiusdem Servi Dei peracta, nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, et omnia in promptu sint ad causam agendam, instante Rmo P. Raphaele a Vallefinaria, Ordinis Minorum Capuccinorum postulatore generali, Superiorum totiusque Ordinis vota depromente, attentisque litteris postulatoriis Personarum etiam suprema dignitate praestantium, quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, atque Ordinum Religiosorum, potissimum Provinciarum Bavariae, Germaniae et Austriae, atque Professorum R. Academiae Passaviensis, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Andreas Frühwirth, Ordinis Praedicatorum, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.* - Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 20 maii anno 1924.

Facta de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Fr. Conradi a Parzham, laici professi Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum, die 28, eisdem mense et anno.

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. £g S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

CONSTANTIEN. ET ABBINCEN.

CANONIZATIONIS BEATAE MARIAE MAGDALENAE POSTEL, VIRGINIS, FUNDATRICIS ET PRIMAE SUPERIORISSAE GENERALIS INSTITUTI SCHOLARUM CHRISTIANARUM A MISERICORDIA.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam ab Apostolica Sede eidem Beatae venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Apostolicum hoc Decretum ad Beatam pertinet Mariam Magdalenam Postel, de cuius vita, virtutibus rebusque gestis recens adhuc memoria viget et florescit, quum nondum plenum abierit vicennium, ex quo eidem, solemni Apostolicae Sedis iudicio, Beatorum caelitum decreti sunt honores.

Quumque, e vetusto receptoque Ecclesiae more, publici et ecclesiastici cultus auspicari et consecrari soleant primitiae per novensilis Beati aut Beatae imaginem sacrasque reliquias publicae propositas venerationi fidelium, per vitae commentarii diribitionem et per sacrosanctum Missae sacrificium Deo perlitandum in honorem Beati aut Beatae ipsius, quod, cunctis hisce positis, consentaneum plane erat, id profecto, facile brevique temporis intervallo, est consequutum. Quandoquidem, datum quum fuerit per universam discurrere praefatae Beatae Mariae Magdalenae Postel aetatem, quae integri fere saeculi aequavit spatium, crebrosque obviam habere et praecellentes singularum virtutum actus, qui ipsi Mariae Magdalenae iure meritoque christianae heroidis nomen pepererunt atque meritum, simulque suspicere passim et admirari quum licuerit supra naturam dona, quibus sanctitatem Famulae suae fidelis confirmare et illustrare dignatus fuerat Deus; ista sane omnia, quod secum fore allatura spei locus erat, attulerunt reapse.

Cernere quippe fuit adauctum valde eoque magnopere conversum Christifidelium studium, ut ex eiusdem Beatae Mariae Magdalenae Postel vita praeclarisque vivendi agendique propositis exemplis, magis et aptius quo per ipsos liceret, fidem Christifideles sumerent ad imitandum, atque in mediis, quibus cum animae tum corporis sexcentis premuntur adversis, ad eamdem fidentius confugerent Beatam Mariam Magdalenam, eiusque praesens et validum exorarent patrocinium.

Quocirca e multis variisque, quae omnipotens et misericors Deus, apud Ipsum deprecatrice interposita Beata Maria Magdalena Postel, aegrotis hominibus largitus fuerat, beneficiis, eisdem a morbis et infirmitatibus, quibus miserrime conflictabantur, optatam impertiendo liberationem, solertes et actuosi actores binas a morbis selegerunt et ad cognoscendum subiecerunt sanationes, quae, aerem et severam post adhibitam disceptationem, eiusmodi inventae fuerunt, quae veri nominis prodigio essent adiudicandae, sicut insigni documento exstat non ita pridem apostolica auctoritate duobus super miraculis editum solemniterque promulgatum Decretum.

Pactum ita est, ut quae servanda e praescripto erant legis, cuncta et singula rite recteque fuerint servata. Eapropter in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae, die decima octava superioris mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Antonium Yico, causae Belatorem, Dubio: *An, stante approbatione duorum miraculorum, post indultam a Sede Apostolica Beatae Mariae Magdalenae Bostel venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* qui convenerant tum Beverendissimi Cardinales tum Patres Consultores: *tuto procedi posse,* unanimi omnes suffragatione censuerunt respondendum. Verumtamen tam grave iudicium suprema claudere sententia Sua distulit Sanctissimus Dominus noster, ut interim, communibus fervidisque fusis precibus, in tanta re definienda maiora Sibi a Patre luminum auxilia compararet.

Hodierna vero Dominica, solemnissima Pentecostes die, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes advocari iussit Eeverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Eufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Belatorem, una cum E. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem Beatae Mariae Magdalenae Postel Canonizationem.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas sub Plumbo de Canonizationis solemnibus, quandocumque Sanctissimo Domino Nostro placuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri mandavit sexto idus iunii anno MDCCCCXXIV.

£g A, **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. £g S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BOBIEN. SEU IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE GIANELLI, EPISCOPI BOBIENSIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS FILIARUM MARIAE SANCTISSIMAE «AB HORTO» NUNCUPATORUM.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Heroicis probatis virtutibus, quibus venerabilis Dei Servus Antonius Maria Gianelli qua sacerdos, qua parochus, qua episcopus inclaruit, divinum succedit testimonium, quod, eloquenti miraculorum voce, easdem ratas habet confirmatque virtutes, docente Angelico Doctore: « Vera mira-
it cula non possunt fieri nisi virtute divina: operatur enim ea Deus ad
« hominum utilitatem: et hoc *dupliciter: uno* quidem *modo* ad veritatis
« praedicatae confirmationem: *alio modo ad demonstrationem sanctitatis ali-*
is, *cuius, quem Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis: primo*
«autem *modo* miracula possunt fieri per quemcumque, qui veram Eidem
« praedicat, et nomen Christi invocat: quod etiam interdum per malos
«fit; et secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere...:
((.secundo autem *modo* non fiunt miracula, *nisi a Sanctis, ad quorum san-*
« ctitatem demonstrandam miracula fiunt... » (2^a 2^{ae}, q. 178, a. 2 in *corp.).*

Quo igitur tanti ponderis tantique momenti opportune instruerent Causam, alterum hoc stadium, quod de miraculis est, impigro fidentique animo ingressi fuerunt actores; utque e priori, quod heroicis super virtutibus iniverant, certamine, docta peritaque communiti defensione, superiores discesserant, ita hanc alteram, quam super miraculis instauraverant contentionem, sedula experrectaque Patroni opera, cum victoria pariter sese conclusisse iure meritoque laetantur.

E duabus porro, de quibus agitur sanationibus, quaeque venerabilis Dei Famuli Antonii Mariae Gianelli, Bobiensis episcopi, intercessioni referuntur acceptae, quae proposita primo loco fuit quaeque sororem respicit Melaniam Olcese, in quasdam, inde a disceptationis limine, incidit difficultates. Quas tamen vinci et superari contigit auspicato, ducibus iudicialium actorum serie, dignitate atque praestantia; nec non praeeuntibus et veluti lumen admoventibus viris in arte peritis. Revera, etsi concedatur morbosae syndromi, quae in sororis Melaniae sese prodiderat

aegrotatione, nonnulla quoque admisceri visa esse, *functionalia,* ut vocant, phaenomena, quae quamdam arguere sinerent hystericam affectionem, nihilominus ex indubiis omnino certisque innotuit patuitque signis eamdem sororem Melaniam *organica,* seu *anatomica* et *pathologica* laborasse laesione, eaque eiusdem sororis Melaniae infectos praesertim planeque corruptos fuisse pulmones. Unde si qua hysterica obtendi velit affectio, haec tamen, dubio procul, nequaquam efficere id poterat, ut scilicet quae potissimum in sororis Melaniae pulmonibus peculiares patratae iam erant destructiones, perinde esset atque eaedem non exstarent amplius. Quin immo hysterica haec affectio praedictis materialibus adiecta laesionibus, et easdem graviores et longe debiliores reddere debebat in dies totius corporis vires ita nempe, ut, concordi medicorum iudicio, quavis in humanis praecisa salutis spe, ad venerabilem Dei Servum Antonium Mariam Gianelli conversus fuerit animus eiusque imploratam auxilium. Et ecce insignis repente fit rerum conversio, profundaque immutatio; quaeque organico ex morbo subsequitur sanatio, uti eam iudiciales enarrant describuntque tabulae, duplici qualitate sese ostendit praeditam; subitam nempe atque perfectam; ideoque prodeunt, hoc ipso, quae requiruntur, elementa, quibus efficitur et comprobatur miraculum, prout ex vera germanaque miraculi ipsius notione recta necessarioque descendit. Faciliore quidem, sed considerata non minus et efficaci ratio cinatione evincitur, alteram quoque Eulogii Palacios sanationem veri nominis prodigio esse adsignandam. Constat namque vulnus eiusdem Eulogii ventri illatum, quod paullo ante suppurabat adhuc et putrescebat, post tamen venerabilis Dei Famuli Antonii Mariae Gianelli peractam invocationem, vulnus nimirum, quod illuc usque suppurabat et putrescebat, consanuisse statim, simulque devictam etiam et debellatami acutam evanuisse, diffusam et purulentam, quae derivata fuerat, peritonitidem; quod sane sine miraculo fieri non potuisse, una cum medicis et chirurgis aliisque physicarum rerum prudentibus quivis recti suique iudicii homo agnoscere cogitur atque fateri.

Equidem, confecta prius et praeiacta utriusque facti iuridica probatione; in medicis et chirurgicis disciplinis exquisita probatissimorum peritorum, sententia, ab eisque allatis et aptis ad persuadendum perpensis argumentis; philosophica et theologica miraculi conceptione in memoriam revocata, qua opus erat, adquisita est potestas perficiendi et absolvendi istam, quae instituta ante biennium fuerat, quaestionem; post binas enim, quae praecesserant, antepraeparatoriam videlicet et praeparatoriam, Congregationes, generalis habita est Congregatio, quae, die vigesima septima proxime praeteriti mensis maii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Caietano

Bisleti, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suas ex ordine pandiderunt sententias, quas Sanctissimus Dominus noster intento laetoque quidem animo est persecutus, sed, quum maximi momenti res in deliberatione versaretur, supremum Suum iudicium Sibi de more prorogandum duxit, fervidis interea foederatis que Deo effusis precibus, caelestis luminis praesidium et copiam enixe impetraturus. Quumque mentem Suam manifestam postmodum facere statuisset, hodiernam designavit auspicatissimam Dominicam diem; in ea quippe, ob adventum Spiritus Sancti, solemnia recoluntur. Quapropter, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis sororis Melaniae Olcese a tuberculosi pulmonali ad ultimum stadium deducta;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis JSulogii Palacios a gravi vulnere una cum acuta, diffusa et purulenta, quae subsecuta fuerat, peritonitide.*

Hoc Decretum in vulgus edi, et in acta sacrae rituum Congregationis inseri mandavit sexto idus iunii anno **MDCCCCXXIV.**

A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

VICARIATUS APOSTOLICI DE SCIANTO^ MERIDIONALI

NULLITATIS MATRIMONII (HUJUNGrMAO—LUDANÛ)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Mariae Ludanû, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. E. Eotae (Eoma, via delia Dataria, 94) die 13 octobris 1924, bora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis Dñae Mariae Ludanû curare debent, ut ut de hac edictali citatione ipsa moneatur.

E. Chimenti, *Ponens.*

L. œ S.

Ex Cancellaria Tribunalis S. E. Eotae, die 13 iunii 1924.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Marie Ludanû, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Eote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94) le 13 octobre 1924, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage, dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Marie Ludanû, devront,. dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 21 giugno la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza Sua Altezza Imperiale Eas **TAFARI MACONNEJST,** Principe Ereditario, Reggente di Etiopia.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 3 giugno 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Particolare,* nella quale gli Eminentissimi Signori Cardinali ed i Reverendissimi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari per la Causa di Beatificazione o Dichiarazione del Martirio dei Servi di Dio Giovanni De Brébéuf, Gabriele Laiemant, Antonio Daniel, Carlo Garnier, Natale Chabanel, Isacco Jogues, Renato Goupil e Giovanni de la Lande, della Compagnia di Gesù, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

2. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nelle Curie ecclesiastiche di Parma e Malines, sopra miracoli da Dio operati per intercessione della Beata Teresa del Bambin Gesù, dopo la sua Beatificazione.

3. Nuova disquisizione sopra la validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia Vescovile di Vannes, sopra la fama di santità di vita, virtù e miracoli in genere del Ven. Servo di Dio Giovanni Maria Robert de la Mennais, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Fratelli dell'Istituzione Cristiana e delle Figlie della Provvidenza.

4. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari per. la Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Placido Baccher, Sacerdote secolare del Terzo Ordine di S. Domenico, Rettore della vecchia chiesa del Ssmo Nome di Gesù in Napoli.

5. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria di Gesù Deluil Martiny, Fondatrice delle Figlie del Cuore di Gesù.

6. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari per di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Giovanna Antida Thouret, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità.

7. Intorno alla validità dei Processi per la Cansa di Beatificazione o Dichiarazione del. Martirio e causa del Martirio, segni e prodigi, nonché del non

culto dei Venerabili Servi di Dio Emmanuele Euiz e sette Compagni martiri, dell'Ordine dei Frati Minori, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

8. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia Vescovile di Cartagena e Murcia sopra un miracolo da Dio operato per intercessione della Ven. Serva di Dio Maria Angela Astorch, Monaca Cappuccina, Fondatrice dei Monasteri di Saragozza e Murcia.

9. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti, Fondatrice della Congregazione delle Suore di S. Dorotea.

.10. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia Vescovile di Brescia sopra miracoli da Dio operati per intercessione della Ven. Serva di Dio Bartolomea Capitanio, Fondatrice primaria dell'Istituto delle Suore della Carità, in Lovere, Diocesi di Brescia.

11. Finalmente intorno alla sentenza del Giudice delegato dal Vescovo di Novara, circa il culto non mai prestato al Servo di Dio Contardo Ferrini, Professore nell'Università di Pavia, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII.

Martedì, 17 giugno 1924, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del Santissimo Sacramento, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria* dei Sacri Eiti, nella quale dai Emi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dello stesso Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si e degnato di nominare:

Prelati Domestici di 8. 8.:

1 febbraio 1924. Monsig. Francesco Saverio Kiefl, della diocesi di Eatisbona.
24 maggio » Monsig. Edoardo Dempsey, dell'archidiocesi di S. Francisco di California.
13 giugno » Monsig. Colomanno Jeszenszky, dell'archidiocesi di Strigonia.
14 » » Monsig. Dionisio I. Duggan, della diocesi di Trenton.
21 » » Monsig. Pietro Giovanni van Heyster, della diocesi di Green-Bay.
23 » » Monsig. Paolo Blaho, dell'archidiocesi di Strigonia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

30 *maggio* ***1924.*** Al sig. Leone Malliè (Belgio).
11 *giugno* » Al sig. Giovanni Battista Letellier de St-Just, dell'archidiocesi di Québec.
21 » » Al sig. comm. Fortunato Federici (Roma).

*La Gran Croce dell'Ordine di **S.** Gregorio Magno, classe civile:*

20 *maggio* ***1924.*** Al sig. Don Carlo Fort y Morales de los Rios, Conte de Morales de los Rios (Spagna).
16 *giugno* » Al sig. Gerardo Goemaere, della diocesi di Namur.

*La Commenda dell'Ordine di **S.** Gregorio Magno, elasse civile:*

24 *maggio* ***1924.*** Al sig. Gerardo van der Aa, della diocesi di Harlem.
26 » » Al sig. Calisto Dagneau, dell'archidiocesi di Québec.
» » » Al sig. dott. Giulio Dorion, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Federico Canac-Marquis, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Filippo Turgeon, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Arturo **Valle,** della medesima archidiocesi.
1 *giugno* » Al sig. avv. Giovanni Antonio Emmanuele Néllis (Parigi).

*Il Cavalierato dell'Ordine di **S.** Gregorio Magno, classe civile:*

20 *febbraio* ***1924.*** Al sig. Giovanni Kurtyák, dell'archidiocesi di Munkacs.
12 *marzo* » Al sig. Paolo Dubost, dell'archidiocesi di Malines.
8 *aprile* » Al sig. Ludovico Vierne, dell'archidiocesi di Parigi.
lo *maggio* » Al sig. Camillo Tulpinck, della diocesi di Bruges.
16 » » Al sig. Carlo Wambergue, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Eugenio Duverdyn, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Clabaut, della medesima diocesi.
20 » » Al sig. Giorgio Debat-Ponsan, della diocesi di Tolosa.
24 » » Al sig. Leone Maria Peretié (Adrianopoli).
» » » Al sig. Gustavo de Hennin de Bossu Walcourt, dell'archidiocesi di Malines.
30 » Al Sig. Eduardo Prenat, della diocesi di Lione.
» » » Al sig. Alberto Pohl, della diocesi di Breslavia.
1 *giugno* Al sig. Filippo Aquari (Roma).
2 » » Al sig. Ernesto Delune, dell'archidiocesi di Malines.
14 Al sig. Giuseppe Bertuetti, della diocesi di Brescia.
» » Al sig. Paolo Ebranati, della medesima diocesi.
18 » » Al sig. Giacomo Giovanni Verbeeten, della diocesi di Breda.
23 » » Al sig. Giuseppe Joos, dell'archidiocesi di Colonia.
25 » Al sig. Agostino Webel, della diocesi di Magonza.

II Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

5 giugno 1924. Al sig. Amato Lengrand, presidente dell'Associazione dei vecchi zuavi pontifici del Belgio.
» » » Al sig. Vittore Jaubert, vice-presidente della medesima associazione.
» » » Al sig. Eugenio Bagmey, segretario della medesima associazione.

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

21 maggio 1924. Al sig. Augusto Hoff man (Berlino).
16 giugno » Al sig. Francesco Gonfalonieri, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

21 maggio 1924. Al sig. Pietro Merx, dell'archidiocesi di Colonia.
16 giugno » Al sig. Giuseppe Scheidle, della diocesi di Bressanone.
17 » » Al sig. Marco Vastapane, dell'archidiocesi di Torino.
20 » » Al sig. Lorenzo Canali (Boma).

MÁGGIORDOMÁTO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Bma Monsjg. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di 8. 8.:

25 marzo 1924. Monsig. Bernardo J. Sheil, dell'archidiocesi di Chicago.
aprile Monsig. Edoardo Fox, della medesima archidiocesi.
Monsig. Dionisio Dunne, della medesima archidiocesi.
Monsig, Carlo Quille, della medesima archidiocesi.
Monsig. Moisés Kiley, della medesima archidiocesi.
Monsig. Geraldo Kealy, della medesima archidiocesi.
Monsig. Ermanno Wolf, della medesima archidiocesi.
Monsig. Patrizio Nicola Breslin, dell'archid. di New-York.
Monsig. Cornelio Francesco Crowley, della medesima archid.
Monsig. Malachia Fitzpatrick, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giovanni Francesco Brady, della medesima archid.
Monsig. Stanislao Giuseppe Nowak, della medesima archid.
» » Monsig. Giuseppe Francesco Bummel, della medesima archid.
15 » Monsig. Giuseppe Maroi, della diocesi di Vigevano.
23 maggio Monsig. Giuseppe Pola, dell'archidiocesi di Torino.
Monsig. Filippo Alardo, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giovanni Zancoghi, della diocesi di Mantova.
24 Monsig. Angelo Bonomo, dell'archidiocesi di Benevento.
Monsig. Giuseppe Coscia, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giuseppe Marotti, della medesima diocesi.

24 marzo 1924. Monsig. Pasquale Mazzei, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Antonio Pagliuca, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pasquale Taddeo, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Giovanni Vitale, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Angelo Zeoli, della medesima archidiocesi.
27 » Monsig. Giuseppe Silipigni, dell'archidiocesi di New York.
28 » » Monsig. Luigi Ruggieri, dell'archidiocesi di Manfredonia.
» » » Monsig. Oafarelli D. Maria Sipontino, della medesima archid.
13 giugno » Monsig. Giuseppe Focardi, della diocesi di Fiesole.
17 » Monsig. Bernardo Angelini, della diocesi di Foligno.
18 » » Monsig. Giuseppe Turchi, della diocesi di Porto e S. Rufina.
21 » » Monsig. Edoardo Giuseppe Kelly, della diocesi di Galveston.
23 » Monsig. Giuseppe Rius y Serra, della diocesi di Vich.
25 » » Monsig. Carlo Fusi, della diocesi di Novara.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di 8 S :

4 aprile 1924. Il sig. Raffaele Hines, dell'archidiocesi di Chicago.
14 giugno » Il sig. Principe Girolamo De Ferrari, dell'archidiocesi di Genova.
18 » » Il sig. Ottavio dei Baroni D'Amely Lepore, deirarchidiocesi di Trani.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

8 aprile 1924. Monsig. Stefano Giuseppe Donohue, dell'archid. di New York.
16 » » Monsig. Guglielmo V. O'Brien, dell'archidiocesi di Chicago.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

9 aprile 1924. Il sig. comm. Antonio Otto, dell'archidiocesi di Malines.
23 maggio » Il sig. Giuseppe Schill de Réthát, dell'archid. di Csanád.
2 giugno » Il sig. Gian Luigi Andreis, dell'archidiocesi di Torino.

Cappellano d'onore extra urbem:

20 giugno 1924. Monsig. Antonio Sergio Gonsalves, della diocesi dello Spirito Santo.

NECROLOGIO

17 maggio 1924. Monsig. Celestino Felice Chouvellon, Vescovo tit. di Dansara.
26 » » Monsig. Claudio Giuseppe Gonzalves Ponce de Leão, Arcivescovo tit. di Anazarbo.
2 giugno » Monsig. Francesco Ciceri, Vescovo di Pavia.
6 » » Monsig. Andrea Righetti, Vescovo di Carpi.
15 » » Monsig. Camillo Carrara, Vescovo tit. di Agatopoli.
22 » » Monsig. Pacifico Fiorani, Vescovo di Osimo e Cingoli.

Annus XVI - Vol. XVI 1 Augusti 1924 Num. 8

UTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SUSPENDUNTUR INDULGENTIAE ET FACULTATES VERTENTE ANNO UNIVERSALIS IUBILAEI MDCCCCXXV.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo primum, non sine afflatu divino, constitutum est. ut Iubilaeum maximum hac Alma in Urbe, certo quodam annorum intervallo, haberetur, nulla unquam temporum, rerum itinerumque condicio multitudines hominum prohibuit, quominus huc per Annum Sanctum confluerent. Christifidelibus enim cuiusvis ordinis, vel ipsa imperatoria regiaque dignitate ornatis, ut litterarum monumenta testantur, religioni fuit ad hanc convenire Apostolicam Sedem, ut ab Episcopo Eomano Petrique successore, qui germanus doctrinae sanctae custos interpresque esset, idemque vitae supernaturalis fons purus atque integer, haurirent coram, unde in fidei communione confirmaretur et mores in vinculo perfectionis - quod est caritas - ad altiorem sanctitatem componerent. Ut igitur fideles quam plurimi et heic quaererent, quae una in Urbe invenirentur, copiosiora pietatis

expiationisque adiumenta, et principem inviolatamque Romanae Ecclesiae auctoritatem praesentes agnoscerent, decessor Noster Sixtus IV, anno MCCCCLXXIII, decrevit, ut, promulgata Iubilaei Indulgentia, iam ceterae omnes poenarum relaxationes, aut concessae aut concedendae, itemque facultates cuivis factae, extra Urbem, Apostolicae Sedis nomine atque auctoritate dispensandi absolvendique in utroque foro, per Annum piacularem conquiescerent ac suspenderentur. Ab eiusmodi quidem disciplina, quam deinceps, pro temporum rerumque varietate, decessores Nostri haud modice temperaverunt, eo minus Nobis deflectendum hodie esse censemus, quo facilius commodiusque itinera, vel creberrimorum agminum, apparari atque haberi contingit, et quo pluris religionis et societatis ipsius humanae interest, frequentissimos ad Apostolorum limina convolare peregrinos, ut arctius cum hoc unitatis catholicae centro cohaereant nobilissimosque caritatis pacisque sensus ac spiritus inter se alant ac foveant. Huc praeterea accedit, quod pium tot Romam coeuntium filiorum Nostrorum spectaculum, etsi tanto disiunguntùr a Nobis terrae marisque intervallo, fieri non poterit quin acatholicos bene animatos percellat et acriore afficiat desiderio religiosae unitatis.

Itaque, auctoritate Nostra apostolica, usitatas indulgentias et facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt, sic Nosmet per totum Anni Sancti decursum intermitti suspendique decernimus, iis tamen exceptis quas enumeraturi sumus.

Etenim ex indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has, quae sequuntur, integras atque immutatas permanere volumus:

I. Indulgentias *in articulo mortis* lucrandas.

II. Eam, qua frui omnibus licet, quotquot, ad sacri aeris pulsum, *Salutationem angelicam,* aliamve pro temporis ratione precationem, recitaverint. *

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint, ubi Sacramentum augustum *quadraginta horarum* spatio adorandum proponitur.

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur, aut cereum vel facem per alios ferendam ea occasione mittant.

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, iis concessam, qui Sacellum Portiunculae in templo S. Mariae Angelorum, prope Assisium, pietatis causa, adierint.

VI. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales, Apostolicae Sedis Nuntii, itemque Archiepiscopi et Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma usitata largiri solent.

Ceteras omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas concedendasque ex facultate iure ipso vel peculiari indulto sibi facta, decernimus, per totum Annum Sanctum vivis nequaquam prodesse, sed tantummodo vita functis. Praesentium interea auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias Iubilaei easque, quas superius singillatim excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae aliisque poenis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, indicantur vel in usum demandentur.

Ad illud idem propositum, ad quod indulgentiarum intermissio spectat, facultates et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, dispensandi a votis eademque commutandi, dispensandi praeterea ab irregularitatibus et impedimentis, cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbem eiusque suburbium, per Iubilaei Maximi decursum, suspendimus nullique suffragari volumus.

Ne tamen ab innovata praesentis temporis disciplina recedamus, haec per exceptionem decernimus:

I. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae, exceptis facultatibus ex privilegio provenientibus, per Codicem non revocato, ut ad canones 4 et 613.

II. Ratae item fìrmaeque sunto facultates pro foro externo ab Apostolica Sede tum Nuntiis, Internuntiis et Delegatis Apo-

stolicis factae, tum Ordinariis locorum et Antistitibus religiosorum Ordinum quoquo modo in subditos suos tributae.

III. Quas denique facultates S. Poenitentiaria Nostra impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro interno, easdem ne extra Urbem quidem suspendimus, sed ita ut erga eos dumtaxat poenitentes exerceantur, qui, quo tempore confessionem peragunt, iudicio Ordinarii, aut confessarii nequeant sine gravi incommodo Urbem adire.

Quaecumque autem bis Litteris decreta continentur, ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem volumus haberi fidem, quae haberetur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, declarationis, voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnitentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis iulii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

O. **CARD**. CAGIANO, *S- R. E. Cancellarius.*

O. **CAED**. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. i.

II

POENITENTIARDIS ALIISQUE IN URBE CONFESSARIIS FACULTATES EXTRAORDINARIAE PRO ANNO IUBILAEI CONCEDUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si unquam alias decuit Romanum Pontificem boni Pastoris partes agere, at hodie in primis decet, cum, Iubilaeo Maximo indicto, fideles eos omnes, qui proximo anno in Almam hanc Urbem convenient, romanosque item cives, ad admissa eluenda, ad vitiorum emendationem et ad Christi Iesu spiritum denuo copiosiusque sumendum excitari oportet atque adiuvari. Etenim animatae melius parataeque filiorum voluntati congruit ut largior respondeat communis omnium Patris misericordia, atque ut idem, Samaritani hominis more, vulneribus, quae animis peccatum misere inflixerit, Apostolicae potestatis caritatisque remedia studiosissime adhibeat. Ee quis igitur ad removendas a conscientia sua labes seque in gratiam amicitiamque Dei reconciliandum ullam a Nobis providentiam desideret, Confessariorum in Urbe per Annum Sanctum, quemadmodum Decessores Nostros simili in causa fecisse constat, amplificandam dilatandamque muneris potestatem censemus. Ut autem caveamus ne qua de limitibus usuque facultatum dubitatio incidat, has perspicuitate describi ordinarique quam maxima per praesentes Litteras volumus. Itaque motu proprio certaque scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur de confessariis in Urbe et suburbio, anno Iubilaei vertente, deputandis deque extraordinaria potestate iisdem attribuenda praescribimus ac decernimus.

Dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiori committimus ac demandamus, ut, praeter eos, qui nunc sunt, trium Basilicarum Lateranensis, Vaticanae et Liberianae poenitentiarios

minores ordinarios atque extraordinarios, pro Basilica etiam S. Pauli, Via Ostiensi, ad totum Annum Sanctum similes poenitentiarius designet, praetereaque alios, tam in memoratis quattuor Basilicis, quam in reliquis quoque sive saecularium sive regularium ac praesertim in variarum nationum per Urbem ecclesiis, novos similiter poenitentiarios deputet et abunde multiplicet.

Quibus poenitentiariis minoribus, sive ordinariis sive extraordinariis, sive iam exsistentibus sive a dilecto filio Nostro Cardinali Poenitentiario Maiore deligendis, concedimus, ut per Annum Sanctum possint, pro foro conscientiae in actu sacramentalis confessionis et per se ipsi tantum, absolvere quoslibet poenitentes non solum a quibusvis censuris et peccatis Romano Pontifici aut Ordinario a iure reservatis, sed etiam a censura ab homine seu a quovis iudice lata, cuius tamen absolutio in foro externo non suffragantur.

At hisce amplissimis facultatibus non utantur nisi normis exceptionibusque servatis, quae sequuntur:

I. Ne absolvant, nisi in adiunctis atque ad praescriptum can. 2254 Codicis iuris canonici, illos, qui irretiti sint aliqua censura Romano Pontifici specialissimo modo reservata, aut secretum S. Officii, alterumve secretum simile in quavis alia S. Congregatione, Tribunali vel Officio Curiae Romanae impositum, violaverint, aut in censuram aliquam inciderint, quam Pius X, Constitutione *Vacante Sede Apostolica,* ipso facto incurrendam decrevit. Possint tamen absolvere confessarium, reum absolutionis proprii complicis in peccato turpi semel aut bis tantummodo attentatae contra vetitum canonum 884 et 2367, impositis tum remotione occasionis relapsus, tum obligatione non audiendi neque absolvendi, in posterum, proprium complicem nisi secus periculum immineat infamiae aut scandali, tum denique onere eum ipsum monendi, si redierit, attentatas absolutiones invalidas fuisse.

II. Similiter ne absolvant, nisi ad praescriptum can. 2254, praelatos cleri saecularis ordinaria iurisdictione in foro externo praeditos, superioresque maiores Religionis exemptae, qui in

excommunicationem speciali modo Eomano Pontifici reservatam publice inciderint.

III. Haereticos vel schismaticus, qui fuerint publice dogmatizantes, ne absolvant, nisi ii, abiuratis saltem coram ipso confessario haeresi vel schismate, scandalum, ut par est, reparaverint. Ad natos in haeresi quod attinet, si dubitetur de facto vel validitate baptismi in secta collati, eiusmodi acatholici, ante absolutionem, ad E.mum Cardinalem Vicarium remittantur.

IV. Pariter ne absolvant eos, qui sectis vetitis, massonicis aliisve id genus nomen dederint, etiamsi occulti sint, nisi scandalum reparaverint et a quavis activa cooperatione vel favore suae cuiusque sectae praestando cessaverint; ecclesiasticos et religiosos, quos sectae adscriptos noverint, ad can. 2336 § 2, denuntiaverint; libros, manu scripta et signa, quae eandem sectam respiciant, quotiescumque adhuc retinent, absolventi tradiderint, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; impositis, praeterea, pro modo culparum, gravi poenitentia salutari et frequenti sacramentali confessione.

V. Qui bona vel iura ecclesiastica sine venia acquisiverint, ne absolvantur nisi aut iis restitutis, aut compositione quam primum ab Ordinario vel ab Apostolica Sede postulata, aut saltem promissione sincere facta eandem compositionem postulandi.

VI. Si autem censurae, quibus poenitentes adstringuntur, publicae in locis, ubi ii commorati sunt, vel nominatim declaratae sint, aut delictum ad iudicem fori externi iam sit deductum, rei a poenitentiariis eiusmodi minoribus absolvi poterunt in foro conscientiae et sacramentali tantum, dummodo sint sincere parati quodvis mandatum demisse accipere fideliterque implere, itemque reparare scandalum; admoneantur tamen de libello S. Poenitentiariae Apostolicae omnino submittendo. Scilicet confessarii post absolutionem conficiant libellum supplicem, expressis nomine, cognomine ac dioecesi poenitentis et casu eiusmodi censurae publicae subiecto, et subtus scribant testimonium absolutionis ab eadem censura concessae, eundemque poenitentem

dirigant ad Officium S. Poenitentiariae Apostolicae, ut recipere possit Eescriptum in forma *missi,* vel *remissi* absoluti, secundum praxim eiusdem Officii.

VII. Possint iidem poenitentiarii omnia et singula vota *privata,* etiam Sedi Apostolicae reservata, iurata quoque, dispensando commutare in alia pia opera, ex iusta ac probabili causa. Votum autem castitatis perfectae et perpetuae, etsi ab origine publice emissum sit in professione religiosa tam simplici quam sollemni, subinde tamen, aliis huius professionis votis dispensatis, firmum atque integrum manserit, similiter possint, gravi et probabili de causa, in alia pia opera commutando dispensare. Nullatenus tamen ab eodem illos dispensent, qui vi Ordinis Sacri ad legem caelibatus tenentur, etiamsi ad statum laicalem redacti sint. A commutandis vero votis cum praeiudicio tertii, se abstineant, nisi is, cuius interest, libenter expresseque consenserit. Votum denique non peccandi, aliave poenalia vota ne commutent, nisi in opus, quod, non minus quam votum ipsum, a peccato refrenet atque arceat.

VIII. Dispensare possint, in foro conscientiae et sacramentali tantum, a quavis irregularitate ex delicto prorsus occulto; item ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, 4°; sed ad hoc unice, ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat.

IX. Dispensare item possint, pro foro conscientiae et sacramentali tantum, ab occultissime dissimulato impedimento consanguinitatis in tertio vel secundo gradu collaterali, etiam attingente primum, quod ex generatione illicita proveniat, solummodo ad matrimonium sanandum, non ad contrahendum.

X. Sive autem de matrimonio contracto agatur sive de contrahendo, dispensare possint ab occulto criminis impedimento, neutro tamen machinante; iniuncta, in primo casu, privata renovatione consensus, secundum can. 1135 ; imposita, in utroque, salutari, gravi diuturnaque poenitentia.

XI. Ad visitationem quod attinet quattuor Patriarchalium Basilicarum, poenitentiarii, cum singulis exteris, qui vel ob pau-

pertatem vel ob aliam gravem causam in Urbe consistere tamdiu nequeant, dispensare possint vel contrahendo et reducendo ad tres saltem dies visitationes, alioquin decies repetendas, vel has, pro suo prudenti arbitrio, in alia pia opera commutando. Cum singulis autem civibus incolisque Urbis et suburbii, qui, morbo aliove legitimo impedimento detenti, memoratas Basilicas invisere nequeant, viginti praescriptas visitationes in alia pia opera, quae ab ipsis impleri possint, dispensando commutent. Poenitentiarii tamen sciant, se conscientiam suam oneraturos, si inconsulto et sine iusta causa tam exteros quam romanos cives incolasve ex eiusmodi visitationibus exemerint. Quos vero recte a visitationibus dispensaverint, iis ne indulgeant, ut preces ad mentem Nostram fundendas, quae a visitatione separari quidem possunt, praetermittant; in aegrotantium tantum commodum liceat eas imminuere aut commutare.

XII. Ab obligatione praescriptae confessionis, quam ad adimplendam nec invalida nec annua ex praecepto confessio sufficit, nullum ne exsolvant, etiamsi hunc materiam necessariam non esse allaturum aut praevideant aut sciant.

XIII. Ad S. Communionem quod attinet, nefas esto eiusmodi praescriptum in alia pia opera commutare, nisi de aegrotis agatur qui ab ea suscipienda prorsus impediantur. Volumus autem, Iubilaei causa, eam sufficere, quae per modum viatici ministratur; minime vero eam, quae in Paschate peragenda praecipitur. Qui tamen Paschale praeceptum misere neglexerit, possit is deinde una Communione utrique obligationi satisfacere.

XIV. Hisce omnibus, quas memoravimus, facultatibus volumus uti non modo poenitentiarios, de quibus in harum Litterarum exordio diximus, sed etiam singulos S. Poenitentiariae Praelatos, atque Officiales ex utraque sectione, modo sint in Urbe ad audiendas fidelium confessiones habitualiter adprobati; singulos Urbis suburbiique parochos; rectores et confessarios, a Vicariatu adprobatos, ecclesiarum nationalium, praetereaque nonnullos confessarios pro praecipuis celebrioribusque turbis templis designandos, quorum omnium sedi confessionali tabella aífigatur,

in qua verba inscripta sint **POENITENTIARIUS SANCTI IUBILAEI.** Praeterea ut religiosorum virorum utilitati uberius consulamus, easdem facultates tribuimus, pro Ordinibus Congregationibusque exemptis, aliquibus exr iis confessariis, quos Superiores pro subditis tantum adprobaverunt ad formam can. 518 et secundum extensionem in can. 514 § 1 descriptam; Superioris quidem erit, in unaquaque domo unum alterumve in individuo deputare: qui tamen ex hac sola deputatione non poterunt facultatibus, de quibus supra, uti erga fideles domui ac Religioni extraneos.

XY. Poenitentiarii ac confessarii, ut supra deputati, sciant, posse se descriptis facultatibus uti cum omnibus fidelibus Ecclesiae tam Occidentalis quam Orientalis, qui ad confitendum apud ipsos accedant ea mente et voluntate, sincera quidem et firma, ut Iubilaei veniam merentur; at non posse uti denuo cum iis poenitentibus, qui indulgentiam - quam acquiri pluries licet in defunctorum suffragium, iteratis operibus praescriptis - iam semel lucrati sint.

XVI. Uti iisdem facultatibus poterunt etiam extra ecclesiam cui addicti sunt, si quando contingat eos alibi confessiones excipere, servatis can. 908-910 et de consensu rectorum ecclesiarum. Caveant tamen - in quo graviter eorum conscientiam oneramus - ne ecclesiam propriam neglegant, ut aliis inserviant.

Cum autem, ad maiora animarum lucra anno isto salutaris expiationis comparanda, intersit operarios multiplicari, omnibus quoque confessariis adprobatis ad annum ab E.mo Cardinali Vicario Nostro in spiritualibus generali, itemque reliquis omnibus confessariis regularibus exemptis, quos Superior tantummodo suus pro sodalibus Religionis omnibusque extraneis in religiosa domo diem noctemque commorantibus adprobaverit - intra fines tamen temporis, loci ac personarum in concessione adprobationis designatos - has, quae sequuntur, tribuimus extraordinarias facultates:

I° Absolvere possint, per se ipsi tantum et in foro dumtaxat conscientiae et sacramentali, eos, qui apud ipsos confiteantur, a

quibusvis ecclesiasticis censuris, etiam speciali modo a iure Romano Pontifici reservatis, aut Ordinario reservatis, dummodo publicae non sint, itemque ab omnibus peccatis excessibusque quantumlibet gravibus, etiam Apostolicae Sedi reservatis, iniunctis tamen salutaribus poenitentiis aliisque de iure iniungendis, servatisque potissimum in hac absolutione impertienda normis atque exceptionibus, quae supra, sub nn. I-V, pro poenitentiariis minoribus praescriptae sunt.

2° Omnia et singula vota privata, etiam iurata, dispensare possint, commutando in alia pia opera, ex iusta et probabili saltem causa, exceptis iis privatis votis quae can. 1309 Apostolicae Sedi reservantur, itemque exceptis votis publice emissis in susceptione Ordinis sacri aut in professione religiosa tam sollemni quam simplici, et iis, quorum aut dispensatio vergeret in detrimentum tertii aut commutatio minus arceret a peccato quam ipsum votum.

3° Dispensare possint circa visitationes quattuor Basilicarum easque commutare eodem modo ac poenitentiarii s conceditur sub n. XI.

4° Si quas autem facultates ab Apostolica Sede per S. Poenitentiariam aut alio legitimo modo impetraverint aut per Annum Sanctum impetrabunt, eae firmae atque immutatae sunto.

5° De usu facultatum, quas supra sub nn. 1-3 concessimus, ea valeant ac serventur, quae pro poenitentiariis minoribus n. XV constituimus.

Nihil reliquum est, nisi ut poenitentiarios et confessarios, quibus extraordinarias facultates istas de Apostolica benignitate largiti sumus, vehementer moneamus, patienti animo caritatisque pleno eos omnes excipiant, qui Domino reconciliari cupient et caelestibus frui thesauris, quos Sancta Mater Ecclesia per totum Iubilaei annum cuivis reserat.

Praesentes autem Litteras volumus firmas exsistere et fore. earumque exemplis atque excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate consti-

tuti munitis, eandem adhiberi fidem, quae hisce Litteris adhiberetur, si exhibitae forent vel ostensae. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Nulli igitur liceat paginam hanc Nostrae concessionis, declarationis et voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis iulii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

O. **CARD**. CAGIANO, *8. 22 E. Cancellarius.*

O. **CARD**. GIORGI, *Poenitentiarius Maior.*

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*
Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 5.

III

INDULGENTIAE ANNI IUBILAEI MDCCCCXXV CONCEDUNTUR MONIALIBUS ALIISQUE STABILI IMPEDIMENTO DETENTIS CUM OPPORTUNIS FACULTATIBUS CIRCA ABSOLUTIONES ET VOTORUM COMMUTATIONES.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolico muneri, quo divinitus fungimur, flagrantissimaeque caritati, qua universum dominicum gregem, Nobis commissum, complectimur, consentaneum profecto est, idemque cum more institutoque decessorum Nostrorum apprime congruens, ut - postquam, per Constitutiones ante editas, praesentissima expiationis remedia salutisque adiumenta iis omnibus paravimus ac providimus, quibus aut Romae incolis aut advenis facultas non deerit statutis condicionibus parendi, ut propositam sibi plenissimam Iubilaei veniam assequantur - iam ceteris longe plurimis prospiciamus, qui non una

de eausa impediantur quominus aut Eomanam peregrinationem suscipiant aut praescriptas quattuor Basilicarum visitationes instituant. Eos intellegi volumus, qui cum intra claustralia saepta vivant vel in hostium potestate versentur custodiaque publica detineantur vel corporis infirmitate laborent, prohibentur prorsus ne imperata, Iubilaei causa, expiandis animis opera adgrediantur ac perficiant. Quorum condicioni aut calamitati officium benignitatis Nostrae deesse nolumus, eo vel magis quod Nobis spondemus futurum, ut coniunctis eorundem precibus, quibus promerita accedant sive innocentis vitae in divinis rebus contemplandis virtutibusque religiosis exercendis traductae, sive castigationis aegrotationisque, poenitentiae spiritu, toleratae, illa a Deo bona catholico nomini obveniant, quae ut ab omnibus flagitarentur, indicendo Iubilaeo maximo mentem esse Nostram aperte declaravimus.

Itaque concessionis huius Nostrae, ex qua Iubilaei veniam lucrari - ita, quemadmodum mox dicemus-ii etiam possint, quibus sepulcra Apostolorum et Patriarchales Urbis Basificas adire non liceat, participes dumtaxat sunto:

I. In primis moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustri perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sunt aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima de causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum contubernales, quae, famulatus vel stipis colligendae gratia, saepta religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosae Sorores, scilicet votorum simplicium, quae ad Congregationem pertineant iuris sive pontificii sive dioecesani, quamquam severiore claustri lege non adstringuntur, una cum suis novitiis, probandis, atque educandis puellis - semiconvictricibus quoque, ut aiunt, non tamen externis -, aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae, etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab Ecclesiastica auctoritate vel ratione stabili vel ad experimentum probata sint, una cum suis novitiis, probandis, puellis educandis aliis-

que communi cum ipsis contubernio utentibus, ut de Congregationibus religiosis n. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque tecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt, itemque, ut supra, omnes earum contubernales.

V. Puellae et mulieres in gynaeceis seu Conservatorum degentes, quamvis non sint Monialibus, Sororibus religiosis, Oblatis Tertiariisve concreditae.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstricti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine certisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua - licet non omnino perpetua - clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut regularem Ordinem profitentur, ut Cistercienses Reformati B. M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenses et Carthusiani.

VII. Christifideles utriusque sexus, qui captivi in hostium potestate versantur, aut in carcere custodiuntur aut exsilii poenas deportationisve luunt aut apud poenales domos ad opus damnati reperiuntur; item ecclesiastici vel religiosi viri, qui in coenobiis aliisve domibus, emendationis gratia, detinentur.

VIII. Christifideles utriusque sexus, qui morbo vel imbecilla valetudine prohibentur, quominus, intra Iubilaei annum, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchalium Basilicarum visitationes instituant; qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua, aegrotantibus, continuata opera, adsunt ; item operarii, qui, cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot dies atque horas abstinere; senes denique, qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint.

Istos igitur omnes et singulos monemus vehementerque hortamur, ut quam Christus Redemptor, qui delere vult iniquitates nostras, per Ecclesiam ipsis occasionem opportunitatemque misericorditer offert animi, piaculari anno, expiandi atque ad sanctiorem vitam provehendi, eam ne neglegant neve praetermittant. Sua quisque admissa sincere perscrutantes et non sine gemitu plora-

tuque dolentes saluberrimo Poenitentiae Sacramento eluant congruisque castigationibus expient; tum caeleste participent epulum, ea quidem reverentia et fide et caritate, ut ad vivendum angelorum more inde prompti redeant ac parati. Interea Dominum Iesum Christum, quem pectore exceperint, ad mentem Nostram enixe orent; idque potissimum flagitent, ut, depulsis dissensionum discidiorumque causis, mansuram pacem inter populos conciliet, itemque cum ad Ecclesiam suam, caelestium effusione gratiarum, avulsos revocet filios, tum sanctissimam eam regionem, quam Ipse sudoribus suis excoluit et sanguine suo consecra vit, ne sinat violari ac contaminan atque in Crucis suae inimicorum dominatum incidere. "Visitationi autem quattuor Urbis Basilicarum alia religionis, pietatis caritatisque opera iidem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessarios, pro condicione et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, iniunxerit.

Itaque omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere poenitentibus et intra Annum Sanctum rite confessis ac sacra synaxi refectis, Deumque, ut supra diximus, ad mentem Nostram orantibus, omnia denique implentibus alia iniungenda opera in locum visitationum, ac, vel inchoati s tantum iisdem operibus si morbus periculosus oppressent, plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, veniam et remissionem, etiam bis intra Anni sancti decursum si iniuncta opera iteraverint, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevissent, de Apostolicae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus, sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum Iubilaeum instituta, concedimus, ut, sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit, personas supra dictas in foro sacramentan tantum absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam Apostolicae Sedi speciali modo, non tamen specialissimo modo, reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae, impositis salutari paenitentia aliisque secun-

dum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessario, quem monialis sibi elegerit, potestatem facimus dispensandi a votis privatis quibuslibet, quae ea ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur. Confessarios autem supra memoratos volumus etiam dispensando commutare posse omnia vota privata, quibus Sorores in Congregatione votorum simplicium, Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et mulieres communibus domibus vitam agentes, sese obstrinxerint, iis votis exceptis quae Nobis et Apostolicae Sedi reservata sint: factaque commutatione, a votorum etiam iuratorum observatione absolvere.

Hortamur autem venerabiles fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut, ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessariis impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ipsis Ordinariis reservati sint.

Harum interea decreta et iussa Litterarum rata, valida, firma in omnes partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuslibet. Volumus denique ut barum Litterarum exemplis vel excerptas, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis D si ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis iulii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

O. CARD. GIORGI,
Poenitentiarius Maior.

Raphaël Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 6.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS HONESTATUR SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS LAPURDENSIS, IN LOCO OOSTACKER, DIOECESIS GANDAVENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium, Lapurdensis Virginis in honorem, Deo sacrum, in loco *Oostacker,* dioecesis Gandavensis intra fines, situm, iure meritoque tamquam sanctuarium princeps in universo Belgio habetur. Structura enim et molis amplitudine, non minus quam artis operum splendore insigne, sacra supellectili et pretiosa quidem abundat templum; statua autem Virginis auro gemmisque coruscans et donariis divitibus ac votivis tabellis onusta, christianae plebis obsequium et amorem luculenter testatur. Sacram quippe ad aedem, gratiarum omnium apud Deum sequestrae Virginis opem implorantes, turmatim e dissitis quoque regionibus peregre confluunt fideles innumeri et non raro ingens templum impar videtur confluentium peregrinorum multitudini continendae. Insignes ibidem asservantur relliquiae Sanctorum; plures et religionis studio praestantes inserviunt divino cultui sacerdotes; adest pia sodalitas sub Virginis Lapurdensis invocatione canonice constituta; Eomani quidem Pontifices Nostri Decessores singulari sanctuarium ipsum indulgentiarum thesauro locupletarunt. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Augustus Acart, Superior residentiae Societatis Iesu in dicto oppido *Oostacker,* Nos flagitaverit ut enunciatum sanctuarium ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur, hasque preces cumulent atque augeant tum Procuratoris generalis Societatis Iesu, tum Gandavensium Episcopi amplissima suffragia, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Eufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, ut hoc sanctuarium Mariale, tantarum ad Immaculatam Virginem peregrinationum centrum, novo per Nos splendore decoretur, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam titulo Immaculatae Conceptionis sitam in oppido *Oostacker,* dioecesis Gandavensis intra fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestamus cum honorificentiis ac privilegiis, quae huius almae Urbis Basilicis minoribus de iure competunt, nempe conopaeo, omni tamen auri et argenti ornatu ab eo excluso, necnon tintinnabulo et stemmate basilicali.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, ' nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

TITULUS BASILICAE MINORIS PRO SANCTUARIO MARIASCHEINENSI BEATAE MARIAE VIRGINI PERD OLENTI DICATO IN DIOECESI LITOMERICENSI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam — Inter potiora sanctuaria Marialia quibus Bohemia nobilitatur, conspicuum profecto locum obtinet templum, Mariascheinense, intra limites dioecesis Litomericensis situm et Patrum Societatis Iesu curis concreditum. Molis amplitudine et structura praenobile, affabre ornatum ac mirificis decorum artis operibus, idem templum a Romanis Pontificibus Nostris Praedecessoribus pluribus indulgentiis et privilegiis auctum est. Peregrinantium fidelium turmae undique illuc confluxere et adhuc in praesens confluunt; haud procul enim a sacra aede sacello inclusus scatet fons cuius aqua abluti multi aegri sanitatem, oculis capti visum, claudi membrorum usum recuperare feruntur. In ara ecclesiae maxima, quatuor ornata columnis et aureo fornice, cuius in vertice triumphale Salvatoris nostri Crucis signum supereminet, deaurato in scrinio, quasi in trono posita, assurgit, miraculis inclyta, Beatae Mariae Virginis Perdolentis imago, iam quinque a saeculis antiqua populi religione exculta. Adiacet templo Seminarium episcopale, in quo iuvenes in sortem Domini vocati rectis educantur disciplinis. Praeter parochum, qui animarum curam habet, plures sacerdotes e Societate Iesu inserviunt sanctuario, ubi nonnullae etiam piae fidelium sodalitates sedem habent condignam. Haec omnia animo repetentes, cum hodiernus rector conlegii Societatis Iesu Mariascheinensis enixas Nobis preces humiliter adhibuerit ut, vertente feliciter quinto saeculo ex quo memorata Beatae Mariae Virginis Perdolentis prodigiosa imago primum fuit publicae fidelium venerationi proposita, eamdem ecclesiam sive sanctua-

rium Dolorosae Virginis ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur, hasque preces cumulent atque augeant amplissima commendationis officia tum Procuratoris generalis Societatis Iesu, tum Episcopi Litomericiensium, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Eufinae, Sacrorum Bituum Congregationi Praefecto, ad maiorem Dei gloriam, ad cultus et pietatis erga Deiparam Virginem incrementum atque ad firmandam arctiore vinculo caritatem et unionem inter Apostolicam hanc Sedem et Bohemiae Ecclesias cum conversione deficientium ad amplexum Ecclesiae et Divi Petri, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, templum Mariascheinense Beatae Mariae Virginis Dolorosae, in dioecesi Litomericensi, titulo ac dignitate Basilicae minoris cohonestamus, eique tribuimus honorificentias et privilegia omnia, quae minoribus almae huius Urbis Basilicis hac ratione competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, "scienter vel ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CAED. GASP ARRI**, *a Secretis Status.*

III

ABBATIA GRISSOVIENSIS, IN DIOECESI WRATISLAVIENSI, RESTITUITUR SUB VETERE TITULO DOMUS GRATIAE SANCTAE MARIAE ET UNITUR CONGREGATIONI BEURONENSI ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Silesiae celeberrima quondam coenobia iure meritoque accensendum est monasterium Grissoviense, quod iamdiu provehendi catholici nominis et disciplinarum studio inclaruit. Hoc monasterium pro monachis Ordinis Sancti Benedicti anno reparatae salutis Mxxxxii fundatum fuisse constat per Auram, Silesiae Ducissam, viduam Henrici II cognomento Pii, qui pro tuenda contra Tartaros chri-

stiana religione fortiter oceubuit. Aedificatam iterum anno **MCCLXXXXII** per Bolconem I, gloriosum Ducem de Svidnic et Iacier, qui monachos Ordinis Cisterciensis accersivit et fundis peramplis illud auxit, monasterii ducalis nomen accepit. Cum vero religiosus idem Dux coenobio eidem dono dedisset miraculis inclytam. Deiparae imaginem, ad quam invisendam praesentem ipsius opem impetraturi continuo frequenti numero peregre et turmatim confluxere fideles, ipsum Grissoviense monasterium « Domus Gratiae Sanctae Mariae » coepit compelían; et brevi tam divini cultus quam humanarum litterarum atque artium sedes exstitit celeberrima, ex qua in regionem adhuc rudem liberalia studia manarunt. Anno **MCGCCXXVI** haeretici Hussitae monasterium depopulata sunt, et septuaginta atque unus monachi, dirissima pro fide tormenta passi, gloriosum pro Christo martyrium fecere. Nihilominus novi monachi Grissovium convenientes, funditus vastatam regionem iterum colere non dubitarunt, atque, iterum sacris aedibus aedificatis, accitisque aliis dominici agri operariis, spirituali non minus quam temporali christiani gregis bono consuluerunt. Ita etiam, per nefas grassante teterrima illa tempestate, quae a Reformatione nomen habuit, monachorum Grissoviensium opera studioque constanti continens regio catholicae religioni fidem immutatam servavit, vicinis omnibus a vera fide desciscentibus. Anno **MDCXX** Martinus Clave, Grissoviensis abbas, a protestantibus crudeli nece mulctatus, in gloriosum Christi martyrum agmen et ipse meruit accenseri. Bernardus Rosa, alius perillustris abbas Grissoviensis, ab anno **MDCLXI** ad annum **MDCLXXXXVI**, totam concreditam suis curis regionem, ad Evangelium reducere adorsus, duas civitates et quadraginta duos pagos ad Romanam fidem revocavit; disciplinam quidem regularem ita pius abbas restituit, ut Grissovienses monachi, in monasteria Ordinis Cisterciensis ad orientem sita, ut abbatum sive magistrorum partes implerent certatim accersirentur: et congregatio losephina, ab eo fundata quinquaginta post annos, omnium statuum et regionum sodales ad centum mille inscriptos numeraret. Meritis insignis et non sine fama sanctitatis idem abbas migravit ad Dominum; huius autem praeclarissimi abbatis opera factum, est ut monasterii Grissoviensis territorium ad nostra usque tempora in Silesia inferiore quasi insula catholica medios inter protestantes exsisteret; usque ad tempus quo nefaria *saecularisationis* lex lata fuit, schola coenobii ab eodem sancto abbate fundata unica totius peramplae regionis schola latina catholica fuit, multumque profecit ad veram in populo fidem servandam. Ultimus Grissoviensis abbas, Ildefonsus Tenschel, obiit octogenarius anno salutis **MDCOCXXIII**, Deum semper orans ut monasterium suum ad novam vitam revocaret; ultimus autem monachus, anno Domini **MDCCCLIV**, hac vita migravit: et plus quam centum per annos pro-

prio pastore abbatia viduata remansit. Sed vota novissimi abbatis nunc, post saeculum, ab obitu illius, Dominus dignatus est exaudiré. Nam, sicut retulit ad Nos dilectus filius Raphael Walzer, Archiabbas Sancti Martini de Beuron et Congregationis Beuronensis Ordinis Sancti Benedicti Praeses, ob exortam rerum publicarum perturbationem in Urbe Pragensi magna pars familiae monasticae de *Emmaus* coacta est, anno MDCCCCXVin, abbatiam Emmauntinam relinquere, et deturbati a suis sedibus monachi in Grissoviense monasterium sese receperunt, nempe in celeberrimam « Domum Gratiae Sanctae Mariae », sicuti diximus per saecularisationis legem suppressam, sed quae, ad novam vitam illico revocata et in prioraÍum conventualem per Congregationis Religiosorum rescriptum, die xxv mensis aprilis MDCCCCXXII obsignatum, erecta, iam a fidelibus peregrinis,, non solum a Silesia universa, sed a Bohemia quoque et Moravia atque Lausitia continentibus, denuo coepit, cum uberrimo animarum fructu fideique incremento, visitari. Praeterea, cum interpositae omnes difficultates feliciter sint, favente Deo, superatae et omnia comparata sint ad erigendum eumdem prioratum in abbatiam, supra nominatus Archiabbas Sancti Martini de Beuron enixas Nobis preces humiliter adhibuit ut auctoritate Apostolica ad hanc erectionem sive restitutionem de venire dignemur. Porro, cum preces huiusmodi gravissimum cumulet suffragium Cardinalis Episcopi ^Vratislaviensis, Grissoviensis Ordinarii, Nos, ut votis etiam christiani populi concedamus cui dicta restitutio grata admodum acceptaque erit, haec quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum, collatis consiliis cum dilecto filio Nostro Camillo S. B. E. Diacono Cardinali Laurenti, Praefecto Congregationi negotiis religiosorum sodalium praepositae, dummodo omnia habeantur, quae de iure requiruntur ad formam sacrorum canonum, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, antiquam abbatiam Grissoviensem, sub veteri titulo *Domus Gratiae Sanctae Mariae,* cum omnibus iuribus et privilegiis olim concessis, in integrum restituimus eamque tamquam sui iuris abbatiam Congregationi Beuronensi unimus, nec non privilegiorum favorumque huiusmodi Congregationi concessorum participem facimus. Volumus praeterea ut plena Grissoviensis abbatiae sic per Nos restitutae administratio remaneat commissa manibus hodierni Prioris conventualis usque ad abbatis electionem.

Haec concedimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si

quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis Constitutionibus et ordinationibus, necnon speciali mentione dignis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xrx mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. LEOPOLD UM PREÖAN, ARCHIEPISCOPUM OLOMUCENSIUM : DE CONVENTU QUARTO IN CIVITATE WELEHRAD, PROPE SEPULCRUM S. METHODII EPISCOPI, HABENDO, PRO DISSIDENTIUM ORIENTIS ECCLESIARUM UNIONE.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — A dilecto filio Nostro Ioanne S. R. E. Presbytero Cardinali Tacci, Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, amplissime edocemur, in civitate *Welehrad,* penes gloriosum sepulcrum Sancti Methodii Episcopi, qui cum sancto Cyrillo Slavorum gentes ad Christi fidem perduxit, proximo mense iulio studiorum conventum, te moderatore ac praeside, celebratum iri pro aptioribus rationibus comparandis, quae incepta peropportuna provideant unioni orientalium populorum cum catholica Ecclesia Romana, immo etiam eandem unionem quoquo pacto provehant. Conventus idem quartus ex illis erit, qui, iam variis in temporum occasionibus, coadunati fuerunt, auspice pio Apostolatus Opere, quod, a Sanctis Cyrillo et Methodio Episcopis nuncupatum, labente anno Redemptionis Nostrae **MDCCCLXXX** institutum est, et, a Romanis Pontificibus Decessoribus Nostris saepe perample dilaudatum, uberrimos fructus edidit boni in huiusmodi tam magni momenti promovenda religionis fideique caussa. Nostrorum igitur rec. mem. Decessorum vestigiis insistentes, ut Conventus ipsius inceptis sanctisque propositis faveamus, peculiari eundem suffragio Nostro honestare existimavimus. Non ignoramus enim huiusmodi Conventum in id potissimum intendere, ut uberiores de Orientis locis notitiae habeantur circa historicas nationum sortes ac vicissitudines, populorum mores traditionesque, verendos Ecclesiarum ritus atque instituta; simulque neque curis parcere neque laboribus ut omnes ex Orientalibus in Catholicae Ecclesiae, magni

divinae revelationis thesauri custodia unicae, gremium ad unitatem fidei adducantur. Spes autem firma animo Nostro insidet futurum ut sancta huiusmodi Conventus proposita valde conferant ad multa dubia et errores, etiam crassiores, obliterandos, qui circa Orientis historiam et religiosam vitam in vulgus irrepserunt; utque praeterea Conventus ipse, potissimum si germano sit fraternae caritatis spiritu suffultus, plurimum ad deerrantes in ovile Christi unicum sub unico pastore reducendus proficiat. Quare Nos etiam atque etiam hortamur atque ominamur, ut non modo catholici viri, pietate doctrinaque ornati studioque animorum salutis provehendae flagrantes, frugifero huic Conventui celebrando ad Sancti Methodii sepulcrum intersint, eiusque laboribus sollertem operam navent; sed ut ecclesiastici quoque dissidentes Conventum ipsum adeant, quibus ita facile copia erit doctrinam catholicam penitus exploranda, eamque inveniendi substantialiter conformem illi, quam Patres tum Orientis cum Occidentis docuerunt, primaque antiquae Ecclesiae Concilia affirmarunt et sanxerunt. Propterea tibi, venerabilis frater, cuius relligio, doctrina, prudentia, consilium aliaque singularia animi ingeniique ornamenta perspecta plane Nobis explorataque sunt, et^quem non dubitamus, in obeundo quarti huius studiorum Conventus prope Sancti Methodii Episcopi sepulcrum in civitate *Welehrad* gravissimo munere praesidis ac moderatoris, expectationi Nostrae plenissime responsurum fore; omnibusque fidelibus in Conventum eundem coadunatis, caelestium munerum auspicem eandemque propensam Nostrae voluntatis pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. GUILLELMUM TITULO S. CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESB. CARD. VAN ROSSUM, SACRAE CONGREGATIONI DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM: QUEM LEGATUM SUUM MITTIT AD XXVII UNIVERSALEM CONVENTUM EUCHARISTICUM AMSTELODAMI HABENDUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod Consilium Eucharisticis inter nationes Coetibus provehendis decrevit, haberi Amstelodami hoc anno Conventum eiusmodi septimum ac vicesimum, id novimus non tam tribuendum amplitudini eius urbis, frequentia populi

rerumque venalium mercatura facile in Hollandia principis, quam miraculo illi Eucharistico, quod anno MCCCXLV ibi contigisse, ut e litterarum monumentis publicisque tabulis, ita e sententia ab Episcopo eius temporis Ultraiectensi lata satis superque colligitur ac confirmatur. Atque in comperto item est, parvum piscatorum oppidum, quale tum Amstelodamum erat, cum omni ex Batavia illuc homines familiaeque confluerent atque ad considendum perpetuo ibidem sive pietate in Eucharistiam sua sive f acili gratiarum sanationumque impetratione impellerentur, sensim gradatimque in magnam crevisse urbem et publica auctoritate prae ceteris Bataviae ipsius urbibus floruisse. Nec Eucharistiae sanctissimae cultus apud eos cives unquam, vel per tempora rei catholicae adversa atque infensa, concidit aut deferbuit. Atque Nobis, etsi haud mediocri terrarum intervallo disiunctis, videmur propemodum videre - loco sollemnis illius piissimaeque pompae, quae ad miraculum commemorandum, ante rerum eversionem saeculo xvi factam, quotannis ducebatur - plura in praesens virorum millia, qua via et .quibus diebus maiores solerent, praecipua quadam corporis vultus que gravitate, magno silentio, Aedem miraculi circumeuntium: grande profecto spectaculum, quod, cum catholicorum Amstelodamensium fidem oculis omnium proponat, tum intermissae catholicorum rituum plenae libertatis et desiderium exacuit et restitutionem expostulat. Proximi quidem Conventus celebrationem, unde civium tuorum, dilecte fili Noster, pietas in Augustum Sacramentum et caritas praeclare ducebit, quam cupide Nosmet praestolemur, ipse non ignoras. In animis autem coeuntium - qui etiam ex dissitis Europae et vel Americae regionibus magno numero coituri dicuntur - eadem sane pietas et caritas fore ut uberius alatur ad sanctorumque operum se efferat fecunditatem, vobis ominari vix attinet: adeo non dubitamus, post laetissimum Conventus Eucharistici dioecesani, ante habiti, exitum, quin futurus ex omni natione Coetus et ad salutem animarum abunde conferat et catholici in Hollandia nominis promoveat amplificetque incrementa. Neque enim Christus Iesus, quia divinam suam humanamque naturam sub Eucharisticis velis abdi ac latere voluit, idcirco aut potentiae aut bonitati suae fines terminosque constituit. Quin immo, cum ob eam causam ipse in Eucharistia lateat, ut nobiscum degat ei caritatis misericordiaeque suae in nos divitias suavissimo perpetuoque effundat, quare non accidat, eius gratia beneficioque praesentis, ut catholici ardentiorem concipiant caritatis ignem, et qui sint e dissidentibus bene animati, ad veram ii religionem Christi alliciantur, quem sibi liceat propius, non tamquam longissime absentem, diligere? Peropportune quidem, novo ad hunc diem exemplo, in Amstelodamensi Conventu Orientalis Ecclesiae de Sacrificio et Sacramento doctrina explanabitur et variis

eiusdem Ecclesiae ritibus sacra peragentur: unde acatholicis, quotquot incorrupte atque integre iudicant, liquido apparebit, haud aliter Bomanam Ecclesiam de Eucharistia sentire ac docere, quam Orientales Patres, vel remotissimae aetatis, senserint ac docuerint. Ee hoc igitur evento cum sit tam bene sperandum, ut Conventum, quantum in Nobis est, participemus, officio ipsi Apostolico et pietati in Eucharistiam Nostrae consentaneum omnino est. Quem vero deligamus ut Nostram Amstelodami personam sustineat, nisi te, dilecte fili Noster, qui tlollandiam, patriam tuam, super quam quod celsissima Cardinalatus dignitate, insigni praeterea pietatis virtutumque exemplo et multiplicis doctrinae accessione inlustras atque ornas? Esto igitur Legatus apud Conventum Noster, eidemque sapienter, ut Vindobonae simili in causa fecisti, auctoritate praeesto Nostra Nostroque nomine. Sciant autem cives tui, hoc ipso quod te delegimus, voluisse Nos Batavis gratifican omnibus, quorum ingenium et alacritatem et laboris constantiam magni semper fecimus et facere, ut par est, pergimus. Interea, cum laetabilia sane multa, postquam ad Nos redieris, audire abs te confidamus, tum Conventui, iisque universis qui Amstelodamum ea adibunt de causa, caelestium gratiarum copiam cupimus ac precamur: quarum conciliatricem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, catholicisque civibus tuis, quos in oculis gerimus, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die II iulii, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. IOANNEM ROESSLER, EPISCOPUM SANCTI HIPPOLTTI: QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACERDOTII EIUS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Die undevicesimo huius mensis duplicem a te actum iri natalem accepimus, sacerdotii quinquagesimum et episcopatus tricesimum: unde merito fit, ut clerus populusque, cum ex urbe honoris tui sede, tum e tota dioecesi, utriusque faustitatem eventi laetitiis omnibus concelebrare paret. Immo etiam, ut ad Nos affertur, Metropolita ipse tuus - dilectus filius Noster Gustavus Fridericus S. B. E. Presb. Card. Piffl - Vindobona istuc profecturus est, ut sollemnibus praesit et communes in te pietatis gratique animi significationes Bomanae Purpurae maiestate habendaque inter sacrum contione

participet atque adornet. Congruunt profecto ista omnia et animi ingeniique tui laudibus et emenso a te sancte laborioseque huic diuturno sacerdotalis atque episcopalis vitae spatio; quamquam Nobis videtur, quicquid populares tui fausta hac occasione egerint, id omne multo infra promerita in Ecclesiam et civilem consortionem tua esse demum evasurum. Quodsi eius rei haud alia plurima Nobis suppeterent argumenta, satis foret id unum recolere, fel. rec. decessorem Nostrum Leonem XIII, cum a duobus vix annis dioecesim gubernares, te inter Episcopos Pon-, tifìcio Solio adstantes, raro atque inusitato exemplo, adscivisse. Gratus igitur benignitati Dei, qui tam longam fructuosamque pastoralis muneris tibi perfunctionem concesserit, fruare iis quae grex tuus voluntatis suae testimonia editurus est amantissime; gratulatione item fruare Nostra, quae, ut a Vicario Christi Iesu proficiscitur, caelestem portendit tibi, boni Pastoris imitatori, remunerationem; cumuletque denique eiusmodi solacia apostolica benedictio, quam, divinorum munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo ex animo impertimus.

Da um Romae apud San¡3tum Petrum, die **VIII** mensis iulii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PBOVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Unus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis,. has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

30 aprilis 1924. — Cathedrali Ecclesiae Venusinae, cum Ecclesiis cathedralibus Melphiensi et Bapollensi ad personam unitae, praefecit E. P. D. Albertum Costa, Episcopum Melphiensem et Eapollensem, qui posthac Episcopus Venusinus, Melphiensis et Rapollensis appellabitur.

1 maii. — Cathedrali Ecclesiae Mutilanae, cum Ecclesia cathedrali Faventina ad personam unitae, E. P. D. Rogerium B o velli, Episcopum Faventinum, qui posthac Episcopus Faventinus et Mutilanus appellabitur.

4 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Trapezopolitanae, E. P. Innocentium Eugelke, O. F. M., quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. D. Ioannis de Almeida Ferrao, Episcopi Campaniensis in Brasilia.

14 iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Anazarbensi, E. P. D. Baimundum Netzhammer, hactenus Archiepiscopum Bucarestiensem.

— Titulari Archiepiscopali Ecclesiae Cyzicensi, B. P. D. Antonium Papp, hactenus Episcopum Munkacsiensem.

-— Titulari episcopali Ecclesiae Taviensi, B. P. Godericum Kean, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Aloisii Barlassina, Patriarchae Hierosolymitani latini ritus.

— Titulari episcopali Ecclesiae Titopolitanae, E. D. Alfridum Langlois, Bectorem Seminarii maioris Quebecensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ludovici Nazarii Bégin, Archiepiscopi Quebecensium.

16 iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae, B. P. D. Aloisium Lavitrano, hactenus Episcopum Cavensem et Sarnensem.

26 iulii 1924. — Cathedrali Ecclesiae Papiensi, E. D. Iosephum Ballerini, Protonotarium Apostolicum ad instar participantium, eiusdem Ecclesiae Vicarium Capitularem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lebedensi, E. P. D. Dionysium O' Donaghue, hactenus Episcopum Ludovicópolitanum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

AD OMNES LOCORUM ORDINARIOS: DE RELIGIOSA PUERORUM ET ADOLESCENTIUM INSTITUTIONE.

EPISTOLA

Bevine Domine, — Ad urgendam toto orbe terrarum religiosam populi institutionem et sacrorum Pastorum operam diligentiamque adiuvandam et roborandam, in re, qua nihil sane pluris, Ssmus D. N. Pius PP. XI, Motu proprio *Orbem catholicum,* diei 29 iunii anni praeterlapso apud hanc Sacram Congregationem Officium instituit peculiare.

Quod autem Pontifex vigilantissimus futurum auspicabatur, id feliciter contigit, ut ad Apostolicae Sedis auctoritatem promptior et alacrior Episcoporum ceterique cleri bonorumque laicorum opera ubique accesserit.

Quo vero melius ac facilius Officium finem assequatur suum, qui est, *universam in Ecclesia actionem catechisticam moderari ac provehere,* huic Sacrae Congregationi peropportunum visum est probe cognoscere, quae sit apud singulas nationes institutionis religionis pueris adolescentibusque tradendae peculiaris ratio ac conditio. Ex perspecto enim universo catechisticae institutionis statu facile fiet, ut et quae ab hac Sacra Congregatione ad moderandum forte fuerint praestanda, diversarum nationum necessitatibus congruentius praescribantur, et quae alicubi in re catechistica sint feliciter instituta, ea in aliorum locorum opportune deriventur utilitatem.

Placeat igitur Amplitudini Tuae, pro Tua diligentia et studio, respondere ad interrogata quae sequuntur.

I. - *De institutione doctrinae christianae in paroeciis.*

1. Quot paroeciae sunt in dioecesi?

2. Quot pueri quotque puellae in qualibet paroecia institutionem christianam frequentare tenentur?

3. Quot ex his revera eam frequentant?

4. Quanam methodo et quanam utilitate institutio haec traditur?

o. Quanam diligentia curatores paroeciarum hoc munus adimplent?

6. An et quinam in re abusus irrepserint?

7. Quaenam remedia opportune adhibenda existimaveris ?

II. - *De institutione doctrinae christianae in collegiis.*

8. Quot sunt in dioecesi collegia ex utroque sexu sub moderatione cleri saecularis seu regularis, aut sororum religiosarum?

9. Quot sunt alumni externi vel interni eorumdem Collegiorum?

10. An in iisdem collegiis institutio doctrinae christianae habeatur?

11. Quoties in unaquaque hebdomada?

12. Quanam methodo et quanam utilitate?

13. Quosnam defectus deprehendisti ?

14. Quomodo in casu provideri potest?

III. - *De institutione doctrinae christianae in publicis scholis.*

15. An in publicis scholis doctrina christiana tradatur?

16. Quibusnam in scholis?

17. Quaenam leges, de hac re, a civili gubernio conditae, existunt?

18. Si in publicis scholis deest institutio doctrinae christianae, quanam ratione puerorum religiosae educationi provideatur?

19. Quosnam defectus deprehendisti?

20. Quomodo in casu provideri potest?

Hanc nactus occasionem, me profiteor

Eomae, 24 iunii 1924.

Amplitudini Tuae addictissimum uti Fratrem

DONATUM CARD. SBARRETTI, *Praefectum,.*

L © S.

f Iulius, Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

BOBIEN. SEU PLACENTINA ET IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE GIANELLI, EPISCOPI BOBIENSIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS FILIARUM MARIAE SANCTISSIMAE AB « HORTO » NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefati venerabilis Servi'Dei Beatificationem?

Ad heroicas probandas venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli, Bobiensis episcopi, virtutes, non unus et alter, sed sex numero, tam apostolica quam ordinaria potestate adornati, in medium aliati sunt processus; in eisque octoginta duo supra centum auditi perpensique fuerunt testes. Quos inter exstant quidem et eminent ecclesiastica aut civili dignitate praestantes viri atque, sicut Causae bonum postulabat, plures quoque occurrunt, qui satis diuturna cum eodem venerabili Dei Famulo usi fuerant consuetudine; quod tamen sedulo est perpendendum, ii non desunt, qui ipsi venerabili Dei Servo fuerant adversati eiusque incurrerant animadversiones. Hos inter postremos, nemini fortasse, iis maxime, qui in philosophicis disciplinis operam ponunt, novum accidit atque inauditum e sacerdotali ordine nomen viri, qui á catholica fide quum defecisset, in sinum sanctae matris Ecclesiae postea se recepit: is est sacerdos Christophorus Bonavino, philosophi Ausonii Eranchi alias nomine pernotus. Ab eo namque prolatum, iudicialibus in tabulis prostat amplissimum de venerabili Antonio Maria Gianelli testimonium, quod dignum profecto est, ut, e processus latebris, ubi delitescebat, eductum, plenam in lucem afferatur, quippe quod, dum venerabilis Antonii Mariae sanctitatem affirmat, statuit atque praedicat, insimul eiusdem sacerdotis Christophori Bonavino rectum honestumque animum ostendit variaeque commendat.

Antequam porro suam ederet attestationem, haec sibi ille praefanda duxit: « Devo cominciare la mia dichiarazione con un umile e fervido «ringraziamento alla bontà di Dio per avermi conceduto la grazia di « potere attestare, in forma così solenne, la mia venerazione per Monsignor « Gianelli. Possa egli dal Cielo, dove spero e credo ch'egli sia beato, aggra-

« dirla, come riparazione di tutte le amarezze e le pene, ch'egli ebbe a sof-**fi** frire per Colpa mia! ». Mox autem, quum varia recensuisset capita, quibus propria innitebatur testis scientia, in quo consisteret suum cum venerabili Dei Famulo discidium, ingenue candideque aperuit, pergens sic fateri: « Causa di quella rottura fu un dissenso *puramente dottrinale, in cui tutto « il torto era mio;* ma rimase per parte mia inviolato, inalterabile il concetto, « che io aveva della sua santità, e tale rimase, grazie a Dio, anche nel tempo « corso delle mie posteriori aberrazioni. Quel razionalismo, che di negazione « in negazione giunse a precipitarmi fin negli abissi dell'incredulità e del-« l'apostasia, non arrivò mai a farmi dubitare della santità di Monsignor « Gianelli: e quante volte mi accadde di parlarne, non ho mai esitato a « confessare apertamente, invariabilmente: *JEgli era un Santo.* Questa fede, « che in me sopravvisse ad ogni altra fede religiosa, non so che valore « possa avere in un processo di Canonizzazione; ma parmi valga almanco «ad attestare come e quanto fosse profonda, incancellabile l'impressione « che fece Monsignor Gianelli nell'animo mio, come in chiunque potè cono-« scere intimamente la sua vita. *Ë un'impressione, che non può farla se « non la vita dei Santi.* Non vorrei per amor suo peccare di temerità; ma « non posso astenermi dall'aggiungere ancora una parola. Credo che avesse «ragione il ministro di Dio, il quale, dopo ascoltata la mia confessione « generale, mi disse di dover benedire la memoria che io aveva serbata « del mio santo Yescovo; perchè lo avrà mosso ad avere pietà di me, a « farsi mio intercessore, per impetrarmi da Dio, da Gesù, da Maria la « grazia del ritorno a quella fede della Santa Chiesa Cattolica Apostolica « Romana, ch'era stata la luce della sua mente, la fiamma del suo cuore, « la vita di tutta la sua vita » *(Proc. Ordin. Ianuen.,* fol. 156 et seqq. et fol. 164 et seqq.). Hactenus de venerabili Antonio Maria Gianelli Christophorus Bonavino.

Equidem, utrique, et venerabili Dei Famulo et sacerdoti Christophoro Bonavino, sua cuique parte, quae ex descripta nuper attestatione, sponte velut sua, descendit, prout aequum et iustum est, attributa; ad incoeptum redeundo, ex iis, quae de amplitudine et ubertate allatarum probationum posita supra sunt, non difficile sane fuit necessaria adinvenire elementa. Quorum elementorum ope, exercitae a venerabili Dei Servo, qua sacerdote, qua parocho, qua episcopo, in conspectum prodierunt virtutes, eaeque, tamquam heroica qualitate praeditae et exornatae, solemni Apostolicae Sedis iudicio, approbatae declarataeque fuerunt, quaeque tantam adeptae subinde sunt novam, firmitatem atque certitudinem., quanta eisdem obvenit ex duorum miraculorum accessione, de quibus e proposito agit non ita pridem, editum riteque promulgatum Apostolicum Decretum.

Quamobrem in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae, die octava huius currentis mensis iulii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI habita sunt, proposito per Eeverendissimum Cardinalem Caietanum Bisleti, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli Beatificationem?* quotquot aderant, cum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores, uno velut ore *tuto procedi posse* responderunt. Verumtamen Sanctissimus Dominus noster supremum Suum iudicium Sibi de more prorogandum censuit, ut interea precationi suppeteret spatium ad impetrandam Sancti Spiritus illustrationem.

Hodierna vero die Dominica sexta post Pentecosten, religiosissime perlitato Eucharistico Sacrificio, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli Beatificationem.*

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis referri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri mandavit decimo tertio calendas augusti anno **MDCCCCXXIV.**

£g A. **CARD. VICO**, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. G. Praefectus.

L. Œ s.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

i

MONITA

DE USU FACULTATUM CONFESSARIIS PER ANNUM SANCTUM TRIBUTARUM DEQUE RATIONE INDULGENTIAE IUBILAEI LUCRANDAE, AD NORMAS CONSTITUTIONUM BENEDICTI XIV ET LEONIS XIII EXARATA, AUCTORITATE SSMI D. N. PII PP. XI AD HODIERNAM DISCIPLINAM ACCOMMODATA EIUSQUE IUSSU EDITA.

Constitutione Apostolica *Si unquam,* die xv huius mensis lata, poenitentiariis minoribus aliisque in Urbe et suburbio confessariis facultates tribuuntur sane amplissimae, quibus adeptio iubilaris veniae facilior tutiorque reddatur. Summopere autem interest ut iidem poenitentiarii et confessarii facta sibi potestate prudenter utantur, ne tantarum largitio gratiarum eâ vi eoque careat effectu, quem Sancta Mater Ecclesia indicendo piaculari anno sibi misericorditer proposuit.

Yestigia igitur decessorum suorum persecutus, qui huic necessitati sapientissime superiore aetate consuluerant, SS. D. N. Pius Papa XI decrevit, eorum monita, ad praesentem disciplinam accommodata, prouti infra exponuntur, retinenda esse et singulis, sive Ordinariis sive confessariis ecclesiarumque rectoribus, accurate servanda.

I. Confessarii praediscant ac memoria teneant indicem peccatorum, censurarum, poenarum impedimentorumque omnium, quorum absolutio vel dispensatio in facultatibus sibi concessis non comprehenditur; si qua autem eiusmodi occurrerint, meminisse eos oportet, non aliter posse se poenitenti providere, quam iis religiose servatis quae Codex praescribit can. 2254, 2290,

1045 § 3; servato praeterea - si confessam non sint ex poenitentiariis pro Iubilaeo deputatis - can. 990 § 2.

II. Attendant praecipue, facultates extraordinarias sibi tributas exercere se valide posse tantummodo erga poenitentes qui confessionem peragant ad iubilaeum lucrandum praescriptam, atque unice in confessione sacramentali, nisi aliud concessio ipsa ferat. Ad locum autem quod attinet, quo licite vel etiam valide iubilarem confessionem audiant, servent tum Codicis praescripta, tum Ordinarii loci mandata, tum denique ea quae in ipso facultatum suarum indice statuta sunt.

III. Sua cuique, iubilaei causa confitenti, sacramentalis poenitentia imponatur ad normas a theologis communiter traditas; nec ab ea imponenda, ut quae sacramenti integritatem compleat, idcirco confessarii se abstineant, quia poenitentem tam bene dispositum animatumque invenerint, ut coniicere sibi iure liceat, eum plenissimam iubilaei veniam esse consecuturum. Nec in sacramentalem satisfactionem opera aliunde iniuncta, etiam pro ipso iubilaeo, poenitenti imperent, nisi quo casu, spectata eius fragilitate, aliter provideri omnino nequeat.

IV. Si quis in occultas censuras ob partem quoquo modo laesam inciderit, eum ne ante absolvant, quam parti laesae, etiam scandalum reparando damnumque sarciendo, satisfecerit: aut saltem, si eiusmodi satisfactionem praestare ante non possit, vere graviterque promiserit se, cum primum licuerit, satisfacturum.

V. Si quando agatur de publicis censuris, quarum absolutio est poenitentiariis minoribus commissa, hi iniungendae satisfactum haud aliter consulant, quam secundum praxim Poenitentiariae Apostolicae; ad huius vero Officium poenitentem dirigant cum suo de impertita a se censurae absolutione testimonio, in quo quidem poenitentis nomen, cognomen, dioecesim et censuram, in quam inciderai, publicam, cum plena eius venia, conserverint. Officium autem S. Poenitentiariae poenitentem ad Ordinarium remittet, tradito Rescripto, quo testificabitur illum fuisse a publica eiusmodi censura in foro sacramentali absolutum,

ut possit, ad can. 2251, haberi tamquam absolutus in foro externo. Teneatur tamen poenitens, sub poena reincidentiae, parere reliquis Ordinarii mandatis, cui religioni esto clementius mitiusque cum reo agere, quem publice in romana peregrinatione poenituit.

YI. Eos qui, ad finem quoquo modo malum, monialium clausuram violaverint, in casibus etiam occultis, prohibeant nomine Apostolicae Sedis quominus in posterum ad illud monasterium eiusque ecclesiam accedant, moneantque praeterea, eos ita a censuris absolutos esse, ut, si prohibitionem neglexerint, in easdem eo ipso relabantur. Quodsi, pro poenitentis et rerum locorumque adiunctis, imponi ac servari ea prohibitio nequeat, consulatur E.mus Cardinalis Poenitentiarius Maior, qui, pro sua prudentia, quotiescumque necessitas id postulare videbitur, ea in re dispensant.

VII. Religiosos vero, qui suam, mulieres introducendo, clausuram, similiter ad finem graviter malum, violaverint, ita a censuris, in quas iidem inciderint, absolvant, ut firma atque integra consistat officii et vocis activae ac passivae privatio, qua forte, ad can. 2342, 2°, in poenam mulctati iam sint.

VIII. A lectione librorum prohibitorum, eorum praesertim qui in can. 2318 § 1 sub excommunicationis poena vetantur, ne quemquam absolvant, nisi is libros, quos penes se retinet, Ordinario aut confessario ipsi aut alii, qui facultatem eosdem retinendi habeat, ante absolutionem tradiderit; sin minus, se eos, cum primum potuerit, destructurum aut traditurum, serio promiserit.

IX. Eeligiosos, apostatas a religione, ab excommunicatione can. 2385 lata ne absolvant, quamdiu extra Ordinem permanserint; attamen, si ii firmum habeant propositum ad religionem suam redeundi, congruo iisdem praefinito ad id exsequendum tempore, in foro interno absolvant, ea condicione ut in censuram recidant si intra praefinitum tempus ad religionem non redierint. At ii moneantur, se, quamdiu extra suae religionis domum commorentur, ab actibus legitimis ecclesiasticis excludi, privilegiis omnibus suae religionis privari, Ordinario loci commorationis subiici, atque obnoxios esse, etiam postquam redierint, aliis poenis

in can. 2385 statutis. Quotiescumque vero agitur de illo egressu, de quo in can. 646, si poenitens, rite dispositus, in foro interno absolvi potuit, remittatur, eo prorsus modo qui n. V describitur, ad Officium S. Poenitentiariae, a quo, ob opportuna remedia, ad Supremam Congregationem S. Officii deferendus erit. - Religiosus autem fugitivus, etiamsi ex Constitutionibus suae religionis in excommunicationem inciderit, absolvi, rite dispositus, in foro interno poterit, imposita obligatione ad religionem quam primum redeundi, eadem ratione eademque sub reincidentiae poena, ac pro apostatis a religione cautum est: praeterea, si sit in sacris, ea lege, ut suspensionem observet can. 2386 statutam.

X. Quodsi eiusmodi vel a religione apostatae vel fugitivi dixerint, velle se, ante quam ad religionem suam revertantur, poenarum mitigationem a Superioribus impetrare, in hoc quidem casu ne absolvantur, sed ad Superiores suos remittantur.

XI. Clerici in sacris Ordinibus constituti, qui delictum patraverint de quo in can. 2388, quotiescumque rite dispositi et scandalum reparare parati animo sunt, poterunt quidem absolvi, sed per S. Poenitentiariam, ut n. IX dicitur, ad S. Officium, tamquam irregulares, remittendi sunt.

XII. Etiamsi omnes Christi fideles, cuiusvis ordinis et gradus, ad Almam hanc Urbem, lucrandi iubilaei causa, advocentur atque invitentur, nulli tamen putent sibi datam, eorum, quorum interest, venia vel consensu posthabitis, adeundae Urbis libertatem. Itaque uxores et viri caveant, ne sua peregrinatio gravia familiae incommoda afferat; invitos, vicissim, parentes filii ne deserant. Episcopi ab dioecesi sua ne discedant, si qua gregi detrimenta metuant; sacerdotes ac reliqui de clero ne romanum iter ingrediantur, nisi Curia eos sua litteris munierit; religiosis, denique, peregrinan non licebit, nisi venia legitime a Superioribus impetrata, quos tamen dedeceat nimium se morosos praestare ac difficiles, et hortationem Benedicti XIV neglegere, qui in Litt. Enc. *Apost. Const.*, die 26 mensis iunii anni 1749 "datis, § 7, « hac in re benigniores » eos futuros fuisse confidere se declarabat.

XIII. Confessio et Communio ad lucrandam piacularis Anni veniam imperatae nihil refert utrum visitationibus quattuor Basilicarum antecedant, an interponantur vel succedant; unum refert et necesse est, ut postremum ex praescriptis opus, quod etiam Communio esse potest, in statu gratiae, ad can. 925 § 1, compleatur. Si quis igitur post confessionem peractam, ultimo nondum completo opere, in letale rursus inciderit, iteret confessionem oportet, si sacram synaxim debet adhuc suscipere; secus, satis erit, ut, actu contritionis perfectae elicito, cum Deo reconcilietur.

XIV. Visitationes quattuor Basilicarum iis, qui, e sententia canonis 91, *incolae* sunt vel *advenae* intra Urbem aut intra fines paroeciarum quae in suburbio comprehenduntur, *vicies* peragendae sunt; *decies,* contra, omnibus, qui partes agri romani iis paroeciarum terminis finítimas incolunt, ut ceteris peregrinis.

XV. Ex decreto a Suprema Congregatione S. Officii lato die 26 mensis ianuarii anni 1911, quod can. 923 confirmatum est, praescriptae quattuor Basilicarum visitationes - nec refert quo ordine fiant - peragi queunt « a meridie diei praecedentis usque ad me- « diam noctem quae statutum diem claudit », licet concessionis documentum aliud sonare videatur, facta horarum supputatione secundum can. 33 § 1. Completa igitur quartae Basilicae visitatione, licebit, ut patet, a meridie et deinceps eiusdem Basilicae visitationem iterare, ad inchoandam seriem visitationum insequentis diei. Necesse, ceteroqui, non est invisentibus, ut per Portam Sanctam in Basilicas ingrediantur aut de iis exeant; immo etiam, Basilicis clausis vel aditu ad eas quavis de causa impedito, satis erit ad earundem fores vel gradus Deum exorare. At visitatio pia ac devota sit oportet, idest facta animo Deum colendi; quem quidem animum ipsa exterior reverentia aliquo modo patefaciat.

XVI. Praeter Basilicarum visitationes, ad Indulgentiam Iubilaei lucrandam preces quoque praescribuntur pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione et ad mentem Summi Pontificis, scilicet ad eos fines, quos Eomanus Pontifex edixit, praecipue in Bulla Indictionis, velle se a Christi fidelibus Deo commendari. Quae quidem

preces, quamvis in singulis visitationibus iterari pie soleant, ab bis tamen seiungi possunt; neque hoc precum officio atque onere exsolvitur quisquis ex peculiari indulto aut ex commissa Ordinariis confessariisve facultate a compiendo statuto visitationum numero sit legitime dispensatus, etsi non cogitur toties preces iterare quot numero fuerint condonatae visitationes. Sufficit, ceteroqui, implicite et generatim ad mentem Eomani Pontificis orare, oratione non quidem mentali, sed vocali, pro fidelium arbitrio deligenda, ut can. 934 § 1 edicitur, vel alternis cum socio; ex communi autem sententia officio huic satisfacit quicumque orationem dominicam, salutationem angelicam et doxologiam quinquies recitaverit. Mutis canone 936 consulitur.

XVII. Cum Ss.mus D. N. Pius Pp. XI benigne concesserit, ut in Urbe et suburbio quicumque semel Iubilaei indulgentiam sibi acquisiverit, is possit deinde animis defunctorum expiandis toties eam lucrari quoties iniuncta opera perfecerit, eam iterum iterumque profecto lucrabitur quisquis iterum iterumque opera praestiterit aut in Bulla Indictionis imperata aut, vi supervenientis Indulti vel dispensationis commutationisve legitimae, iis ipsis suffecta, sive praestare ante ad Bullae Indictionis praescriptum coeperit, deinde ad indulti • formam perrexerit, sive ante ad unius indulti, deinde ad posterioris indulti, etiam diversi, formam praestiterit. Si quod autem supervenerit indultum, quo visitationum numerus, ab initio praescriptus, ad minorem redigatur, qui hunc nondum attigerit, visitationes ante peractas ad complendum numerum imputet; qui, contra, numerum ita imminutum iam attigerit aut excesserit, unam saltem novam quattuor Basilicarum visitationem, ut indulto fruatur, adiungat. - Qui autem, iustis de causis aut deminutione praescripti visitationum numeri aut commutatione, pluries quoque, a confessario impetrata, semel Iubilaeum acquisiverit, eum alias exinde deminutiones aut commutationes impetrare nefas esto, ita ut prioribus tantummodo concessionibus toties postea uti frui possit quoties velit Iubilaei indulgentiam defunctorum animis applicandam lucrari. - Quod vero attinet ad absolutionem a censuris ad aliasque dispensationis vel commutationis

gratias, si cui forte harum necessitas occurrerit postquam omnia praescripta ad lucrandum Iubilaeum opera implevit, concessu Sanctitatis Suae possit is semel iisdem gratiis uti frui. Verumtamen quicumque absolutionem a censuris aliasve dispensationis vel commutationis gratias tum impetravit, cum, primum, Iubilaei veniam lucratus est, si quidem denuo in censuram inciderit et reservatum casum admiserit aut novis votorum dispensationibus commutationibusve indigeat, a facultate is decidat Iubilaei iterum acquirendi atque a confessario ad usitatas Codicis normas tractetur. Integrum interea inviolatumque esto, quibus, a romana peregrinatione stabili impedimento prohibitis, Constitutione *Apostolico muneri,* pridie huius diei data, concessum est, ut extra Urbem possint, operibus iteratis, quae ab Ordinario vel a confessario suffecta sint, semel et bis tantum Iubilaei indulgentia frui, iis omnibus haud licere praeterea - quod, contra, iis licet qui in Urbe aut suburbio, item impedimento detenti, commorantur - toties in defunctorum suffragium eandem indulgentiam acquirere, quoties opera suffecta repetant.

XVIII. Absolutiones a censuris, si eas excipias quae datae sint ad reincidentiam, itemque commutationes votorum et dispensationes, ex facultatibus extraordinariis, per piacularem Annum, confitentibus Iubilaei causa, semel concessae, in suo robore permanent et consistunt, etiamsi qui eas, sincero animo Iubilaeum lucrandi, impetravit, deinde, mutato proposito, cetera opera imperata intermiserit atque ab eo acquirendo destiterit.

XIX. Suspensio facultatum, per Constitutionem *Ex quo primum,* die quinto huius mensis latam, indicta ac denuntiata, ad Urbem eiusque suburbium minime pertinet, cum summopere intersit, per Annum Sanctum heic sacrorum operariorum copiam et auxilia poenitentibus e culparum caeno ad divinam gratiam revocandis nec imminui nec deficere. Quisquis igitur Romae eiusmodi facultatibus sit legitime munitus, eas per piacularem annum in Urbe et suburbio, intra fines concessionis sibi factae et temporis sibi praestituti, libere exerceat. - Ad indulgentiarum suspensionem quod attinet, eadem Constitutione *Ex quo primum* in-

dictam, cum Apostolica Sedes iam dudum decreverit, nonnullas indulgentias ab usitata per Annum Sanctum suspensione eximi, SS. D. N. eiusmodi indulta seu privilegia, etsi de iis in memorata Constitutione siletur, non revocat, modo authentice constet, ea ipsa fuisse et revera et in perpetuum concessa, ad can. 70, 71 et 60 § 2.

XX. Cum quattuor Basilicarum visitatio non sit opus per se praeceptum, sed tantummodo iis impositum qui libere velint Iubilaei veniae participes fieri, id visitationis onus, quotiescumque a confessariis privilegiatis debet, ex rationabili causa, totum vel ex parte poenitentibus remitti, ne commutetur in alia opera, quae ad peragenda poenitens sit alio obligationis proprie dictae titulo adstrictus.

XXI. Confessarii extra Urbem, qui facultatibus extraordinariis, Iubilaei causa, per Constitutionem *Apostolico muneri* donati sunt, sciant, sibi licere hisce Monitis eatenus uti, quatenus ipsis applicari possint.

Haec igitur sunt *Monita,* quae ad praesentis disciplinae condicionem innovari atque in lucem edi iussit Ss.mus Dominus Noster Pius Pp. XI, ut constans et tuta omnibus praesto sit interpretatio et facultatum, quae vigebunt, et operum, quae praestanda sunt ad veniam Iubilaei consequendam, per proximum piacularem Annum.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Poenitentiariae, die xxxi mensis iulii, anno **MDCCCCXXIV.**

O. **CARD. GIORGI,** *Poenitentiarius Maior.*

L. © S.

Silvius Fagiolo, *S. Poenitentiariae a Secretis»*

II

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

DE NORMIS IN CONCEDENDA ET LUCRANDA INDULGENTIA PORTIUNCULAE

Ut septimi pieni saeculi ab condito feliciter amplissimo Minorum Ordine et memoria et fructus quam diutissime permanerent, fel. rec. Pius Pp. X, Litteris motu proprio die ix mensis iunii anni MDCCCCX datis, benigne concessit, ut eo ipso dumtaxat saeculari anno, Portiunculae Indulgentia, quam vocant, ad alias proferri posset ecclesias atque oratoria, quae de Ordine Minorum non essent, necessarias atque opportunas ad rem facultates singulis locorum Ordinariis tribuendo.

Verum, id per insequentem annum, cum eiusdem indulgentiae lucrandae dies haud longe abesset, evenit, ut ad Supremam S. Officii Congregationem, cui tum munus moderandarum indulgentiarum incumberet, innumerabiles undique perferrentnr libelli, quibus postulabatur, placeret Apostolicae Sedi, aut indulta ante a quovis data prorogare aut nova eius generis largiri, ut, quo praestantissimo ecclesiis sane multis frui licuerat beneficio, id deinde postea fruendum consisteret. Iamvero Emi ac Emi PP. Inquisitores Generales, cum sibi visum esset Christi fidelium, vota posse utiliter admitti atque expleri, censuerunt certas quasdam leges praestitui oportere, ad quas Indulgentia Portiunculae in posterum concederetur. Ne tamen Ecclesiae filii, usquedum eiusmodi leges conderentur, tam insigni beneficio carerent, iidem Emi Patres, decreto die xxvi mensis maii anni MDCCCCXI lato, quod tamdiu valeret quoad aliquid aliud decerneretur, concessiones antea factas facultatesque Ordinariis locorum tributas sine die prorogarunt.

Opus a S. Congregatione S. Officii inchoatum Sacra Poenitentiaria Apostolica, cuius nunc est indulgentiarum concessionem usumque moderari, perficiendum cum sibi pro munere suo sumpsisset, re accurate perpensa, haec, quae sequuntur, ad Indulgentiam Portiunculae quod attinet, in posterum servanda esse decrevit :

I. Ut veneratio, qua Assisiense de Portiuncula Sacellum fideles prosequuntur, nihil unquam capiat detrimenti, immo etiam cotidie magis augeatur, in nulla ecclesia nulloque oratorio, vel Franciscalis cuiuslibet

Instituti, quod a memorato Sacello minus distet quam infra n. V praescribitur, haec Indulgentia altero die mensis augusti lucrifieri in posterum queat, etsi id antehac licuit, nisi ab iis tantum qui domum ecclesiae vel oratorio continentem incolant, modo tamen aut physice aut moraliter impediantur quominus ad idem Portiunculae Sacellum se conferant.

II. Perpetuae huius Indulgentiae concessiones, adhuc quoquo modo factae, integrae in posterum sunto, ea tamen condicione, ut normae, hoc decreto futuris concessionibus moderandis statutae, omnino serventur, si eam unice excipias quae ad distantiam pertinet.

III. Indulta omnia temporaria, scilicet aut ad certum tempus aut sine die aut ad beneplacitum a quovis legitime concessa, inde a die xxxi mensis decembris vertente anno abrogata habeantur ac cessent. Quodsi nova in futurum indulta alicunde postulari contingat, libelli, ad Sacram Poenitentiariam mittendi, ratio non habebitur, nisi Ordinarius loci preces commendet omnibusque perpensis de vera concessionis opportunitate atque utilitate testificetur.

IV. Si quando privilegium huius Indulgentiae largiendum sit, aedes sacrae praeferantur, quae B. Mariae Virgini Angelorum vel Francisco Assisiensi dicatae sint aut in quibus aliqua sedem habeat e Confraternitatibus seraphicis; quae aedes sicubi desint, templa cathedralia vel parochialia ceteris plerumque anteponantur.

V. Ecclesiae vel publica oratoria ut privilegio hoc locupletentur, disteni oportet tria, ut vocant,, chilometra ab aliis ecclesiis vel oratoriis quae ad aliquem Franciscalem Ordinem pertineant aut eodem privilegio fruantur.

VI. Si qua peculiari de causa haec Indulgentia semipublicis oratoriis concedenda videatur, eadem unquam ne faveat nisi communitati vel coetui fidelium, in cuius commodum oratoria illa erecta sint.

VII. Ordinariis locorum, parochis et ipsis rectoribus aedium sacrarum, in quibus privilegium insit, facultas esto, si quidem iustis de causis id expedire iudicarint, pro altero mensis augusti die, qui dominicus non sit, substituendi, ad Indulgentiam lucrandam, diem dominicum proxime insequentem.

VIII. In iisdem ecclesiis vel oratoriis, quamdiu, ex praescripto, invisentibus, Indulgentiae acquirendae causa, fidelibus patebunt, tamdiu Reliquiae S. Francisci Assisiensis vel B. Mariae Virginis, aut saltem Imago vel statua eiusdem Sancti vel B. Mariae Virginis Angelorum, venerationi fidelium propositae maneant. Publicae praeterea preces ibidem pro Summo Pontifice universaque militanti Ecclesia, pro haeresum exstirpatione peccatorumque conversione, pro pace et concordia omnium populorum,

Deo adhibeantur, quo tempore id fieri opportunius videbitur; sacerque iste ritus, praemissis tum B. Mariae Virginis Angelorum et Seraphici Patriarchae invocatione, tum Litaniis Sanctorum, Eucharistica benedictione absolvatur.

IX. Qui Indulgentiam Portiunculae lucrari cupiat, is admissa sua confiteatur, ab iisque, si opus sit, absolutus, sacra de altari libet; ecclesiam vel oratorium, privilegio ditata, invisat, precesque ad mentem Summi Pontificis de more fundat, idest saltem sexies *Pater, Ave* et *Gloria* in unaquaque earum visitationum, quas ad indulgentiam iterum iterumque impetrandam rite peragat.

X. Altero mensis augusti die vel die dominico proxime insequenti, condicionibus superiore n. IX statutis eos quoque stare oportet, si velint Indulgentiae compotes fieri, qui reliquis per annum diebus eo fruuntur indulto, ut sola sex *Pater, Ave* et *Gloria* recitatione, praeter alias, etiam Portiunculae Indulgentiam lucrari queant.

Quae quidem omnia Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die xvi mensis maii subscripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, adprobavit promulgarique iussit. Contrariis quibuslibet, etiam specialissima atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae ex Aedibus Sacrae Poenitentiariae, die x mensis iulii, anno **MDCCCCXXIV.**

O. **CARD. GIORGI,** *Poenitentiarius Maior.*

Silvius Fagiolo,
S. Poenit. Apost, a Seeretis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 15 luglio, la Santità di N. S. riceveva in udienza di formalità S. E. il Sig. Ramón Subercaseaux, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Chili, per la presentazione delle lettere credenziali, e martedì 22 luglio, per lo stesso fine, parimenti riceveva in udienza di formalità S. E. il Sig. Augusto De Castro, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Portogallo.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 8 luglio 1914, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali ed i Reverendissimi Prelati e Consultori teologi, che la compongono, hanno discusso e dato il loro voto, dapprima sul dubbio, detto del *Tuto*, per la solenne beatificazione del Ven. Antonio M. Gianelli, Vescovo di Bobbio, Fondatore della Congregazione delle Figlie di Maria Ssma dette dell'Orto ; e quindi sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Ven. Suo Servo Giuseppe Cafasso, Sacerdote secolare, Rettore del Collegio Ecclesiastico di Torino, i quali miracoli si propongono per la di lui beatificazione.

Martedì 15 luglio 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello, del Terz'Ordine di San Francesco, Fondatrice delle Figlie della Misericordia.

II. Riassunzione della Causa di Canonizzazione della Beata Giulia Billiart. Vergine, Fondatrice delle Suore della Beata Vergine Maria.

III. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Andrea Bobola, Sacerdote Professo della Compagnia di Gesù.

IV. Riassunzione della Causa di Canonizzazione del Beato Michele Garicoïts, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Sacerdoti del Sacro Cuore di Gesù, volgarmente detti di *Bétharram.*

V. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Suor Placida Viel, seconda Superiora Generale dell'Istituto delle Scuole Cristiane della Misericordia.

VI. Intorno alla revisione degli scritti dei Venerabili Servi di Dio Emanuele Buiz e Compagni Martiri, dell'Ordine dei Frati Minori.

VII. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Beata Maria Vergine Ausiliatrice.

VIII. Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria di Gesù Crocifisso, Beligiosa Professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

IX. Finalmente intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Suor Teresa Condere, Confondatrice dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora del Bitiro nel Cenacolo.

Martedì 22 luglio 1924, presso l'Emo e Bevmo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Maria Bernarda Soubirous, della Congregazione delle Suore di Carità e dell'Istituzione Cristiana *de Nevers,* si è tenuta la Congregazione dei Sacri Biti *Antipreparatoria,* per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della medesima Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 giugno 1924. Monsig. Salvatore Capoferri, *Maestro soprannumerario delle Cerimonie Pontificie.*

14 luglio » Monsig. Giuseppe Beltrami, *Cappellano comune soprannumerario.*

Assistente al Soglio Pontificio:

17 luglio 1924. Monsig. Settimio Caracciolo di Torchiarolo, Vescovo di Aversa.

Protonotarii Apostolici ad instar participantium:

12 aprile 1924. Monsig. Emmanuele Zorzoli, della diocesi di Vigevano.
SO giugno » Monsig. Antonio Vabosa Braga, dell'archidiocesi di Fortaleza.

Prelati Domestici di S. S.:

11 febbraio 1924. Monsig. Marco Martini (Boma).
11 aprile » Monsig. Emmanuele de Sarzana (Boma).
12 » » Monsig. Lucio Ubezio, della diocesi di Vigevano.
23 maggio » Monsig. Guglielmo Keuenhof, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Giovanni J. Hogan, della medesima diocesi.
16 giugno » Monsig. Mario Micheli, della diocesi di Narni.
25 » » Monsig. Giuseppe Schlecht, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

27 giugno 1924. Monsig. Michele Fitz Gerald, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Giacomo Woods, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Edoardo Jones, della diocesi di Detroit.
30 » » Monsig. Lorenzo Gallinger, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Mattia Dünstmair, della medesima archidiocesi.
11 luglio » Monsig. Faustino Stangaitis, della diocesi di Sejna.
12 » » Monsig. Giuseppe Apap Bologna, della diocesi di Malta.
» » » Monsig. Massimino Busso, della diocesi di Avellino.
17 » » Monsig. Alfonso Blazques y Ballester, della diocesi dell'Avana.
19 » » Monsig. Giovanni Barry, della diocesi di Shrewsbury.
22 » » Monsig. Antonino Labate, dell'archidiocesi di Beggio Calabria.
» » » Monsig. David Hasset Power, della diocesi di Galloway.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine Piano:

28 giugno 1924. Al sig. marchese Pietro Pellegrini Quarantotti, Esente Aiutante Maggiore nel Corpo delle Guardie Nobili.
4 luglio » Al sig. conte Pietro Vial di Sant'Agata e Raccuja, dell'archidiocesi di Napoli.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

14 luglio 1924. Al sig. marchese Carlo di Montferrand (Francia).

La Commenda dell' Ordine di San Gregorio Magno, Classe civile:

16 maggio 1924. Al sig. cav. Pio Cavazzi (Roma).
13 giugno Al sig. Guglielmo P. Larkin, dell'archidiocesi di Nuova York.
5 luglio » Al sig. Ermanno Schedy, della diocesi di Sant' Ippolito.
7 » » Al sig. marchese Orazio de Luca Resta, della diocesi di Conversano.
17 » » Al sig. prof. cav. Ettore D'Avack (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, Classe civile:

22 ottobre 1923. Al sig. Sebastiano Lapecorella, dell'archidiocesi di Bari.
13 giugno 1924. Al sig. Neal Power, dell'archidiocesi di San Francisco.
17 » » Al sig. Francesco di Sales Collet e Silva, dell'archidiocesi di San Paulo.
20 » » Al sig. Guglielmo G. Kelly, della diocesi di Brooklyn.
30 » » Al sig. Carlo Ricci, dell'archidiocesi di Milano.
2 luglio » Al sig. Guglielmo C. Prout, dell'archidiocesi di Boston.
7 » » Al sig. Francesco P. Mathews, dell'archidiocesi di Omaha.
9 » » Al sig. Conte Carlo Fernandez Concha (Cile).
10 » Al sig. Roberto Egan, della diocesi di Oklahoma.

15 luglio 1924. Al sig. JBnrico Besnard, della diocesi di Versailles.
19 » » Al sig. Amato Ippolito Hurel, della diocesi di Chartres.
» » » Al sig. Antonio Laurenz, della, diocesi di Münster.
24 » » Al sig. Martino Tommaso Mantón, dell'archidiocesi di New York.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:

30 giugno 1924. Al sig. Salvatore Folchi, Tenente della Guardia Palatina d'Onore.

la Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

25 giugno 1924. Al sig. Cav. Giovanni Guasta, dell'archidiocesi di Torino.
28 » » Al sig. Cav. Luigi Baldassari (Boma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

17 giugno 1924. Al sig. Benedetto Calixto, dell'archidiocesi di S. Paulo.
20 » » Al sig. Eugenio Angerhausen, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Al sig. Giuseppe van Gemmeren, della medesima archidiocesi.
21 » » Al sig. Ousta Elias Issa, della diocesi di Kerkouk.

MAGGIORDOMATO DI SUA. SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bina Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

26 giugno 1924. Monsig. Giovanni Hauptmann, della diocesi di Brooklyn.
» » » Monsig. Ambrogio Schumack, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Vitta, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bernardo O'Beilly, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Timoteo Hickey, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Kelty, della medesima diocesi.
27 » » Monsig. Filippo Orta, dell'archidiocesi di Ferrara.
3 luglio » Monsig. Giovanni Lastovicka, della dioc. di Hradec Kralovè.
» » » Monsig. Martino Hettiger, della diocesi di Würzburg.
5 » » Monsig. Gregorio Lindermayr, della diocesi di Augsburg.
» » » Monsig. Giuseppe Darmanin, della diocesi di Malta.
» » » Monsig. Antonio Bonnici, della medesima diocesi.
8 » » Monsig. Giovanni Brianda, della diocesi di Ozieri.
11 » » Monsig. Giuseppe Morcos, del Patriarcato di Gerusalemme.
12 » » Monsig. Michele Buzalka, dell' Amministrazione Apostolica di Tirnava.
» » » Monsig. Giuseppe Minarik, della medesima Amministrazione.
» » » Monsig. Carlo Wiedermann, della medesima Amministrazione.
» » » Monsig. Michele Bubnic, della medesima Amministrazione.

12 luglio 1924. Monsig. Giuseppe Srobar, della medesima Amministrazione.
» » » Monsig. Stefano Rovensky, della medesima Amministrazione.
15 » » Monsig. Mariano Eampolla del Tindaro, dell'archidiocesi di Palermo.
16 » •» Monsig. Enrico Klisserath, della diocesi di Treviri.
19 » » Monsig. Zdzislao Luczycki, della diocesi di Lublino (Polonia).
21 » » Monsig. Antonio Maria Suri, della diocesi di Ozieri.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

27 giugno 1924. Il sig. conte Luigi Molinier, della diocesi di Aire e Dax.
28 » » Il sig. visconte Enrico Agostino d'Estiennes d'Orves, della diocesi di Nizza.
15 luglio » Il sig. Giorgio de Noaillat, dell'archidiocesi di Tours.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 giugno 1924. Monsig. Eoberto Rossi, della diocesi di Cagli e Pergola
9 luglio » Monsig. Giuseppe Di Lazzaro, della diocesi di Larino.
» » » Monsig. Alfredo Santorelli, della medesima diocesi.
10 » » Monsig. Biagio Orfei, della diocesi di Cagli e Pergola.
» » » Monsig. Rodolfo Serra, dell'archidiocesi di Genova.
14 » » Monsig. Pasquale Mattalia, dell'archidiocesi di Torino.
18 » » Monsig. Luigi Arrigoni, della diocesi di Sarsina.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

5 luglio 1924. Il sig. Tommaso Garavini (Roma).
8 » » Il sig. Giovanni Boros de Zelene, della diocesi di Csanad.
» » » Il sig. Eleuterio Fischer, della medesima diocesi.

Confessore della Famiglia Pontificia:

14 luglio 1924. Rev.do P. Maestro Giuseppe Maria Ducceschi, dell'Ordine dei Servi di Maria.

NECROLOGIO

28 giugno 1924. Mons. Giovanni Giuseppe Tournier, Vescovo tit. di Ippona Zárito.
15 luglio » Monsig. Brizio Meuleman, Arcivescovo di Calcutta.

Annus XVI - Vol. XVI 1 Septembris 192é Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ECCLESIAE CONLEGIATAE B. M. V. A SALUTE, IN CIVITATE PAZCUARO, ARCHIDIOECESIS MECHOACANENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ecclesia conlegiata Deo dicata in honorem Beatae Mariae Virginis sub titulo Salutis, in civitate *Pazcuaro,* archidioecesis Mechoacanensis intra fines sita, molis amplitudine et structura conspicua nec non eximiis artis operibus ornata, principem profecto locum obtinet inter alias archidioecesis eiusdem sacras aedes ; ecclesia enim fuit cathedralis, antiquis temporibus, ante translationem, sedis a civitate *Pazcuaro* ad praesentem de *Morella* anno MDLXXX peractam. Ipsa in ecclesia sacra Beatae Mariae Virginis imago publico cultui et fidelium pietati proposita, opus est sculpturae saeculi decimi sexti efformatum, auctore atque auspice primo Ecclesiae Mechoacanae Episcopo Vasco de Quiroga, qui, ob exantlatos in Dominico agro excolendo labores fidemque christianam inter indigenas feliciter invectam, gloriosa memoria ac magna veneratione merito gaudet. Haec quidem veneranda icon iam inde ab erectione sanctuarii, frequentissimo incolarum et peregre etiam, confluentium fidelium ab exteris regionibus concursu, praesertim sollemnioribus per annum festis diebus, religiosissime celebratur: atque anno **MDCCCLXXXXIX**, auctoritate Leonis PP. XIII rec. me. Praedecessoris Nostri, aureo diademate, sollemni ritu, coronata fuit. Tandem enunciata ecclesia, Abbate et capitulo a rec. me. Pio PP. X, Nostro decessore, anno MDCCCCVIII aucta, divini cultus splendore et sacrarum functionum pompa renidet.

Haec animo repetentes, cum dilecti filii Abbas et canonici Capituli eiusdem Ecclesiae eonlegiatae, una cum clero et populo civitatis *Pazcuaro,* Nos humiliter flagitaverint, ut ipsam ecclesiam conlegiatam Virginis a Salute ad titulum ac dignitatem Basilicae minoris evehere velimus, hasque preces cumulent atque ornent amplissima suffragia, tum Archiepiscopi Mechoacanensium, tum Archiepiscopi titularis Sardicensis Nostri Delegati Apostolici in Mexico, optatis his annuendum hbeñtissimé existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuen. et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, Ecclesiam conlegiatam Beatae Mariae Virginis sub invocatione a Salute, vulgo *de la Salud,* civitatis *Pazcuaro,* archidioecesis Mechoacanae intra fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris ornamus; omnibus honorificentiis et privilegiis illi attributis, quae, hac de causa, minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari, sicque rite iudicandum esse, ac definiendum, irritumque ex nunc, et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis iunii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

II

CONGREGATIO MISSIONARIORUM FILIORUM IMMACULATI CORDIS B. M. V. EIUSQUE CONSTITUTIONES PLENISSIME APPROBANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam.. — Inter religiosas familias, quae militantis Ecclesiae decus atque ornamentum merito vocari possunt, haud parvum, locum obtinet quoque Missionariorum, Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis Congregatio. Haec quidem, Episcopo probante, Vici, in Hispania, die xvi mensis iulii anno **MDCCCXLIX** fundata est ab apostolico viro, rec. mem. Antonio Maria Claret, qui, impiger Christi operarius, plures

iam antea annos sacris per Hispaniam expeditionibus, uberrimam conversionum ubique segetem metendo, se totum devoverat. Hic etiam, dioecesis Sancti Iacobi de Cuba a decessore Nostro Pio PP. IX Arehiepir scopus renuntiatus, eandem studio rexit flagrantissimo; ac dein, iii Hispaniam reversus et conscientiae Eeginae moderator electus, gravissimis temporibus, religionis bonum atque incrementum, opera et consilio, fovit, Ecclesiaeque iura prudenti virilique pectore vindicavit; donec sanctissimo exitu obdormivit in Domino, alumnis suis praeclara virtutum specimina relinquens, et tanta sanctitatis fama ornatus, ut eius in praesens beatificationis causa apud Sacrorum. Bituum Congregationem agatur. Praelaudatae religiosorum familiae constitutiones, ad ipso fundatore exaratae, aptissima praesidia praebent ad Instituti propositum obtinendum, quod tum ad perfectionem propriam acquirendam tum ad proximorum salutem procurandam vertit; idque patet ex eisdem Eegulae verbis, Congregationi finem statuentibus, quae, ut religiosi « in omnibus Dei gloriam, sodalium « suorum sanctificationem, totiusque mundi animorum salutem quaerant », praescribunt. Addit propterea recte pater legifer: « nihil sic Missionario- « rum intersit, nihil ita consentaneum esto ipsis, uti virtutum omnium « ornatus »; proindeque Missionarii, ad salutem animorum fidelium obtinendam, excitantur ut « adhibeant omnia "media sibi possibilia, maxime se- « quentia: primo: catechizare parvulos, pauperes et ignaros; secundo, ver- « bum Dei praedicare et Missiones ac spiritualia exercitia dare omni generi «personarum, praesertim vero sacerdotibus, scholasticis et monialibus, « omniumque fidelium confessiones audire; tertio, Seminaria dirigere ». Dicto audientes conditoris sui, Missionarii, qui Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis titulo nunc decorantur, per observantiam perfectam constitutionum propriam sanctificationem adipisci, ac pariter spirituale animorum bonum et profectum, operoso apostolatu, consequi nituntur. Plures enim ex eadem Congregatione fuerunt alumni, qui, fundatoris spiritu imbuti, innumeras Christo animas lucrati sunt, eodemque tempore lectissimos sanctitatis fructus collegerunt, ita ut iam inter eos quattuor delecti sint, quorum beatificatio et canonizatio rite per processus canonicos a supremo Ecclesiae magisterio postulatur. Curant autem Missionarii, sicuti ratio tituli Congregationis expostulat, erga Immaculatum dulcissimae Matris Mariae Cor, omni studio, suavissimam devotionem excitare vividiusque incendere; atque ita ingentem peccatorum numerum per hanc Marianam devotionem ad Deum revocarunt. Ad eandem vero in Deiparam pietatem fidelium animo magis magisque inserendam a Praedecessore Nostro rec. mem. Pio PP. IX, die xi mensis maii anno MDCCCLXXVII impetrarunt ut possent fidelibus ipsis, etiam per alios delegatos sacerdotes,

parvum Immaculata Cordis Beatae Mariae Virginis scapulare imponere. Sed cum huius Congregationis supremum munus sit christianum apostolatum agere, nullum tempus nullusque, sive inter fideles sive inter infideles populos, locus fuit, quo ab Instituti constitutione Missionarii Cordis Immaculati indefessam operam suam non impenderint; effulsitque proinde eorum caritas in pueris catechizandis, pauperibus alendis, rudibus hominibus ad fidem adducendis, aegrotis Ecclesiae Sacramentis solandis muniendisque, coniectis in vincula visitandis, in omnibus denique sive spiritualibus sive etiam temporalibus christianae caritatis pietatisque officiis implendis. Frequentiam Sacramentorum apud omnes christifidelium coetus diffundendam; divinum cultum summo decore explendum; sacras supplicationes in templis debita reverentia habendas; pias societates provehendas sedulo Missionarii iidem curaverunt; qui, ubicumque id postularet Ecclesiae bonum, animorum curam in paroeciis suscipere non dubitarunt; tantoque fructu arduo huius sacri ministerii munere functi sunt, ut amplissimas Ordinariorum laudes promeruerint. Praeterea ut pueros, adolescentes, opificesque religionis praecepta non minus quam liberales disciplinas ducerent, plura conlegia, scholas diurnas nocturnasque, palaestras dominicales fundarunt ac paterna vigilantia moderati sunt. Nil mirum itaque quod Missionariorum ab Immaculato Corde Beatae Mariae Virginis Congregatio, Deo favente, in universum orbem percrebuerit. Missionariorum enim eorundem centum quinquaginta quattuor domus exstant, in decem religiosas provincias distributae, nec in Europa solum, sed et in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus, in Mexico, in Bolivia, in Columbiana, Peruviana, Cilena, Brasiliana atque Argentina republica, nec non in barbaris etiam Africae Centralis plagis. Tria circiter millia virorum religiosorum ducunt operosam vitam in eadem Congregatione; in qua, praeter novitiatus domos, sunt quoque viginti tria Conlegia pro novis alumnis instituendis, et tredecim scholae florent, ut ibidem ad apostolicos suscipiendos labores adolescentes efformentur. Haec igitur animo repetentes, cum hodiernus Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis Moderator generalis, sodalium universorum vota exprimens, Nos humiliter flagitaverit, ut Congregationis ipsius sive institutum sive constitutiones denuo confirmare dignaremur; Nos, id in tam frugiferae familiae religiosae bonum atque emolumentum maxime cessurum rati, optatis hisce concedendum ultro libenterque existimavimus. Minime enim Nos latet constitutiones easdem ab Antonio Maria Claret, conditore, primum exaratas, iam pluries per Romanarum Congregationum decreta fuisse adprobatas: Pium videlicet PP. IX antea per decretum Congregationis Episcoporum et Regularium, die xxi mensis novembris, anno MDCCCLX

datum, Missionariorum eorundem institutum laudasse et commendasse; dein per aliud ipsius Romanae Congregationis decretum, die xxni mensis ianuarii anno **MDCCCLXVI** editum, institutum illiusque constitutiones ad decennium per modum experimenti adprobatione affecisse. Constitutiones vero, quas supra diximus, per decretum similiter Congregationis Romanae super enunciatae, nondum elapso decennii spatio, die **II** mensis maii anno **MDCCCLXX** definitive confirmatae, ac novissimis bisce diebus ad iuris canonici Codicem conformatae atque in nonnullis ex voto generalis capituli immutatae, novo pontificio consensu, per Congregationis Religiosorum decretum diei xni mensis maii vertentis anni, honestatae fuere. Verum cum hoc ipso die septuagesimus quintus feliciter exeat annus, ex quo religiosae familiae eiusdem tot tantisque meritis insignis prima fundamenta posita sunt, nihil est Nobis magis gratum quam eidem luculentum Nostrae voluntatis pignus exhibere; idque eo libentius facimus cum ex auspicato contigerit, ut Kalendis Iuniis huius anni, hac Alma in Urbe Nostra, a Nobis rite prius benedictus, per venerabilem fratrem Nostrum Basilium S. R. E. Cardinalem Pompilj, Vicarium Nostrum, sit terrae primus lapis depositus erigendi Templi votivi internationalis, quod Nostris sub auspiciis in suburbana regione, quam nuncupant *dei Parioli,* proxime surget, perenne Missionariorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis studii fideique monumentum. Audito propterea dilecto filio Nostro Camillo Diacono Sanctae Mariae Scalaris S. B. E. Cardinali Laurenti, sacrae Congregationi pro religiosorum sodalium negotiis praeposito, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Congregationem seu Institutum Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis plenissime adprobamus, illiusque constitutionibus supremum apostolicae sanctionis robur adiicimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique Congregationi eiusque Missionariis praesentibus et futuris nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis iulii, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI**, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD REVMUM D. IGNATIUM SEIPEL, DOCTOREM, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, PRAESIDEM CONSILII ADMINISTRORUM REIPUBLICAE AUSTRIACAE: QUEM GRATULATUR A VITAE DISCRIMINE EREPTUM ET NATALEM SACERDOTII VICESIMUM QUINTUM PROPEDIEM ACTURUM.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Sacerdotalem tuam integritatem ac pietatem, itemque operam rei publicae apud vos reparandae a te sapienter actuoseque datam, quanti Nos faciamus, ipsemet non ignoras; quo sane in iudicio populus iste se Nobiscum consentire tum praesertim declaravit, cum, de tua vita sollicitus atque anxius, supplex divinae misericordiae diu fuit, ut venerationi civium et communis patriae saluti incolumis servareris. Quod autem sensim valetudo tua confirmatur, ut bonos id omnes laetificat, ita Nos maxima afficit completque delectatione; utinam - qua spe tem mur atque exspectatione - ex vulnere, quod mortiferum ab initio videbatur, sic recreeris, ut ad amplissimum munus quamprimum revocare te possis. Interea tale tibi incidit eventum, unde et tu cum aliqua corporis allevatione capias haud mediocre animo solacium et opportunitas civibus tuis offeratur gratam voluntatem erga te suam publice testificandi. Dicimus sacerdotii tui natalem quintum ac vicesimum, quem es propediem acturus: quo quidem natali die tibi cupimus ut queas, sine ullo valetudinis detrimento, immo etiam cum plenae sanationis fide, ea ad altare gaudia gratiarumque emolumenta repetere, quae antehac certe, vi ac virtute sua, impulere, ut tam praeclara in Ecclesiam civitatemque beneficia conf erres. Gratulationem igitur accipe in hac rei faustitate Nostram, cum praecipuae, qua te prosequimur, caritatis testimonio coniunctam; et scito, ut cogitationes continenter Nostras recens occupavit calamitas, ita, quantumcumque tibi laetitiae proximus natalis attulerit, id Nos tecum commune habituros. Precamur interea, a caelo in te copiosa promeritisque necessitatibusque tuis congruentia defluant dona, tamquam futurae libamenta remunerationis: quorum auspicem donorum, itemque peculiaris benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **VIII** mensis iulii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD REV. D. VICTOREM ALPHONSUM HUARD, SACERDOTEM, MODERATOREM COMMENTARTI «LE NATURALISME CANADIEN»,

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Agi hoc mense celebrarique annum quinquagesimum ex quo edi coepta est ephemeris illa, quae inscribitur *Le naturalisme canadien* et, prouti nomen ipsum indicat, in rerum naturae cognitione versatur, tibi in primis est gratulandum, qui, postquam, quinque et viginti annos Seminarii Chicoutimiensis commodis utilitatique rector itemque doctor servieras, eandem ephemeridem, cum tuam propriam fecisses, moderandam suscepisti. Iste enim commentarius, unus eius generis qui apud vos evulgetur, praeclaram facit studiosis copiam, ut non fucatam ementitamque scientiam, sed gravem, contra, severamque hauriant doctrinam, quae periculum fidei prorsus amoveat: periculum, inquimus, quod incautis potissimum iuvenibus eruditi viri a catholicis principiis aberrantes struere ac facessere plerumque consueverunt. Hoc praeterea in laude tua ponimus, quod testamento ea visti ne ephemeris a recta via in futurum abscederet, cum eam Lavaliensi studiorum Universitati post obitum tuum, quem Deum rogamus quam longissime differat, regundam contin.uandam.que commiseris. Est igitur quare, hoc quinquagesimo inlustris pervagatissimique commentarii natali, de tanto opere ac labore, deque beneficiis sanae doctrinae tam diu, tam late per omnes Americae regiones profusis, gratam voluntatem erga te Nostram publice profiteamur, et tuae in hoc studiorum campo impigritatis peritiaeque uberiores in posterum fructus tibi summopere optemus. In qua quidem operae tuae existimatione moderatores fortasse temperatioresque videantur esse quam oporteat, quando ipsi Provinciae Quebecensis gubernatores libellos stato quoque tempore a te editos adeo ad communem utilitatem referre censuerunt, ut ephemeridis sumptus ad bessern usque participent, teque provinciali Instructionis Publicae Museo, quod vocant, iam dudum praefecerint. Alacer igitur pergito de Ecclesia deque gravissimis naturae studiis bene mereri; in quo ut continenter copioseque caelestium tibi luminum adiumenta suppetant, apostolica efficiat benedictio, quam tibi, dilecte fili, omnibusque laborum tuorum sociis, paternae benevolentiae Nostrae testem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xn mensis iulii anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD EE. PP. SCRIPTORES EPHEMEEIDIS CUI TITULUS « LA CIVILTÀ CATTOLICA », QUINTUM AC SEPTUAGESIMUM EMENSOS OPERAE ANNUM.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — De ephemeride ista vestra, cum, haud multo ante, quintus ac septuagesimus appeteret annus postquam, ex optato ac voluntate s. m. decessoris Nostri Pii IX, prodire ea primum atque in vulgus emanare coepit, vel ab Ecclesia alieni ephemeridum scriptores honorifice praedicarunt: tantum apud homines potuit" paene unicum, hoc in genere, talis vetustatis exemplum, cum perpetua quadam viriditate doctrinaeque constantia coniunctae. Quod quidem singulare prorsus eventum si vobis publice gratulari paulisper distulimus, non sine causa, immo, ut aperte dicamus, causa vestra fecimus; exspectabamus enim donec, per vertentem eiusmodi annum qui futuro mense aprili complebitur, opportuna adforet Nobis occasio, cuius propriam laetitiam Nostrarum accessione Litterarum geminaremus. Natalem scilicet praestolabamur Ignatii Patris vestri Legiferi, qui Societatem a se conditam eo imbuit spiritu eaque legum temperatione munivit, ut de filiis suis milites faceret in praesidium militantis Ecclesiae armatissimos. Neque alio sane proposito ac studio, quam pro Ecclesia atque Apostolica Sede propugnandi et catholicae doctrinae defensitandae, aut coepta ephemeris ista typis vulgari aut delecti ad scribendum sodales in Conlegium coaluere: quod denique idem decessor Noster, Litteris Apostolicis *Gravissimum supremi,* die XII mensis februarii anni MDCCCLXVI datis, legitime perpetuumque in modum constituit. De iis autem praeconiis, quibus Pii IX propiorumque decessorum Nostrorum Epistulae Conlegio vestro inscriptae redundant, est profecto cur sancte gloriemini; eiusmodi enim laudes esse vobis iure meritoque tributas nemo non fateatur, qui magnum et ponderosum, quod tam diuturno temporis spatio Conlegium tractavit, ephemeridis opus, utilitatesque christianae societati inde obortas, vel summatim leviterque consideraverit. A primis sane commentarii istius exordiis, scriptores id sanctum inviolatumque habuere, ut Sedis Apostolicae catholicaeque fidei iura vindicaret, et doctrinae virus exploderent, quod *Uberalismus,* quem vocant, in ipsas rei publicae et societatis venas iniecerat, eo commoto inter Ecclesiam et civitatem discidio, quod et miserrime adhuc permanet et quam maxima populis detrimenta intulit. Nec strenuos Conlegii sodales, qui pro veritate contenderent, concitata passim in eos invidiae moles ab incepto

deterruit, cum illud insiderei eorumdem animis, Christum Iesum discipulis praenuntiasse suis, omnes, nullo non tempore, hac ipsa arsuros invidia, quotquot eum sectari voluissent. Quantum vero ad repellendos recentiores errores veritatemque firmandam Aquinatis doctrina valeret, cum probe ipsi nossent, quamquam communi Societatis lege eandem ab omnibus sodafibus retineri oportere edicebatur, ratione tamen omnino peculiari id sibi persequendum decrevere, ut Doctoris Angelici praecepta et acrius tenerent et latius proveherent et ardentius defenderent, idque vel longe ante quam Leo XIII Encyclicas Litteras *Aeterni Patris* dedisset: qui quidem Pontifex Conlegii scriptores non tam dilaudavit quod Thomam Aquinatem sequerentur ducem, quam quod eius doctrinam alacres, sponte sua, praecipuo quodam studio colerent ac tuerentur. Eecentiorem autem pugnam in laude vestra optimus quisque ponit, fortiter utiliterque pugnatam in illud haeresum omnium coagmentum, cui inditum *modernismi* nomen. Quodsi impudentissimi eiusmodi erroris, vanam scientiae umbram prae se ferentis, et vis enervata penitus et propulsatum est ab Ecclesiae filiis periculum, liquido constat, haud mediocre vos momentum ad saluberrimi adeptionem exitus attulisse: quod profecto vestrum in catholicam fidem promeritum Pius X semel atque iterum, datis ad vos Litteris, agnovit paternoque prosecutus est gratulationis officio. At nonnulla alia commemorare heic libet, quae fortasse minora alicui videantur, at, contra, gravitate ac pondere neutiquam carent. Dicimus operosum laborem a vobis diu multumque in eo insumptum ut concentus sacri in pristinam dignitatem restituerentur; dicimus optata ac documenta proximi decessoris Nostri, dum bellum europaeum fureret, non modo per ephemeridem pervulgata, sed etiam fulta continuo argumentorum sententiarumque luminibus, quando haud difficulter contingere poterat, ut ea res vobis, in tanto animorum aestu, aut periculum aut saltem molestias odiumque facesseret. Qua utique ex actione vestra, dilecti filii, perinde atque e toto ephemeridis curriculo, singularis illa eminet Conlegii in Apostolicam Sedem pietas, illaque item assidua Romani Pontificis mandatis ac votis obtemperatio, quae decessorum Nostrorum Nostramque vobis benevolentiam atque existimationem merito comparavit. Neque est Nobis silentio praetereundum, complures e Conlegio vestro scriptores multiplici doctrina atque eruditione floruisse, praetereaque ephemeridem istam, ut ob quandam materiae varietatem, ita ob honestum scribendi genus puramque elocutionem - quod est hodie minus usitatum - apud intelligentes haud parum commendari. Non una igitur est causa, cur quintum ac septuagesimum commentarii vestri natalem, impen^sosque in Ecclesiae Dei incrementum utilitatemque labores, vobis vehementer gratulemur. Placet autem gratulationibus vota atque omina adiicere

uberiorum in futurum operae vestrae fructuum; neque enim dubitamus, quin, quemadmodum Apostolicae Sedis exspectationem antehac nullo pacto fefellistis, sic in posterum, vetere fide immutataque sollertia, compleatis. Divinae interea sapientiae lumina ac dona vobis, rogamus, affulgeant atque adsint: quorum conciliatricem, paternaeque caritatis Nostrae testem, vobis, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxxi mensis iulii, in festo S. Ignatii a Loyola, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

iv

AD EMUM P. D. ORESTEM TIT. S. MARIAE IN COSMEDIN S. R. E. PRESB. CARD. GIORGI, POENITENTIARIUM MAIOREM, SEPTIMO EXEUNTE SAECULO A SACRORUM STIGMATUM IMPRESSIONE IN CORPORE SANCTI FRANCISCI ASSISIENSIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Magna equidem cura ac sollicitudine urgemur, cum illud cernimus maiorum omnium compendium, quod *naturalismum* vocant, cotidie magis in christianam societatem invadere: ex quo fit, ut effrenata deliciarum cupiditas, animorum vires enervando moresque bonos corrumpendo, ipsam officiorum conscientiam pedetemptim exstinguat. Etenim nimis multi sunt hodie, qui, mundi huius illecebris deleniti, nihil tam vehementer horrent impenseque devitant quam adventicias molestias aut voluntarias animi corporisque castigationes, et tamquam inimicos Crucis Christi, ut ait Apostolus, sese gerere consueverunt. Atqui nemini licet beatitatem sempiternam tuto adipisci, nisi semetipsum abneget, tollat crucem suam et sequatur Christum, immo etiam nisi Christi imaginem in se ipse referat atque exprimat; nam *qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Iamvero, ad Crucis amorem in populis revocandum, auspicato sane mox septimum explebitur saeculum, ex quo Seraphici^ ille Patriarcha, Franciscus Assisiensis, sacrorum Stigmatum privilegio in monte Verna ita insignitus est, ut singulare quoddam Christi Crucifixi exemplar exsisteret. Quam Nos nacti occasionem, opportunum ducimus, te, dilecte f ih Noster, hac de re alioqui, et summatim nonnihil

attingere, unde liceat virtutum documenta haurire ac fidelibus proponere ut ad ea ipsa vitam suam, Franciscalibus praesertim ducibus, conforment. - Imprimisque dubitari plane non potest, quin res historiae fide, eaque certissima, comprobata sit; Francisci enim Stigmata non occultum quoddam donum fuerunt, a sensibus prorsus remotum, sed manifestum omnino signum manibusque tractabile. Namque, ut eorum verba usurpemus qui primi omnium per id temporis Francisci vitam scripsere, « videbunt, dum viveret^ fratres plurimi, aliique viri per omnia fide digni et « aliqui Cardinales: viderunt in morte plus quam quinquaginta fratres, « virgoque Deo devotissima Clara, cum ceteris sororibus suis et saeculares « innumeri ». Huc accedit quod vel ab initio mirificum factum litteris mandavere cum Thomas a Celano, vir quidem omni fide dignissimus, qui Francisci vitam tertio vix anno post eius mortem composuit, tum tres illi Socii, quorum quidem testimonium, utpote qui Seraphico Patre familiarissime usi essent, ex eisque Rufinus frater pectoris vulnus contrectavisset, probatissimum plane habendum est. Sed Doctorem ipsum Ecclesiae de re testem habemus Bonaventuram, Francisci alumnum, qui pie suaviter que idem factum enarrat. « Quodam mane - is scribit - circa « festum Exaltationis Sanctae Crucis, dum oraret in latere montis, vidit « Seraphim unum sex alas habentem tam Ígnitas quam splendidas de « caelorum sublimitate descendere. Cumque volatu celérrimo pervenisset « ad aeris locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis « crucifixi, in modum crucis manus et pedes habentis et cruci affixos... «Disparens visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem, sed et in « carne non minus mirabilem signorum impressit effigiem. Statim namque « in manibus eius et pedibus apparere coeperunt signa clavorum, quemad- « modum paulo ante in effigie illa viri crucifixi conspexerat. Manus enim « et pedes in ipso medio clavis confixi videbantur, clavorum capitibus in « interiori parte manuum et superiori pedum apparentibus, et eorum « acuminibus existentibus ex adverso; erantque clavorum capita in mani- « bus et pedibus rotunda et nigra, ipsa vero acumina oblonga, retorta et « quasi repercussa, quae de ipsa carne surgentia carnem reliquam excéde- **te** bant. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum rúbea cicatrice obdu- « ctum erat, saepe sanguinem sacrum effundens ». - Merito igitur Sancta Dei Ecclesia, testimoniis tam certis innixa, mirum hoc eventum in sua liturgia consecratum voluit, id sibi inter alia proponens, ut fideles, sacra Francisci Stigmata meditantes, Redemptionis mysterium inspicerent altius ac pernoscerent, atque ex commentatione ista uberiorem caritatem, cum Crucis amore expiandique animo coniunctam, quemadmodum Seraphico Patriarchae contigerat, haurirent ac perciperent. Debent enim homines

et doloribus Christi congruere, et in peccati malitiam, cuius ipse poenas pro humano genere luit, penitus introspicere; praeterea eos oportet adimplere *ea quae desunt passionum Christi* in carne quemque sua ad Francisci exemplum, qui in corpore suo Christi ut vulnera exhibuit, ita cruciatus ad vivum sensit ac pertulit; neque enim, quod Dominus Iesus pro nobis passus est, idcirco mortales queant aut nuUo pacto aut remissius suas culpas defiendo expiare. Ad haec cum Franciscus, suorum Stigmatum signo, Iesum Crucifixum veluti ad intuendum meditandumque omnibus proponat, iam hoc ipso docet qua ratione, Christi et paupertatem et dolorum tolerantiam et humihtatem imitati, iis vitiis quae in corrupta hominis natura imperant, scilicet concupiscentiae oculorum, concupiscentiae carnis et superbiae vitae, generose strenueque obsistamus. Haec quidem saluberrima documenta consentaneum est, dilecte fili Noster, per haec saecularia sollemnia, in memoriam redigi non tam eorum qui Francisci Patris Legiferi in disciplina sunt, quam ceterorum fidelium, sive hi Franciscanum templa, ubique gentium sita, pietatis causa, hoc temporis spatio, celebraturi sunt, sive montem. Veniam, prae aliis beatiores, peregrinando conscensuri. Equidem non ignoramus, te, dilecte fili Noster, sacris ritibus, qui a die quarto decimo ad septimum decimum proximi mensis eo in monte sollemniores habebuntur, esse, pro tuo Protectoris munere, praefuturum, et facile prospicimus, quantam spiritus suavitatem, pro tua in Franciscum Assisiensem pietate, sis ex eiusmodi sollemnibus percepturus. Volumus igitur, te nuntio atque interprete usi, peculiares gratias largiri, quarum altera eventi huius memoriam in perpetuum producat, alterae praesentis celebritatis decus fructumque augeant. Itaque privilegium, perpetuo mansurum, concedimus, ex quo in Sacello, quod in monte Verna sacris Stigmatibus dicatum est, etiam diebus dominicis et duplicibus secundae classis Missam votivam Impressionis sacrorum Stigmatum, cum *Gloria* et *Credo*, legi vel cani liceat. Per saecularia autem tantummodo sollemnia, fas esto eandem, quam diximus, Missam in templo montis Vernae principe, ritu pontifican, singulis diebus dominicis peragere, et, quotiescumque peregrini catervatim advenerint, media nocte sacrum litare iisdemque divinum epulum diribere. Quo autem, occasione hac sane praeclara, uberiores christifidelium animis utilitates obveniant, Ecclesiae thesaurum ita reseramus, ut quotquot supplicationibus vel triduanis vel novendialibus, in quavis Minorum ecclesia, ad saeculare eventum commemorandum, habendis, intererunt, iidem indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum singulis diebus, postremo autem die plenariam, usitatis condicionibus, merentur. Caelestium interea donorum auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili

Noster, et Franciscalibus viris qui montem Vernam incolunt, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die n mensis augusti anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

y

AD R. P. D. ALOISIUM MARIAM MARELLI, EPISCOPUM BERGOMENSEM: DE TERTIO EUCHARISTICO CONVENTU E TOTA DIOECESI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Bergomenses isti tui, qui, super quam quod voluntatis firmitate constantiaque excellant, sunt praeterea avitae fidei pietatisque retinentissimi, maxima cum frequentia ac vehementi animorum ardore concurrere undique solent, si quando sollemnioribus honoris significationibus Augustum Sacramentum prosequi ac venerari liceat. Quare non est cur miremur, post actos, semel atque iterum, Eucharisticos e dioecesi Coetus celeberrimumque illum e tota natione, cuius memoria haud facile excidet, tertium nunc dioecesanum apparari Eucharisticum Conventum, quem in oppido *elusone* propediem habituri estis. Scribis quidem, fore, ut illuc, ob loci propinquitatem, in primis adeant filii tibi, e valle Decia carissimi, qui, perrupto Gleni aggere, tantam f ecere civium, operum rerumque iacturam. Utinam iidem, quorum duriorem fortunam tecum summopere miseramur, ad Christum consolatorem sub Eucharisticis velis abditum sic accedant, ut ex amantissimo eius Corde solacia hauriant quam maxima, itemque in tolerantiam eius calamitatis inque spem melioris rerum cursus animos suos auspicato erigant. Incepto igitur vestro, ut postulas, bene precamur; optamus autem cupimusque, ut Christus Iesus et vos in ea, quam erga Nos et Apostolicam Sedem professi estis, studiosa observantia confirmet, et fructus sanctitatis uberrimos e Conventu isto in dioecesim totam manare ac propagari iubeat. Quorum auspicem, paternaeque benevolentiae testem, tibi, venerabilis frater, iisque omnibus qui Clusonem confluent, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die **II** mensis augusti, anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VI

AD EMUM P. D. IANUARIUM EPISCOPUM ALBANENSEM S. R. E. CARD. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, QUEM LEGATUM MITTIT PANORMUM AD SAECULARIA SOLEMNIA SANCTAE ROSALIAE COETUMQUE EUCHARISTICUM E TOTA INSULA.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Eosaliam virginem, quam « sanctulam » vocant, trecentesimo exeunte anno postquam sacrum eius Corpus feliciter detectum est, quam miro animorum ardore Panormitani cives per superiorem mensem celebrarmi et quarto futuri mensis die celebrare parent, in comperto omnibus est et ipsemet probe nosti; eaque re adeo commoti sumus, ut facere non possimus, quin eorundem civium pietatem, qui caelestis Patronae suae amore depereunt, heic publice probemus ac praedicemus. Nec minore dignam laude putamus industriam navitatemque Purpurati eorum Antistitis, Nobis non uno nomine carissimi, qui Rosaliae cultum, munienda ad montis Peregrini cryptam commoda via, aliisque pastoralis studii artibus, quoquo pacto provexit. Quod autem idem Cardinalis Archiepiscopus constituit, ut diem Bosaliae sacrum Conventus e tota insula Eucharisticus exciperet, id nemo non agnoverit saluberrime constitutum, non modo quia sanctorum caelitum gloria est Deo, omnis gratiae sanctitatisque auctori, referenda, sed etiam quia percepta e priore celebritate spiritualia emolumenta, augendo Eucharistiae cultu deferendisque Augusto Sacramento honoribus, uberius renovari ac stabiliri firmius vehementer intererat. Dei equidem benignitati grati magnopere sumus, quod voluit haec tempora Pontificatum Nostrum incidere, cum mirificus hic in Christum Iesum, sub Eucharisticis speciebus latentem, piorum animorum motus et cotidie latius patescit et ad communem emendationem abundantius prodest: quod certe Apostolici muneris difficultates atque aegritudines haud parvo permulcet allevatque solacio. E Panormitano igitur Conventu, nec Nos dissimilia percipiemus gaudia atque ex alus haud dudum habitis hausimus, nec fideles minore, quam antea, beneficiorum copia fruentur; iam nunc, ceteroqui, apparet, eam, qua Siculi in sanctissimam Eucharistiam feruntur, pietatem in significationes venerationis caritatisque amphssimas ac flagrantissimas esse demum erupturam. Itaque cum ab eiusmodi evento, quod Siciliae catholicae fasti in omnem prodent memoriam, abesse Nosmetipsi nolimus, te, venerabilis frater Noster, ob

perspectam Nobis tuam Augusti Sacramenti religionem, detígimus, qui Nostram Panormi geras personam et Eucharistico Conventui auctoritate Nostra praesideas. Qua quidem legatione pro certo habemus sic te perfuncturum, ut et sacris ritibus plurimum dignitatis maiestatisque adiiciatur et non minus Coetuum laboribus sapientiae atque efficacitatis accedat. Verbis autem Nostris dicito iis omnibus qui Panormum convenerint, spondere Nos Nobis, futurum, ut conceptum ex tantis sollemnibus caritatis ignem consiliumque christianae vitae sanctius persequendae initum, cum domum redierint, cum ceteris civibus, apostolorum more, communicent: unde auspicato continget, ut Panormitanus Conventus, quemadmodum praesentibus, sic mansuras absentibus utilitates afferat. Caelestium interea donorum conciliatricem et paternae benevolentiae testem, tibi, venerabilis frater Noster, dilecto item filio Nostro Cardinali Archiepiscopo Panormitano, atque universis Episcopis, sacerdotibus et fidelibus qui congressuri Panormum sunt, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die vi mensis augusti anno **MDCCCCXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

MONITUM

Declaratione die 31. maii anni elapsi per *Acta Apostolicae Sedis* (vol. XV, pag. 356) evulgata, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii fidei morumque integritati tutandae praeposita, fideles monitos voluit, ex inquisitione peracta super factis quae Patri Pio a Petralcina, Ordinis Minorum Capuccinorum, in conventu loci vulgi *San Giovanni Rotondo,* Fodianae dioecesis commoranti, communiter tribuebantur, nihil de praetensa eorum supernaturalitate colligi potuisse; ac fideles ipsos hortabatur ut in propria agendi ratione huic declarationi se conformarent.

Haustis nunc, ex pluribus ac tutis fontibus, aliis informationibus, eadem Suprema Sacra Congregatio muneris sui esse ducit gravioribus verbis fideles denuo adhortari, ut a praedicto Patre, devotionis causa, invisendo et a quavis cum eo, etiam epistolari, relatione fovenda prorsus abstineant.

Datum Eomae, ex aedibus S. Officii, die 24 iulii 1924.

» Aloisius Castellano,
Supremae S. C. S. Off. Notarius.

II

DECRETUM

DAMNATIO OPERIS: « L'ESPERIENZA ETICA DELL'EVANGELIO»

Emi ac Rmi Dñi Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, in ordinario consessu habito Feria iv, die 30 iulii 1924, ad praescriptum canonis 1399, praedamnatum esse declararunt et in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus cui titulus: *L'esperienza etica delVEvangelio (Brani scelti dal Nuovo Testamento) - Introduzione, traduzione e note di Adolfo Omodeo. Bari, Laterza.*

Et insequenti feria v, die 31 eiusdem mensis et anni. Ssmus D. N. D. Pius, Divina Providentia Papa XI, in solita audientia E. P. D. Assessori S. O. impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publicandam iussit.

Datum Eomae, ex aedibus S. Officii, die I[a] augusti 1924.

Aloisius Castellano,
Supremae S. C. S. Off. Notarius.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PEOVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

10 martii 1924. — Cathedrali Ecclesiae Sobralensi praefecit E. P. D. Iosephum Tupinambà de Frota, hactenus Episcopum de Uberaba.

4 iulii. — Cathedrali Ecclesiae de Uberaba, R. D. Antonium Lustosa, e Pia Societate Sancti Francisci Salesii ven. Ioannis Bosco presbyterum.

— Cathedrali Ecclesiae Botucatuensi, B. D. Carolum Duarte Costa, Vicarii generalis munia fungentem in archidioecesi Fluminis Ianuarii.

— Cathedrali Ecclesiae de Juiz de Fora, nuper erectae, R. D. lustinum de Santa Ana, parochum in dioecesi Ilheosensi.

2 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Rheatinae, E. D. Maximum Rinaldi, ex Instituto Missionariorum Sancti Caroli pro Italis emigratis (vulgo *Opera Scalabriniana).*

5 augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Fiaviopolitanae, R. D. Franciscum Glancey, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Ioannis Mae Intyre, Archiepiscopi Birmingamiensis.

Ac praeterea, aliis decretis:

13 iunii 1924. — R. P, D. Antonium Antunes, Episcopum titularem Bhetymnensem, hactenus Auxiliarem R. P. D. Emanuelis Aloisii Coeiho da Silva, Episcopi Conimbricensis, constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis eiusdem Episcopi.

7 augusti. -— Emum P. D. Caietanum S. E. E. Card. De Lai, Episcopum Sabinensem, deputavit Administratorem Apostolicum dioecesis Mandelensis.

SACEA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

LITTERAE AD REV.MOS ORDINARIOS ITALIAE CIRCA FACULTATEM CELEBRANDI MISSAM SUB DIO AD NORMAM CANONIS 822 CODICIS I. C.

Illmo e Revmo Signore, - Molti Ordinari d'Italia si trovano in gravi difficoltà circa la risoluzione da prendere quando loro si presentano domande dirette a permettere la celebrazione dei santi misteri fuori delle chiese, cioè dei luoghi destinati all'esercizio del culto.

La Santa Sede, interpellata in proposito, dopo accurato studio e matura deliberazione, richiama loro le seguenti considerazioni.

È notissima la tradizionale disciplina che abbiamo ricevuto dai Santi Padri, essere cioè la chiesa il luogo destinato alla celebrazione della santa Messa. E anzi vi fu tempo in cui non si permetteva la celebrazione se non nelle chiese o negli oratori consacrati. Con l'andare del tempo, per varie ragioni, che non è qui il caso di ricordare minutamente, la disciplina ecclesiastica in questa materia si rese un po' più benigna. Ma a chi la studia nella sua evoluzione, apparisce chiaramente che, se alcune volte fu concessa la celebrazione del divin Sacrificio fuori delle chiese, ciò fu sempre ristretto ai casi di necessità o per motivi esclusivamente religiosi.

Questa tradizionale disciplina, confermata da tanti Pontefici e da tanti Concilii, antichissima ed universale, ebbe ultimamente una nuova sanzione dal *Codice di diritto canonico,* dove, al can. 822 § 1, si stabilisce che: « Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia «vel oratorio», ecc., e poi, al § 4: «Loci Ordinarius... licentiam cele- « brandi extra ecclesiam et oratorium... concedere potest iusta tantum « ac rationabili causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus ». Di qui è facile inferire che le facoltà degli Ordinari al riguardo sono assai limitate, non potendosi esercitare se non in qualche caso straordinario, nè senza giusta e ragionevole causa, la quale deve essere unicamente ispirata alle altissime ragioni del culto divino e al bene spirituale dei fedeli. Giova poi inculcare e praticare con la debita severità queste norme disciplinari per elevare e purificare il sentimento religioso del popolo.

È quindi fuor di dubbio che non si avrebbe la causa giusta e ragionevole, voluta dal citato can. 822, se la celebrazione della Messa fuori della chiesa fosse richiesta in occasione di commemorazioni profane o per dare risalto a feste di carattere politico: in tali circostanze la celebrazione della Messa fuori della chiesa resta vietata in modo assoluto dal citato can. 822. Molto più poi questo vale se si trattasse di celebrazioni, nelle quali, per la loro stessa natura, si insinui alcunché di superstizioso o di pericoloso al retto sentimento religioso o alla purezza della fede nel popolo cristiano. 2sTè solo, in questi casi, non si darebbe la causa giusta del Codice, ma assai facilmente si potrebbe dare occasione a deviazioni della sana disciplina del culto cattolico. In questi casi l'Ordinario del luogo avvisi gli interessati che non è nelle sue facoltà di aderire alla domanda, ma, se i richiedenti insistessero invocando speciali ragioni di luogo, di tempo o di persone, egli avrà cura di trasmettere la petizione a questa Sacra Congregazione dei Sacramenti, alla quale spetta la decisione in proposito.

Tanto si partecipa alla S. V. per sua intelligenza e norma.

Dalla Sacra Congregazione dei Sacramenti, 26 luglio 1924.

M. CARD. LEGA, *Prefetto.*

L. © S.

f **L.** Capotesti, Vescovo di Terme, *Segretario.*

SACRA CONGREGATIO CONCILI!

LUCERIUTA

PRAECEDENTIAE

IS decembris 1923

QUAESTIO. — Cum in dioecesi Lucerina Vicarius generalis minime sit canonicus, dubitatum est utrum, ex tenore can. 370 § 1 Codicis iuris canonici, eidem competeret locus in choro et in Capitulo. Censebant enim nonnulli, verba can. 370 § 1 « etiam in choro et in actibus capitularibus », addita consulto fuisse dumtaxat ad temperandam vel corrigendam veterem pervulgatamque normam, iuxta quam Vicarius generalis, *si canonicus,* ad lucrandas distributiones, sedere debebat in *stallo suae receptionis.* Addebant incommodum esse distinctam a Canonicalibus stallis sedem pro Vi-

cario generali non canonico, praesertim in choro, aptare, quae praecedentiae iuri responderet. Itaque Rmus Episcopus, ad ambages praecidendas, quaestionem ad hanc Sacram Congregationem Concilii dirimendam reverenter detulit, sub dubii formula: « An Vicario Generali, qui non sit canonicus, competat, etiam in choro et in actibus capitularibus, locus cum praecedentia super omnibus canonicis et dignitatibus ».

VOTUM CONSULTORIS. — Codex qui totam materiam circa praecedentiam ex integro ordinavit (cfr. can. 106; S. C. C. in *Cuneen, et Utinen.,* 17 maii 1919), expresse statuit: « Praesente etiam Episcopo, Vicarius Gene-« ralis publice privatimque *praecedentiae ius habet super omnibus clericis,* « non exclusis dignitatibus et canonicis ecclesiae cathedralis, etiam *in choro* « et *actibus capitularibus,* nisi clericus charactere episcopali praefulgeat, et « Vicarius generalis eodem careat » (can. 370 § 1).

Ad quasdam quaestiones authentice dirimendas, quae habebantur in iure antiquo, simulque ad omne dubium auferendum, consulto addita sunt verba: « *non exclusis dignitatibus et canonicis ecclesiae cathedralis, etiam in choro et actibus capitularibus* ». Itaque simpliciter et absolute tribuitur Vicario generali ius praecedentiae, etiam *in choro* et *actibus capitularibus,* quin ullo pacto distinctio fiat inter Vicarium generalem *canonicum* et *non canonicum,* cum palam sit ex can. 367 quemlibet sacerdotem, debitis qualitatibus praeditum, licet officio canonicali destitutum, posse ab Episcopo Vicarium generalem constitui.

Unica est exceptio sive limitatio circa ius praecedentiae competens Vicario: « *nisi clericus charactere episcopali praefulgeat, et Vicarius generalis eodem careat* » (can. .370 § 1). Unde, cum Codex nullatenus distinguat inter Vicarium generalem canonicum et non canonicum, atque unam dumtaxat referat exceptionem seu limitationem, logice et indubitanter concludendum est, Vicario generali, etiam *non canonico,* ius praecedentiae tam publice quam privatim, sive in choro sive extra chorum, super omnibus clericis competere, eo tantum excluso qui charactere episcopali sit insignitus.

Id luculenter confirmatur ex principiis generalibus de praecedentia, quae in Codice traduntur. Can. .106 haec principia statuit: « I° *Qui alius personam gerit, ex eadem obtinet praecedentiam....* 2° *Cui est auctoritas in personas sive physicas sive morales, eidem ius est praecedentiae supra illas* ». Atqui Vicarius generalis gerit personam Episcopi, sive sit canonicus, sive ìion; idem Vicarius gaudet iurisdictione in universa dioecesi (cfr. can. 368, § 1), sive sit de gremio Capituli, sive non; ideoque ius praecedentiae unice repetendum est ex munere quo ipse fungitur, ex auctoritate qua pollet, non autem ex alio capite, v. g. ex canonicatu aait dignitate capitulari.

Praeterea notandum est, in antiqua quoque disciplina, i. e. ante Codicem, Vicarium generalem, etsi non de gremio Capituli, ius praecedentiae habuisse super omnibus et singulis clericis, atque etiam *super canonicis et dignitatibus ecclesiae cathedralis,* tum *in choro* tum *esotra chorum,* licet quoad chorum quaestio esset de assistentia Vicarii in habitu canonicali aut in habitu vicariali (cfr. Barbosa, *De canonicis,* cap. 18, n. 12 ss.; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Vicarius Generalis,* art. III, n. .1 ss.; Wernz, II, n. 805; Santi, lib. I, tit. 28, n. 36). Codex, quin ius antiquum in hac re correxerit aut restrinxerit, illud, contra, aperte recognovit et confirmavit, imo, dubiis et controversiis penitus sublatis, in favorem Vicarii generalis extendit. Ex dictis liquet certa ac indubitata conclusio.

Incommodum autem in praxi forte oboriturum, praeterquam incongrue adducitur cum agitur de exponenda norma iuris in se clara, facile in casu dissolvitur, cum satis sit, ad praecedentiam, si Vicarius generalis primum et dignius stallum in choro occupet (cfr. S. E. C, n. 1886, ad I), prout *Caeremoniale Episcoporum,* 1. I, tit. XIII, cap. 9-12, cavet de ipsis Episcopis seu Ordinariis extradioecesanis, de Nuntiis, de Visitatoribus Apostolicis, etc.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Porro in generali conventu S. C. Concilii, in Palatio Apostolico Vaticano die 15 decembris 1923 habito, Emi Patres ad propositum dubium respondendum censuerunt: «*Affirmative* ad normam can. 370 § 1 ».

Facta fpostmodum de praemissis SSmo **Dno** Nostro Pio Div. Prov. PP. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationi Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

f Iulius Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

ISTRUZIONE

CIRCA LA CLAUSURA DELLE MONACHE DI VOTI SOLENNI

In seguito al Decreto pubblicato recentemente da questa Sacra Congregazione « circa le monache in Francia e nel Belgio », in data 23 giugno 1923, molti monasteri di quelle regioni si adoperarono con sollecitudine per ottenere alle monache degli stessi facoltà di emettere i voti solenni; e supplicarono istantemente questa Sacra Congregazione di dar loro istruzioni precise intorno alla legge della Clausura Papale, che consegue da tal concessione.

Considerando pertanto questa Sacra Congregazione che la legge della clausura ricevuta nel Codice di diritto canonico fu desunta dall'antico diritto, e che, in vigore fin dal tempo di S. Pio V, venne confermata da moltissime risposte delle Sacre Congregazioni e illustrata dalle trattazioni dei Dottori, giudicò opportuno di promulgare una Istruzione che valga di norma a tutti quei monasteri di monache, nei quali si emettono i voti solenni.

Patto quindi un maturo esame, la Sacra Congregazione decretò che si osservino circa la legge della Clausura Papale le prescrizioni seguenti:

I. Le monache, in forza della loro professione e di legge ecclesiastica, contraggono l'obbligo:

a) di rimanere sempre dentro il recinto del proprio monastero, cosicché, senza speciale indulto della Santa Sede, non sia lecito ad esse di uscirne, eccetto nei casi sotto indicati (can. 601);

b) di non ammettere dentro il medesimo recinto alcuna persona di qualsivoglia genere, condizione, sesso od età, senza licenza della Santa Sede, salvo che si tratti di persona eccettuata dal diritto, come si dirà appresso (can. 600).

Questa è la legge e Í obbligazione della Clausura Papaie; ad essa sono tenuti anche i monasteri, nei quali il numero delle monache fosse comunque ridotto.

II. Perciò il monastero, insieme con gli orti e i giardini adiacenti (can, 597 § 2), dev'essere chiuso all'intorno in modo che, per quanto è possibile, non sia dato alle persone esterne di vedere dentro la clausura, nè di essere viste dall'interno di essa (can. 602).

I° Se vi sono finestre che prospettino su la pubblica piazza e le case vicine, oppure permettano la comunicazione con gli estranei, si devono munire di vetri opachi o di persiane, tali che impediscano la vista da una parte e dall'altra.

2° Se il coro ha delle grate, le quali lasciano alle monache veder l'altare, queste grate siano disposte in maniera che i fedeli, dal luogo ad essi riservato, non possano veder le monache.

3° Il confessionale ha da essere così disposto che il confessore stia fuori e le penitenti dentro la clausura.

4° lì luogo dove le monache ricevono la Santa Comunione dev'essere chiuso con porta e con tenda, in modo che le monache non possano esser vedute dai fedeli.

5° Presso l'entrata del monastero, nella sagrestia e dovunque si trovi necessario, sia inserita nel muro una ruota per potervi far passare le cose necessarie. Non è vietato di praticare nella ruota un piccolo foro, onde poter osservare quali cose si mettano nella ruota.

6° Nei limiti della Clausura Papaie non è compreso il pubblico tempio con l'annessa sagrestia, dove perciò le monache non possono accedere, senza indulto della Santa Sede.

III. In due modi si può violare la legge della clausura: o per indebita *uscita delle monache* dal recinto del monastero, sotto qualunque pretesto e anche per

breve tempo (can. 601), o per indebito *ingresso di qualsivoglia altra persona,* senza licenza della Santa Sede.

I° *L'uscita* dal monastero, senza licenza della Santa Sede, è lecita alle monache, dopo la professione, soltanto nel caso d'imminente pericolo di morte o di altro gravissimo male. Questo pericolo, se v'è tempo sufficiente, dev'essere riconosciuto per iscritto dall'Ordinario del luogo (can. 601).

a) Tali pericoli sono: incendio, inondazione, rovina della fabbrica, terrori di guerra, invasione di soldati, ed altri somiglianti. Possono anche provenire da parte di qualche monaca, per esempio, affetta da demenza pericolosa o da malattia epidemica, nel quale caso la monaca stessa deve recedere dalla clausura, affinchè sia provveduto alla incolumità della famiglia religiosa. Se tuttavia il tempo permetta, l'Ordinario del luogo, richiesto dalle monache, deve riconoscere per iscritto il pericolo e la causa sufficiente dell'uscita dalla clausura.

b) Senza licenza della Santa Sede non può dunque una monaca essere trasferita da un monastero ad un altro, fosse pure dello stesso Ordine e per breve tempo; e nemmeno può* uscirne per fare qualche nuova fondazione, o per esercitare l'ufficio di abbadessa ovvero superiora e di maestra delle novizie, **0** per curare la propria salute, o per invigilare la costruzione di un nuovo monastero. Suole tuttavia la Sacra Congregazione concedere tali licenze, per giusti motivi e prescrivendo le debite condizioni.

c) Se sopra il tetto del monastero v'è una terrazza, le monache potranno accedervi, purché sia protetta efficacemente tutto all'intorno da grate.

d) Essendovi molto spesso necessità, per il decoro della casa di Dio, che le monache stesse compiano nella chiesa esterna quelle cose che si ricercano, affinchè vi risplenda sempre la dovuta mondezza e, specialmente nelle maggiori solennità, la chiesa sia ornata come si conviene, la Santa Sede accorda alla superiora, per i monasteri che ne fanno domanda, la facoltà di designare alcune religiose, quante si giudicano necessarie, perchè, in tempo che nessun altro è in chiesa e questa resta del tutto chiusa, vi possano discendere per compire in essa tutto ciò che riguarda il culto e la mondezza.

e) Quantunque le aspiranti all'abito religioso, mentre fanno il postulato, siano tenute alla legge della clausura (can. 540 § 3), tuttavia possono uscire dal monastero liberamente e senza licenza della Santa Sede, quando avvenga che di loro spontanea volontà ritornino al secolo o siano dimesse dai Superiori; e lo stesso si dica delle novizie o delle professe di voti temporanei, allorché 1 voti siano spirati oppure fossero state legittimamente dimesse.

2° *L'ingresso* nel monastero senza il permesso della Santa Sede, in virtù del can. 600, è lecito alle persone seguenti:

a) L'Ordinario del luogo o il Superiore regolare, quando visitano il monastero, oppure altri visitatori da essi delegati, possono entrare in clausura, ma solamente a scopo d'ispezione, purché siano accompagnati almeno da un chierico o religioso di età matura (can. 600, I°).

b) È dunque lecito al visitatore di entrare in clausura soltanto per la

visita *dei locali.* La visita *delle persone* deve farsi rimanendo all'esterno della clausura, alle grate. Fuori poi dell'atto delia visita, non è permesso di entrare in clausura, per ragione del loro ufficio, nè all'Ordinario, nè al Superiore regolale, nè al visitatore.

c) Per l'esplorazione che deve farsi prima della vestizione e avanti le due professioni, come pure per l'elezione della superiora, l'Ordinario del luogo, o il suo delegato, non deve entrare in clausura (can. 506 § 2, 552 § 2).

d) Qualora il Vescovo o altro sacerdote presieda alla vestizione o professione delle monache, nè ad essi è lecito di entrare in clausura, nè alla postulante, *o **8b*** colei che deve professare, di uscirne.

e) lì visitatore, che deve entrare in clausura a scopo d'ispezione, ha da essere accompagnato almeno da **un** chierico o religioso, anche converso, di matura età, il quale non può allontanarsi da lui durante tutto il tempo ch'egli resta in monastero.

/) Il confessore, oppure quegli che ne fa le veci, può, con le debite cautele, entrare in clausura per amministrare i Sacramenti o per assistere le moribonde (can. 600, 2°). Questa facoltà spetta al confessore ordinario del monastero, o a colui che ne fa le veci, ai quali, per il can. 514 § 2, compete l'amministrazione dei Sacramenti e l'assistenza alle moribonde nei monasteri di monache; ma in loro difetto, anche altro sacerdote può entrare in clausura.

g) Per ricevere le confessioni delle malate può entrare in clausura, ogni volta che ne sia richiesto, **non** solo il confessore ordinario, ma pure lo straordinario o l'aggiunto o qualunque altro confessore chiamato da un'inferma grave, del quale è detto nel can. 523.

h) Le debite cautele *per amministrare la Comunione* sono esposte nel decreto della Sacra Congregazione dei Religiosi del 1 settembre 19.12: « È necessario che quattro religiose di matura età, possibilmente, accompagnino dall'ingresso nella clausura fino all'uscita il sacerdote, il quale deve portare la sacra pisside, contenente alcune Particole consacrate, amministrare la Santa Comunionè, ritornare in chiesa e riporre la sacra pisside, osservando le rubriche prescritte dal *Rituale Romano* per la Comunione degli infermi ».

i) Per ricevere la Confessione si prescrivono le seguenti cautele: due monache a-ccompagnino il confessore alla ceìla dell'inferma e ve lo aspettino fuori presso l'uscio aperto della cella, mentre ascolta la Confessione, per poterlo riaccompagnare nel ritorno fino alla porta del monastero.

h) Ogni qual volta avvenga che un sacerdote entri in clausura per compiere alcuno dei sopradetti ministeri, finito il ministero stesso deve subito uscire dal monastero.

I) Se la parola di Dio non si può predicare comodamente alle grate, si deve chiedere facoltà alla Santa Sede - la quale, se vi siano ragioni gravi, non suole negarla - che i predicatori possano entrare in clausura e predicare nel coro ovvero nel capitolo, osservate però le avvertenze e cautele sopra descritte per l'ingresso del, confessore.

m) Possono entrare in clausura coloro che detengono attualmente il supremo principato dei popoli e le loro consorti col seguito; così pure i Cardinali di Santa Eomana Chiesa (can. 600, 3).

n) Spetta alla superiora permettere l'ingresso, usate le debite cautele, ai medici, chirurghi ed altri la cui opera sia necessaria, impetrata prima dall'Ordinario del luogo l'approvazione almeno abituale; se urga tuttavia la necessità e non si abbia tempo sufficiente per chiedere l'approvazione, questa si suppone di diritto (can. 600, 4).

o) La superiora dunque, in virtù della facoltà attribuitale dalla Santa Sede per questa legge stessa, può permettere l'ingresso a tutte quelle persone la cui opera è necessaria dentro il recinto del monastero; ma deve prima ottenere l'approvazione almeno abituale dall'Ordinario del luogo. Da qui l'uso che le monache, al principio di ogni anno, segnino in apposito registro tutti coloro la cui opera ordinariamente potrà occorrere durante l'anno in monastero, sia nell'orto o sia nelle officine situate dentro il recinto di esso (medici o altri necessari alla cura delle inferme, operai per l'orto, la cantina, le stalle, artefici e altre simili persone); il quale registro esse poi presentano a sottoscrivere all'Ordinario, onde' averne la detta approvazione abituale. Che se, in qualche caso straordinario, urgesse la necessità di entrare in monastero e non vi fosse il tempo di farne richiesta all'Ordinario, l'approvazione si presume di diritto, ossia la legge stessa ratifica tale presunzione.

p) In ogni caso però s'impone alla superiora di usare le debite cautele. Queste consistono in ciò, che le persone ammesse ad entrare risultino, da sicure informazioni prese, di ottima fama e di eccellenti costumi; che vengano accompagnate da due monache, tra le più gravi, al luogo dove occorre l'opera loro; che a nessuna monaca sia permesso di parlare a tali persone, eccettuate quelle monache le quali devono trattare con esse dei loro uffici.

IV. Le chiavi della clausura stiano sempre, di giorno e di notte, presso la superiora, che le consegnerà alle monache designate, ogni qual volta occorrerà.

Che se la superiora o qualunque altra introducesse, o anche solo ammettesse in monastero, senza legittima licenza, qualsivoglia persona, non soltanto peccherebbe gravemente, ma inoltre incorrerebbe immediatamente nella scomunica semplicemente riservata alla Sede Apostolica (can. 2342, 1).

Le aspiranti all'abito religioso entrano in clausura dietro licenza dell'Ordinario. Ma senza licenza della Santa Sede non è lecito ammettere in monastero fanciulle a scopo di educazione o per altra causa, anche pia.

V. Nel parlatorio, dove le monache possono - entro i limiti prescritti dalle Costituzioni di ciascuna religione - ricevere le persone esterne, devono esservi due grate, distanti l'una dall'altra circa venti centimetri e infisse nel muro, in modo che non si possano aprire. Se le Costituzioni lo consentono, può collocarsi in parlatorio, anche una ruota. Rispetto poi alle altre cose che riguardano il parlatorio, specialmente circa la continua vigilanza su quanto vi si fa o dice, si osservino esattamente le Costituzioni proprie di ciascun monastero.

VI. La clausura delle monache, anche di quelle soggette ai regolari, per ciò-che riguarda l'accurata osservanza di essa, è posta sotto la vigilanza* dell'Ordinario del luogo, il quale può anche, con pene e censure, correggerne, dopo il delitto, i trasgressori, non esclusi i regolari, e prevenirne le violazioni. La custodia della clausura delle monache, soggette a un Superiore regolare, è commessa pure al medesimo Superiore, il quale parimenti può infliggere pene alle monache o agli altri suoi sudditi, qualora venissero a delinquere in tale materia (can. 603).

Fatta pertanto relazione delle cose premesse al Ssmo S. N. Pio per divina Provvidenza PP. XI, nell'udienza avuta dall'infrascritto P. Segretario della S. Congregazione dei Religiosi, addì 6 febbraio 1924, Sua Santità approvò la presente Istruzione e comandò che si osservi da tutti.

Dato a Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione dei Religiosi, nel giorno, mese ed anno come sopra.

C. CARD. LAURENTI, *Prefetto.*

L. ✠ S.

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B., *Segretario.*

SACHA CONGREGATIO RITUUM

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOSEPHI CAFASSO, SACERDOTIS SAECULARIS, COLLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATORIS.

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Qui sibi veluti ante oculos in primis constituere studuit, quid sit, iuxta philosophicas et theologicas disciplinas, quibusque elementis coalescat et efficiatur miraculum, quique plenam ac genuinam, purioribus e fontibus haustam, quam de miraculis assequutus fuit doctrinam, ad binas, de quibus agitur, sanationes, postmodum transferre eisque aptare sategit, ex ista iuris cum utroque facto, quam instituendam ille curavit, comparatione, facili rectoque tramite adduci eo potuit adductusque reapse fuit, ut probe intelligeret planeque suaderet sibi praefatas sanationes duas nonnisi miraculo contingere potuisse.

Ex actis siquidem et probatis eisque iuridica vi ponentibus, atque, ad medicae et chirurgicae scientiae placita, acri intentoque studio discussis,

perpensis et cribratis constitit, utriusque sanationis modum, sicut iudicialibus descriptus est in tabulis, praetergressum fuisse facultatem naturae eiusque suetum operandi ordinem. In hoc quippe, quod aliquid excedit facultatem naturae, totius sita est miraculi summa seu substantia ita nempe, ut, si magis vel minus excedit aliquid facultatem naturae, maius vel minus idcirco existat et habeatur miraculum: Quapropter quum hoc expendendum, proposuisset sibi Angelicus Doctor; scilicet: *Utrum unum miraculum sit maius alio,* laudabili ac sueta adhibita sua disceptandi methodo, quid de re sentiendum esset, hisce significavit verbis:

« Respondeo dicendum, quod nihil potest dici miraculum ex compara-
« tione potentiae divinae: quia quodcumque factum, divinae potentiae
« comparatum, est minimum, secundum illud Isaiae XL: *Ecce gentes quasi*
« stilla situlae, et quasi momentum staterae reputatae sunt. Sed dicitur aliquid
« miraculum per comparationem ad facultatem naturae, quam excedit. Et ideo
« secundum quod magis excedit facultatem naturae, secundum hoc maius mi-
« raculum dicitur. Excedit autem aliquid facultatem naturae tripliciter.
« Uno modo, quantum ad substantiam facti: sicut quod duo corpora sint
« simul; vel quod sol rétrocédât; aut quod corpus humanum glorificetur:
« quod nullo modo natura facere potest. Et ista tenent summum gradum
« in miraculis. *Secundo* aliquid excedit facultatem naturae, non quantum
« ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit: sicut resuscitatio mortuorum,
« et illuminatio caecorum, et similia. Potest enim natura causare vitam,
« sed non in mortuo; et potest praestare visum, sed non caeco. Et haec
« tenent secundum locum in miraculis. *Tertio modo* excedit aliquid f acuita-
ce tem naturae, quantum ad modum et ordinem faciendi: sicut cum aliquis
« subito per virtutem divinam a febre curatur absque curatione et consueto
«processu naturae in talibus, et cum statim aer divina virtute in pluvias
« densatur absque naturalibus causis, sicut factum est ad preces Samuelis
« et Eliae. Et huiusmodi tenent intimum locum in miraculis. Quaelibet
« tamen horum habent diversos gradus, secundum quod diversimode exce-
de dunt facultatem naturae » *[Summ. Theol.,* p. I^{a}, quaest. 105, art. 8).

Itaque, ut, unde profectus est, eo revertatur sermo, si quis, tam clara et perspicua ab Angelico Doctore tradita de miraculis doctrina sibi ante oculos proposita, iterum se convertit ad unam et alteram, de quibus est sermo, sanationem, atque, ducibus viris in arte peritis, omnia et singula, quae praesto habentur in actis, diligenter scrutatur et considerate perpendit, fieri profecto nequit, quin in utriusque saltem sanationis modo deprehendat ille atque agnoscat praecipuum illud, quod manifesto excedit facultatem, naturae, in quo, ceu nuper videre fuit, tota consistit miraculi ratio. Quod sane in Victorii Bertone sanatione, de qua secundo loco est disce-

ptatum, eo luculentius apparet, quo frigidus abscessus, qui in eiusdem Victorii scapula suam fixerat sedem, quominus ad sanitatem vergeret, ea impedimento erat, quae Victorii ipsius totum iam pervaserat et infecerat corpus, pulmonalis videlicet turberculosis, ex qua pariter, brevi temporis intervallo, perfectam quoque adeptus ille fuit immunitatem, quamvis eadem pulmonalis tuberculosis ad eam, concordi Medicorum sententia, devenerit gravitatem, ut, maxime in *subiecto,* cuiuscumque facta fuerit incapax curationis.

Ita, consultissimis adhibitis normis, nec non industri sagacique et Peritorum iudicialium et egregii causae Patroni opera, ista super miraculis instituta quaestio ad optatum perducta est exitum; quandoquidem binis, quae praecesserant, antepraeparatoriae nimirum et praeparatoriae Congregationibus, generalis successit Congregatio, quae, die octava huius vertentis mensis iulii, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo .Cardinali Caietano Bisleti, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia; quibus tamen laeto studiosoque animo exceptis et perpensis, Sam ctissimus Dominus noster supremum Sibi reservavit iudicium, cunctisque, qui aderant, interim indixit preces ad caeleste lumen implorandum. Quumque mentem Suam manifestam facere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam sextam post Pentecosten; ideoque, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfectaeque sanationis puellae Petrae De Gaudenzi a congenita luxatione coxae sinistrae;* deque altero *instantaneae perfectaeque sanationis Victorii Bertone a purulento abscessu ex osteo-periostite costali naturae tubercularis fluente.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis inseri iussit decimo tertio calendas augusti anno MDCCCCXXIV.

£g A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. ffi S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 agosto 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori Teologi, hanno discusso e dato il loro voto:

I. Sul dubbio detto *del Tuto* per la solenne Beatificazione del Venerabile Servo di Dio Giuseppe Cafasso, Sacerdote secolare e Rettore del Coììegio Ecclesiastico di Torino.

II. Su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione del Beato Giovanni Maria Vianuey, Confessore e Parroco del luogo chiamato Ars, i quali miracoli sono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 12 agosto 1924, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della Causa di Canonizzazione della Beata Teresa del Bambin Gesù, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Anti preparatoria,* nella quale dai Bevmi Prelati Officiali e dai Consultori Teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione della stessa Beata; i quali miracoli vengono proposti per la Canonizzazione.

SACRA ROMANA' ROTA

AVVISO

Si rende noto che le iscrizioni allo Studio della Bota si possono fare, per il prossimo anno giuridico, dal 10 ottobre al 30 novembre 1924, e non oltre.

20 agosto 1924.

M. MASSIMI, *Pro-Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

25 luglio 1924. Monsig. Giuseppe Trezzi, *Difensore del Vincolo nel Tribunale della Sacra Romana Rota.*

10 agosto » Il Bevmo P. Antonio Rocchetti, dei Minori Conventuali, *Consultore della Sacra Congregazione dei Sacramenti.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

7 marzo 1924. L'Emo Sig. Cardinale Giovanni Battista Nasalli Rocca, *Protettore dell'Istituto delle Maestre Pie dell'Addolorata di Rimini.*

11 luglio » Il R. Tommaso Muniz Pablos, *Primo Uditore soprannumerario del Supremo Tribunale della Rota presso la Nunziatura di Spagna.*

» » » Il R. Giuliano Diaz Valdepares, *Secondo Uditore soprannumerario del Supremo Tribunale della Rota presso la Nunziatura di Spagna.*

18 » » L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, *Protettore delle Suore Carmelitane Teresiane del Terz'Ordine.*

Assistente al Soglio Pontificio:

25 luglio 1924. Monsig. Michele Gregorio Vuylsteke, Vescovo tit. di Caradro e Vicario Apostolico di Curaçao.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

5 marzo 1924. Monsig. Giuseppe Ormisda Brodeur, della diocesi di Prince Albert.

23 luglio » Monsig. Enrico Paolazzi, della diocesi di Trento.

» » » Monsig. Michele T. O' Brien, della diocesi di Great Falls.

24 » » Monsig. Guglielmo Enrico Mahoney, della dioc. di Auckland.

» » » Monsig. Nicolò Tabulov-Truta, della diocesi di Sebenico.

31 » » Monsig. Aristide Botti, della diocesi di Faenza.

Prelati domestici di S. S.:

6 marzo 1924. Monsig. Giovanni Battista Bourdel, della diocesi di Prince Albert.

30 maggio » Monsig. Valerio Cantineau, della diocesi di Tournai.

20 luglio » Monsig. Renato Moissenet, della diocesi di Digione.

23 » » Monsig. Emilio Göller, dell'archidiocesi di Friburgo (Baden).

25 » » Monsig. Giorgio Guglielmo Schuhmann, della diocesi di Louisville.

30 » » Monsig. Tommaso P. O' Reilly, della diocesi di Glasgow.

» » . » Monsig. Tommaso H. Barret, della diocesi di Buffalo.

» » » Monsig. Giuseppe Gambino, della medesima diocesi.

8 agosto » Monsig. Luigi Gallo, della diocesi di Conversano.

» » » Monsig. Giovanni N. Codori, della diocesi di Altoona.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

17 luglio 1924. Al sig. Egon Luigi Humann, della diocesi di Breslavia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, elasse vivile:

28 luglio 1924. Al sig. Giovanni Guglielmo Antonio Beijnes, della diocesi di Harlem.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

26 luglio 1924. Al sig. Francesco Wieber, della diocesi di Munster.
29 » » Al sig. Edoardo Guglielmo Giuseppe De Heusden Van der Sluyse, della diocesi di Bois-le-Duc.
31 » * » Al sig. Luigi Fournier, della diocesi di Costantina.
9 agosto » Al sig. Luigi Dassonville D'Alluni, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Ippolito ScalabrjB, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Enrico Barbry, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

26 luglio 1924. Al Sig. Bodrigo Wejers, dell'archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 luglio 1924. Al Sig. Giovanni Van Rijzewijk, della diocesi di Bois-le-duc.
26 » » Al sig. Nazareno Dottarelli, di Roma.
» » » Al sig. Luigi Bozzetti, della diocesi di Brescia.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. 8.:

4 giugno 1924. Monsig. Biagio Verghetti, Roma.
29 luglio » Monsig. Domenico Lucchini, della diocesi di Verona.
30 » » Monsig. Porfirio Sampaio, della diocesi di Fortaleza.

30 luglio 1924. Monsig. Vincenzo Soter De Alencar, della diocesi di Crato.
» » » Monsig. Alessandro Galosi, della diocesi di Montalto.
31 » » Monsig. Antonio Glattfelter, della diocesi di Treviri.
2 agosto » Monsig. Luigi Bugada, della diocesi di Bergamo.
9 » » Monsig. Matteo Bauehinger, della diocesi di S. Ippolito.
12 » » Monsig. Stanislao Antonio Wachowiak, dell'archidiocesi di Baltimora.
13 » » Monsig. Francesco Pititto, della diocesi di Mileto.
» » » Monsig. Giuseppe Gnlotta, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Janda, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.
» » » Monsig. Vittore Szakacs, della medesima Amministrazione Apostolica.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

12 agosto 1924. Il sig. cav. Camillo Beccari, dell'archidiocesi di Bologna.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 luglio 1924. Monsig. Ippolito Constabile, della diocesi di Pelotas..
12 agosto » Monsig. Vincenzo de Mendonca, della diocesi di Aterrado (Brasile).
» » » Monsig. Mario da Silveira, della medesima diocesi.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

2 agosto 1924. Il sig. Vincenzo Intonti, dell'archidiocesi di Trani.

Cappellani d'onore extra urbem *di S. S.:*

12 agosto 1924. Monsig. Giovanni Tyukos, dell'Amministrazione Apostolica di Tirnava.
» » » Monsig. Tommaso Czaban, della medesima Amministrazione Apostolica.

NECROLOGIO

26 luglio 1924. Monsig. Leone Haid, Vescovo tit. di Messene.
25 agosto » Monsig. Calogero Licata, Vescovo di Calvi e Teano.

Annus XVI - Vol. XVI 15 Octobris 1924 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

STATUTA ORDINIS CARTUSIENSÏS, AD NORMAM CODICIS REVISA, DEFINITIVE APPROBANTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Umbratilem remotamque a mundi strepitu demehtiisque vitam quotquot ex instituto suo ita traducunt, ut non modo divina mysteria aeternasque veritates omni acie contemplentur, et, precibus Deo enixe ac continenter adhibitis, florere eius regnum cotidieque latius propagari postulent, sed etiam non tam suas quam ceterorum culpas, per praescriptam sibi aut voluntariam animi corporisque castigationem, luant atque expient, dicendi profecto ii sunt optimam partem, ut Maria e Bethania, elegisse. Nulla enim alia perfectior possit condicio ac lex vivendi hominibus proponi, quam, vocante utique Domino, capiant atque amplectantur; arctissima autem cum Deo coniunctione atque interiore sanctitate eorum, qui solitariam vitam in claustris silentio degunt, ea copiose laus sanctitatis alitur, quam immaculata Christi Iesu Sponsa conspiciendam omnibus praebet atque mutandam. Nec mirari licet si ecclesiastici superiorum aetatum scriptores, ut virtutem atque efficientiam, quae in eorundem religiosorum viro-

rum precibus inesset, explanando efferrent, eo usque progressi sunt, ut illas cum Moysi precibus compararent, rem commemorando notissimam: scilicet, cum losue in planitie proelium cum Amalecitis commisisset, et pro populi sui victoria oraret obsecraretque Deum Moyses in proximi montis cacumine, factum esse, ut, quoad hie tollebat ad caelum manus, Israelitae vincerent; si quando, contra, manus ob lassitudinem demisisset, tum Amalecitae Israelitas superarent; quamobrem Aaron et Hur hinc inde Moysi lacertos sustinuisse, donec losue superior e pugna discessit. Quo quidem exemplo eorum, quos memoravimus, religiosorum Sodalium preces aptissime sane significantur, utpote quae tum augusto altaris sacrificio, tum paenitentiae exercitio, tamquam duobus adminiculis, nitantur, quorum alterum quodammodo exprimit Aaron, alterum Hur refert. Sollemne est enim ac quasi praecipuum solitariis eiusmodi hominibus, quemadmodum supra diximus, ut, munere veluti publico, victimas se placationisque hostias, pro sua proximorumque salute, Deo praebeant ac devoveant. - Propterea in Ecclesia, inde a remotiore aetate, invaluit passim increbruitque perfectissimum hoc vivendi genus idemque universo christiano nomini, supra quam cuiquam credibile est, utile ac fructuosum. Nam, si « ascetas » praetereamus, qui, ab ipsis religionis nostrae primordiis, etsi domi suae, tam austere vivere consueverant, ut a Cypriano « illustrior portio gregis Christi » haberentur, constat, cum satis multi ex fidelibus Aegyptiis, idcirco quod christiani, Decio imperatore, vexabantur, in desertam Aegypti regionem confugissent, animadvertissentque plurimum solitariam eiusmodi vitam ad perfectionem adipiscendam valere, in incepto eos, vel post datam Ecclesiae pacem, perstitisse: atque ex anachoretis istis, quorum numerus tam ingens erat, ut tot in desertis degere dicerentur quot in urbibus cives, perrexisse alios procul ab omni hominum consortione vivere, alios, Antonio auctore, convenire in lauras coepisse. Hinc sensim ortum vitae communis, certis quibusdam legibus temperatae atque ordinatae, institutum; quod, celeriter per universas Orientis regiones propagatum, Italiam deinde, Gallias et proconsularem

Airicam, coenobiis ubique exstructus, pervasit. Quod quidem institutum, cum totum in eo positum esset, ut monachi, in cellae quisque suae recessu, ab omni exteriore ministerio alieni ac vacui, ad caelestia unice intènderent animum, mirum quantum christianae societati profuit; neque enim eius temporis clerus ac populus poterat non intueri in exemplum, maximo cum emolumento, homines, qui, caritate Christi ad perfectissima atque asperrima quaeque rapti, interiorem et occultam, quam ipse in Nazarethana domo duxerat, vitam imitarentur, et ea, quae deessent, passionum eius, quasi hostiae Deo devotae, adimplerent. At quidem absolutissimum vitae contemplativae, quam vocant, institutum, procedente tempore, aliquantum deferbuit ac resedit. Etenim, quamvis monachi a procuratione animarum ceterisque externis ministeriis refugerent, sensim gradatimque contigit, ut cum divinarum rerum commentatione ac contemplatione actionem vitae coniungerent. Visum enim sibi est, aut sacerdotum imparem necessitatibus operam - ut enixe postulabant Episcopi - suppleri debere, aut de populari institutione, quam Carolus Magnus provehebat, curam suscipi atque agi oportere; huc praeterea accedit, quod e perturbatis passim per eas aetates rebus nonnihil forte coenobia detrimenti ceperant ac languoris. Ecclesiae igitur vehementer intererat, sanctissimum vitae genus, quod per tot saecula incolume in coenobiis exstiterat, sic in pristinum restitui, ut numquam deforent, cuiusvis curae expertes, deprecatores, qui, perpetuo divinae misericordiae instantes, e caelo in homines, suae neglegentiores salutis, omne genus beneficia derivarent. Iamvero benignissimus Deus, qui Ecclesiae suae necessitatibus commodisque prospicere nullo non tempore consuevit, Brunohem, virum insigni sanctimonia, delegit, qui vitam contemplativam ad nativae integritatis laudem revocaret. Qua de causa is Cartusiensem Ordinem condidit, quem suo penitus imbuit spiritu iisque munivit legibus, quae Sodales ad emetiundam celeriter interioris sanctitatis asperrimaeque paenitentiae viam, quavis remota externi ministerii officiique perfunctione, efficaciter permoverent, itemque ad perseverandum, animis nunquam remissis,

in eadem vitae severitate atque asperitate stimularent. Atque in comperto est, Conditoris sui Patrisque Legiferi spiritum Cartusienses ita, novem paene saeculorum decursu, retinuisse, ut, contra atque aliis Sodalitatibus contigit, nulla Ordo, tam diuturno temporis spatio, emendatione seu, ut aiunt, reformatione indiguerit. Cui autem admirationem viri isti non moveant, qui, ab societate hominum seiuncti prorsus in omnem vitam ac segregati, ut aeternam eorum salutem occulto quodam tacitoque apostolatu tueantur, in cellae quisque suae solitudine sic degunt, ut illinc nulla de causa, nullam ob necessitatem, nullo anni tempore discedant? Iidem vero, statis per diem noctemque horis, in Aedem sacram conveniunt, non ut, more ceterorum Ordinum, psallant, sed ut « viva et rotunda voce » divinum officium, nullo instrumentorum succentu et ad vetustissimos suorum codicum gregorianos concentus, totum atque integrum concinant: quos quidem Sodales piissimos, ita Deum pro Ecclesia hominumque emendatione inclamantes, cur misericors Deus voti compotes non efficiat?- Quemadmodum igitur Brunoni decessoris Nostri Urbani II existimatio ac benevolentia non defuit, qui, doctissimo sanctissimoque viro in scholis Bhemensibus magistro usus, eum postea Pontifex consiliarium adscivit atque adhibuit, sic Ordo Cartusiensium, qui simplicitate praeterea ac sancta quadam rusticitate vitae commendaretur, peculiari Apostolicae Sedis gratia fruitus continenter est. Neque minore Nosmet Cartusienses Sodales caritate prosequimur, neque minus cupimus saluberrimum eiusmodi institutum provehi latius atque amplificari. Etenim, si unquam alias tales in Ecclesia Dei esse anachoretas oportuit, at potissimum hodie esse ac vigere oportet, quando tot cernimus christianos, caelestium rerum commentatione posthabita, immo etiam omni aeternae salutis cogitatione deposita, terrenas opes voluptatesque corporis efirenate persequi atque ethnicos mores, Evangelio omnino adversos, induere et privatim publiceque exhibere. Atque sunt fortasse qui adhuc censeant, virtutes, quae iniuria passivae nuncupantur, dudum obsolevisse et pro vetere claustrorum disciplina latiorem liberalioremque substituendam

esse virtutum activarum exercitationem: quae quidem opinio - quam immortalis memoriae decessor Noster Leo XIII in Epistula *Testem benevolentiae,* die xxn mensis ianuarii an. **MDCCCXCIX** data, refutando ac diluendo reprobavit - nemo non videt quam sit christianae perfectionis doctrinae atque usui probrosa et exitialis. Facile, ceteroqui, intellegitur, multo plus ad Ecclesiae incrementa et humani generis salutem conferre eos, qui assiduo precum macerationumque officio funguntur, quam qui dominicum agrum laborando excolunt; divinarum enim gratiarum copiam nisi in agrum irrigandum illi e caelo deducerent, iam evangelici operarii sane tenuiores e labore suo fructus perciperent. Quantum autem spei exspectationisque Sodales Cartusienses de se Nobis commoveant, dicere vix attinet; siquidem, cum legi Ordinis propriae non tam accurate quam generoso quodam animi impetu pareant, eiusdemque observatio legis facile ad altiorem sanctitatem animos conformet, fieri nequaquam potest, quin religiosi ii viri apud miserentissimum Deum validi pro populo christiano deprecatores fiant atque exsistant. Eiusmodi sane Statuta, quibus Ordo Oartusiensium regitur, digna decessoti Nostro Innocentio XI visa sunt, quae «Apostolici muniminis patrocinio » roborarentur: Constitutione enim Apostolica *Iniunctum Nobis,* die **XXVII** mensis martii an. **MDCLXXXVIII** data, Statuta, quae memoravimus, specifico modo, ut aiunt, approbavit. In qua quidem Constitutione legimus ampla a decessore eodem Nostro tributa Cartusiensibus viris praeconia, quae eo maiorem habent gravitatem, quod a Pontifice ob sanctissimam vitam inlustri profecta sunt: qui quidem scribere non" dubitavit, Romanos Pontifices decessores suos eundem Ordinem «velut arborem bonam in agro militantis Ecclesiae dextera Domini plantatam, ac fructus uberes iustitiae iugiter producentem merito » appellasse, et se « Ordinem praedictum, et illius personas non cessantes in rerum divinarum contemplatione sublimium Domino famulari, in visceribus » gerere « caritatis ». Cum vero eadem Statuta ad Codicem iuris canonici accommodari iam nunc oporteret, quibus Sodalibus Cartusiensibus ius esset coeundi, ii in Capitulum Gene-

rale convenerunt, ut rem eonlatis consiliis perficerent. Atque -optime quidem perfecere, iis praeterea abrogatis legis capitibus moribusque usu inductis, quae, incolumi prorsus vitae instituto, obsoleverant aut temporibus iam non congruere visa sunt, additisque, contra, nonnullis Capitulorum Generalium praescriptis. Quam equidem legem, latino sermone conscriptam, atque ita, ut diximus, emendatam ac recognitam, prouti aequum erat, Sacrae Congregationi religiosorum Sodalium negotiis praepositae perpendendam detulimus. Eius autem tenor hic est qui sequitur, videlicet:

STATUTA

ORDINIS CARTUSIENSIS

etc.

INCIPIT PROLOGUS

IN STATUTA ORDINIS CARTUSIENSIS

Ad Dei laudem subditorumque omnium communem salutem et pacem et observantiae regularis augmentum, ... *et quae sunt reliqua.*

Cum autem Minister Generalis Ordinis Cartusiensis et omnes, qui iure suo in Capitulum Generale convenerant, a Nobis demisse efflagitassent, ut Statuta, quae in Constitutionem Apostolicam supra inseruimus atque incmsimus, apostolica auctoritate adprobaremus, eorum Nos votis concedere atque obsecundare perlibenter deliberavimus. Itaque Statuta Ordinis Cartusiensis, ut, correcta atque emendata, supra referuntur, auctoritate Nostra apostolica approbamus et confirmamus, iisdemque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, et omnes ac singulos defectus, si qui in ea inciderint, supplemus ac sanamus. Novimus profecto, Cartusienses Sodales nulla egere hortatione Nostra, ut legem sibi datam, quemadmodum antehac observarunt constanter ac fideliter, sic in posterum, summo animorum ardore,

sequantur. At tamen, ut stimulos iis admoveamus ac peculiarem alteram paternae benevolentiae in eos Nostrae significationem edamus, per has Nostras Litteras in perpetuum concedimus, ut quotannis, die octavo mensis iulii, quo die, ipsis sane memorabili, Ordinis Statuta ab Apostolica Sede denuo adprobata sunt, omnes ex Ordine Cartusiensi Sodales, qui suam cuiusque ecclesiam inviserint aliisque usitatis condicionibus satisfecerint, plenam admissorum suorum veniam lucrari in Domino queant.

Haec mandamus, decernentes, praesentes Litteras, et Statuta in eas inserta atque inclusa, firma, valida atque efficacia semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectant aut in posterum spectare poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet, etiam speciali atque individua mentione dignis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis atque excerptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vni mensis iulii anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. ***Card.*** **GASPARRI**
a Secretis Status

O. CARD. LAURBNTI
S. Congreg, de Religiosis Praefectus

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £8 Plumbi.

Reg. in Cane. Apostolica vol. XXX, n. 16.

LITTERAE APOSTOLICAE

A VICARIATU APOSTOLICO LAOSIENSI SEIUNGITUR PARS TERRITORII ADDENDA VICARIATUI APOSTOLICO DE CAMBOGIA.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac Divi Petri Principis Apostolorum cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam sublimi e specula, in omnes vel longo terrarum marisque tractu seiunctas regiones ab hoc christianae fidei centro, mentis Nostrae oculos convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius conducant et in catholici nominis incrementum bene vertant, sollicito studio decernere maturamus. Iamvero, cum venerabilis frater Angelus Maria Gouin, Episcopus titularis Orcistien. et Vicarius Apostolicus Laosiensis, Nobis proposuerit, ut ob nimiam amphtudinem aliquantulum coarctaretur suae iurisdictionis territorium, et venerabilis frater Henricus Lecroart, Episcopus titularis Anchialen., Visitator Apostolicus Indosinensis regionis, hanc propositionem enixe commendaverit, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardmalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, memorati Vicarii Apostolici precibus adnuendum esse existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, a vicariatu apostolico Laosiensi seiungimus partem, quae constituitur a provincia civili de *Stung-Treng,* quaeque manet sub iurisdictione civili Regni de Cambogia, eamque, sic seiunctam sive dismembratane, unimus vicariatui apostolico de Cambogia.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VIII** mensis augusti, anni **MCMXXIV**, Pontificatus Nostri tertio.

P. **CARD. GASPARRI,** *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. THEOTONIUM EMMANUELEM RIBEIRO VIEIRA DE CASTRO, EPISCOPUM SANCTI THOMAE DE MELIAPOR, QUINTUM AC VICESIMUM EPISCOPATUS ANNUM ACTURUM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum ad Nos nuper allatum sit, acturum te proxime fore quintum ac vicesimum ab inito episcopatu annum, nolumus banc eventi faustitatem praeterire, quin tuam tuorumque laetitiam participando augeamus. Te enim de Ecclesia Dei, hoc haud mediocri temporis intervallo, praeclare meritum esse, non ignoramus; ac praecipue operam dilaudamus a te sollerter studioseque in eo collocatam, ut sacras Lusitanas Missiones provèheres, quas iam diu moderaris. Praeconia autem Nostra non dubitamus quin ipsum Christi Pastorum Principis praeconium sit aliquando consecuturum;] eiusmodi enim apostolatus, omnium quidem gravissimus, si quis curaverit ut optimos prosperrimosque habeat successus, is profecto sibi Christi Iesu amorem et remunerationem comparabit, cui nihil possit esse gratius, quam ut infideles ad cognitionem evangelicae veritatis ad aeternamque salutem perducantur. Merito igitur bene gestam dioecesis sacrarumque Missionum gubernationem tibi, venerabilis frater, gratulamur; simulque a Deo flagitamus ut quintum ac vicesimum tibi fortunet episcopatus natalem. Ex quo quidem benevolentiae Nostrae testimonio atque ex publicis, quas grex tuus editurus sine dubitatione est, grati animi significationibus volumus capias cum praeteritorum solacia laborum, tum incitamenta ad perseverandum in laboribus istis tuis, animarum conversioni ac tuitioni sane utilissimis. Ut autem natalis qui properat adesse clero populoque tibi commisso haud parva spiritualis vitae incrementa afferat, damus, ut, eo ipso die, adstantibus pontificali Sacro auctoritate Nostra Nostroque nomine benedicas, plena iis proposita admissorum venia, usitatis condicionibus lucranda. Caelestis interea mercedis auspicem, paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die II mensis augusti, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

II

AD EGREGIUM VIRUM HENRICUM STEIGER, PRAESIDEM CONSILII HANNOVERENSIS CONVENTUI LXIII CATHOLICORUM E GERMANIA APPARANDO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam die quinto ac vicesimo superioris mensis ad Nos officiosissimam dederas epistulam, cum rem ea nuntiaret et cognitu pergratam et factu utilissimam, non sine magna animi voluptate perlegimus. Seribebas enim, annuum catholicorum e Germania Conventum tertium et sexagesimum, utpote quem Hannoveram hoc anno convocari decretum esset, a vobis, auspice et duce Episcopo vestro Hildesiensi, apparari. Apparaturos autem vos esse ea, qua soletis, accuratione summa, ut, quemadmodum celebrati ante congressus, prosperrime succédât, pro certo equidem Nosmet habemus, habebuntque praeterea omnes, quicumque miram in re catholica tuenda sagaciam perseverantiam que vestram agnoscunt. In quo quidem pro sanctissimis rebus propugnandi studio Nobis utique videtur perillustris ille civis vester Ludovicus Windthorst, exemplo ipse suo et quasi vobis relicta magni sui spiritus hereditate, vos in futurum confirmasse. Nec a deligenda urbe Hanno vera, ubi eiusmodi Conventus haberetur, ea vos cogitatio detinuit, cum multo plures prae vobis acatholicos homines et in urbe et in dioecesi numerari, tum hospitia coëuntibus fortasse non tot istic suppetitura esse quot patere oporteret. Hisce quidem e difficultatibus crescat vobis, hortamur, animus atque exspectatio optimorum fructuum; quando enim homines, quicquid in potestate ipsorum sua fuit, pia mente ac libenter actuoseque praestiterunt, iam ea, quae forte desint, benignissimus Deus actione sua supplere consuevit. Laetandum, ceteroqui, Nobis esse videmus, proximi Conventus notam fore peculiarem ac propriam, ut iis potissimum constet catholicis viris, qui in « Diaspora » versantur pretiosumque fidei suae bonum habent maioribus obiectum propositumque periculis. Unde planum est consequi, ut iidem, e contionibus, quas audituri sunt, peritissimorum oratorum, remedia illa altius perspiciant atque adhibere firmius decernant, qualia Nos ut singulis hominibus sanandis societatique reparandae adhiberentur, paulo post initum Pontificatum, universitatem Episcoporum, cleri ac fidelium vehementer monuimus. Quotquot autem istic, eventi causa pulcherrimi, confluent, nonne ii, magno cum emolumento, suis veluti oculis spectabunt quae quantaque, postre-

mis hisce annis, ad cultus divini incrementum, ad religionis tuitionem operumque caritatis amplificationem catholici Hannoverenses egerint? Ad sepulcrum vero illius immortalis memoriae viri, quem supra nominavimus, nonne, res eius gestas secum reputando, condiscent, quo studio quibusque armis proelia Domini proelientur in iisque victoriam adipiscantur? Cum laetis igitur ominibus exspectatissimus iste adveniat catholicorum e tota Germania Conventus, quem prospicimus, cum tractandarum gravitate rerum, tum publicarum utilitatum. ubertate ac copia, inferiorem nullo pacto fore, quam ii duo ac sexaginta fuere, qui antecesserunt, celeberrimi Congressus. Catholico autem nomini, qua late patet, exemplo ac documento exsistet, uti antehac, non modo arctissima illa vestra quam sollemniter affirmare soletis cum Apostolica Sede coniunctionem, sed etiam ac praecipue communis omnium vestrum ut fidei constantia ac stabilitas, sic testificatio incitatioque caritatis: quibus vos virtutibus cotidie aptiores efficiemini ad medendum malis omne genus, unde patria vestra conflictatur atque angitur. Interea, quo congressionem ineatis feliciter feliciusque absolvatis, *emittat Dominus sapientiam de sede magnitudinis suae, ut vobiscum sit et vobiscum laboret;* divinum autem eiusmodi praesidium conciliet paternamque significet benevolentiam Nostram apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, Consilii istius sociis atque iis universis qui Hannoveram congregabuntur, peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die x mensis augusti, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

29 aprilis 1924. — Cathedrali Ecclesiae Soanensi-Pitilianensi, cum Ecclesia cathedrali Grossetana ad personam unitae, praefecit R. P. D. Gustavum Matteoni, Episcopum Grossetanum, qui posthac Episcopus Grossetanus et Soanensis-Pitilianensis appellabitur.

4 iulii. — Cathedrali nuper erectae Ecclesiae Sorocabensi (in Brasilia), R. D. Iosephum Carolum Aguirre, parochum civitatis *Bragança,* in archidioecesi Sancti Pauli.

12 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Hamiltonensi, R. P. D. Iosephum Thomam Mae Nally, hactenus Episcopum Calgariensem.

1 septembris. <— Titulari episcopali Ecclesiae Thebanae in Aegypto, R. D. Gulielmum Bürger, parochum ad S. Urbani Friburgi, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Caroli Fritz, Archiepiscopi Friburgensis.

30 septembris. — Cathedrali Ecclesiae Premisliensi ritus latini, R. P. D. Anatolium Nowak, hactenus Episcopum titularem Irenopolitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Herbipolensi, R. D. Mathiam Ehrenfried, in Collegio Theologico Eistettensi doctorem decurialem.

1 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Larinensi, R. D. Odpnem Bernacchia, canonicum cathedralis Fanensis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

i

E APOLLEN.

SERVITII CHORALIS

9 iulii 1921

SPECIES FACTI — E. D. canonicus theologus cathedralis Eapollensis, de sui Ordinarii licentia, nominatus fuit professor iuris canonici ac theologiae moralis in Seminario regionali Melphictensi, ubi etiam alumni Seminarii Eapollensis de iure et de facto admittuntur. Idem canonicus in memorato Seminario regionali, praeter hospitium et victum, annuum quoque stipendium recipit.

Quum vero inter dictum canonicum theologum et Capitulum Repóllense exorta sit quaestio, an ipse teneatur suis expensis substitutum constituere ad lectiones scripturales in ecclesia cathedrali legendas, ipse Episcopus Eapollensis sequens dubium huic S. Congregationi dirimendum proposuit: « Utrum canonicus theologus ecclesiae cathedralis, qui, de Epi« scopi sui licentia, *abest a dioecesi* ut in Seminario regionali (regionis « nempe ad quam pertinet dioecesis) theologiam, *stipendium accepturus,* « doceat, ab onere lectionis theologalis relevetur; an ad eam habendam «per substitutum teneatur».

VOTUM CONSULTORIS. — Praescindendo ab omnibus quaestionibus, quae antiquo iure fiebant, quaeque inveniri possunt optime pertractatae apud Benedictum XIV, *de Synodo,* lib. XIII, c. 9, n. 17 seqq.; apud Gennari, *Monitore eccl.,* 1900-01, pag. 115 seqq., et in folio causae in Casalen., *Praebendae theolog.* apud hanc S. Congregationem actae die 26 iunii 1847: nunc quoad quaestionem hanc in Codice habemus canonem 400, § 3, ubi dicitur: «Episcopus gravi de causa potest canonico theologo committere « ut, loco lectionum in ecclesia, sacras disciplinas in Seminario doceat »; et can. 420, § 1, n. 2, ubi habetur: « Ita excusentur a choro ut percipiant fru« ctus praebendae ac distributiones quotidianas ... 2° Canonicus theologus « singulis diebus, quibus suo munere fungitur ». Praeter hos iuris textus, qui directo respiciunt canonicum theologum, habemus etiam can. 421, § 1, qui indirecto materiam hanc attingit, et in quo statuitur: « Excusantur a choro,

« sed percipiunt praebendae fructus dumtaxat, non autem distributiones:
« I° Qui de licentia Ordinarii loci *publice* docent in scholis ab Ecclesia reco-
ce gnitis sacram theologiam aut ius canonicum ».

His autem positis textibus iuris, argumentari posse mihi videor hoc modo: Canonicus theologus, de quo in dubio quaeritur, certe ex illis est, qui excusantur a choro et percipit fructus praebendae (e. 421): docet enim de licentia Ordinarii loci in scholis ab Ecclesia recognitis (in Seminario regionali). - Quaestio esse potest an lucrari etiam possit quotidianas distributiones. Et certe eas lucratur singulis diebus, quibus *suo munere* fungitur (c. 420, § 1, n. 2). - Quaestio igitur ad hoc reducitur, utrum canonicus theologus, docens in Seminario de mandato Episcopi, dicendus est fungi *munere suo.* Porro, supposito praescripto § 3, can. 400, si Episcopus potest, gravi de causa (de qua Episcopus ipse est iudex), theologo committere ut, loco lectionum in ecclesia, sacras disciplinas in Seminario doceat, canonicus, praecepto Episcopi obediens, munere suo fungi certo dicendus est. Lucratur ergo in casu canonicus theologus distributiones etiam quotidianas. Non lucratur tamen nunc, ex praescripto citati canonis 420, § 2, distributiones *inter praesentes* contra ea, quae dicebantur antiquo iure ex responsionibus huius S. Congregationis in Avenionen., oct. 1586; in Oriolen., 12 aug. 1628 et in Barchinonen., 2 iun. 1860, quae correctae sunt in novissimo iure. Praeterea, quum ille, qui munere suo legitime fungitur, non possit dici teneri ad alium sibi substituendum, qui muneri suo satisfaciat, canonicus theologus, qui in casu, ut videmus, munere suo fungitur, ad designandum substitutum teneri nullo modo videtur.

Difficultates autem ad haec opponi possunt, quas imo innuit Episcopus ipse dubium proponens, qui in ipsa propositione in hunc finem, ut puto, duo subpunxit, scilicet: *abest a dioecesi,* ut in Seminario *regionali* doceat; et *stipendium accepturus.*

Prima igitur difficultas ex eo desumitur, quod superius dicta non videantur aptari posse iis, qui ad docendum a dioecesi abesse coguntur. Nam canonicus theologus, etsi excusetur a choro, tenetur tamen lege residentiae. Verum haec mihi videntur properantius dicta. Residentia enim illa obligationis quidem est, si intelligitur de loco, ubi susceptum officium est explendum; sed si intelligatur de residentia in urbe cathedrali vel in loco, ubi constitutum est Capitulum, non videtur mihi dici posse ex obligatione retinenda. Id suadent:

a) Accuratum examen can. 420, § 1, in quo fere omnes, qui dicuntur a choro excusari et lucrari praebendam et distributiones quotidianas supponuntur abesse a civitate, ut ita dicam, capitulari. Cfr. nn. 1, coli. can. 422, §§2, 6, 7, 8, 9, 10, 12.

b) Praescriptum can. 421, § 1, nn. 1, 2; nam inter eos, qui excusantur a choro, quia de licentia Ordinarii docent theologiam aut ius canonicum in scholis ab Ecclesia recognitis, et qui dant operam studio earumdem disciplinarum in publicis scholis ab Ecclesia probatis, comprehenduntur certo ii qui haec faciunt extra civitatem capitularem, ut constat ex antiquo iure (cfr. c. 5, X, *de magistris,* V, 5; c. 2 *de privileg.,* V, 7, in 6; Conc. Trid., sess. V, c. 1, *de ref.;* Const. Pii V, *Sanctissimus,* 24 novembris 1564; S. C. C, 31 martii 1607), secundum cuius normam (can. 6, nn. 2, 3) citatus canon est intelligendus.

c) Fictio iuris, quae adesse omnino videtur, secundum quam Seminarium regionale considerari debet tamquam Seminarium dioecesanum, et consequenter ii, qui ibidem degunt ad ibi exercendum aliquod munus, tamquam ii, qui in Seminario dioecesano degunt. - Hanc autem fictionem iure adesse probant ea, quae Pius X, r. m., scripsit et statuit in Constitutione sua *Susceptum,* de regimine Seminarii maioris in Calabris, 25 martii 1914, scilicet: «liceat omnibus Calabriae Ordinariis Seminarium hoc ut suum « habere, illud quum libuerit adire, suos invisere clericos »; et postea: ((alumni sacris Ordinibus initientur in oratorio Seminarii; Episcopi vero « in annuis coetibus eum designant qui initiationis sacra per vices obeat » (non proinde Ordinarius loci). Quare, si Seminarium regionale pro singulis Episcopis *suum* est Seminarium, perinde habetur docere in Seminario regionali ac in Seminario dioecesano, iique, qui a suo Episcopo ad docendum in regionale Seminarium mittuntur, dicendi sunt veluti ad docendum missi in Seminarium dioecesanum cum omnibus iuridicis consequentiis quae exinde iure sequuntur.

Altera difficultas ex eo desumi potest, et ex eo desumpta ab Episcopo innuitur, quod scilicet canonicus theologus in casu accipit *stipendium* pro lectionibus in Seminario regionali habendis. - Verum, quidquid sit de antiquo iure (cfr. responsiones huius S. Congregationis in Carthaginien., 11 aprilis 1891 et in Oxomen., 25 iulii 1891, secundum quas canonicus theologus, magisterii munus in Seminario exercens, percipere non valet distributiones chorales pro diebus, quibus docet, si pensionem a Seminario accipiat), nunc ex responsione recentissima *Pontificiae Commissionis ad Codicem interpretandum* videtur mihi proposita difficultas non urgere. Commissioni enim propositum fuerat dubium: Utrum in § 1, n. 1, can. 421: « Qui de licentia Ordinarii loci publice docent in scholis ab Ecclesia reco« gnitis S. Theologiam aut ius canonicum », etiam comprehendi debeant canonici qui de Ordinarii licentia docent *retributione peculiari pro lectione percepta;* an tantum qui, absque tali retributione, theologiam vel ius susceperint edocendum; cui ipsa die 24 novembris 1920 respondit: « Affirma-

tive ad 1[am] partem; Negative ad 2[am] ». Porro haec responsio applicanda mihi videtur etiam canonico thëologo docenti; nullum enim video principium iuridicum, quod pro casu proposito militet, non autem pro casu canonici theologi. - Eatio quidem oeconomica dici posset militare pro uno casu et non pro altero; et in hoc consistit, quod responsio Commissionis citata respicit eos, qui morantur tantum fructus praebendae, canonicus autem theologus e contra lucratur quoque distributiones quotidianas. Sed haec ratio, quae etiam in linea oeconomica non multum ponderis habet, praesertim si attendamus ad exiguitatem distributionum quotidianarum, quae ordinario vigent in Capitulis, non videtur mihi innuere potuisse in responsionem, quae absque dubio nititur potius iuridico fundamento.

Quare, etc.

RESOLUTIO. — Porro in generali S. C. Concilii conventu habito ad Vaticanum die 9 iulii 1921, Emi Patres ad duo concinnata dubia: I. *An canonicus theologus in casu teneatur ponere suis expensis substitutum qui lectiones S. Scripturae habeat ad normam canonis 400,* § 2. Et quatenus negative: II. *An ipse lucretur distributiones quotidianas, in casu;* respondendum censuerunt: Ad I. *Negative,* ad IL *Affirmative.*

Facta autem subinde relatione SSmo **Duo** Nostro Benedicto PP. XV, in audientia infrascripto S. Congregationis Secretario concessa, Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus est.

I. Mori, *Secretarius.*

II

FOBOLIVIEN.

PRAECEDENTIAE

Die 10 februarii et 9 iunii 1923

SPECIES FACTI. — In ecclesia cathedrali Foroliviensi, praeter canonicum parochum eiusdem ecclesiae, adest parochus ecclesiae S. Thomae in S. Mercurialis, qui, vi unionis beneficiorum anno 1611 peractae, est *JPrimicerius natus* dictae ecclesiae cathedralis. Paroecia S. Mercurialis prima est inter paroecias civitatis, cum ob vetustatem tum ob amplitudinem; complectitur enim fideles numero septem millium, dum paroecia cathedralis recentior est et vix duo millia fidelium numerat.

Ante Codicis iuris canonici promulgationem, ius praecedentiae inter parochos, vi consuetudinis, ex prioritate promotionis ad paroeciam determinabatur, ita ut Episcopus, si quid committendum haberet parochis,

Decani nfinisterio uteretur. -Et hac ratione usque in praesens iure praecedentiae fruebatur actualis Prinficerius-parochus, qui Decanus nomine et re habebatur.

Evulgato autem Codice iuris canonici in quo, canone **478,** statuitur: «Sicut parochus ecclesiae cathedralis, ita vicarius paroecialis Capituli «cathedralis praecedit omnibus aliis dioecesis parochis aut vicariis....», dubium exortum est utrum parocho ecclesiae cathedralis, qui est simplex canonicus, competat in casu ius praecedendi etiam super parocho ecclesiae S. Mercurialis, qui unitam habet dignitatem Primieerii in eadem ecclesia cathedrali. Dubium tamen, uti patet, non respicit functiones capitulares, in quibus ius Primieerii certum apparet, sed functiones mere paroeciales, uti parochorum conventus, funera, processiones, etc., in quibus parochi dumtaxat interveniant ¿

Canonicus parochus postulat ut applicetur pure et simpliciter praescriptum can. **478:** Ordinarius vero petit ut praecedentiae ius adiudicetur parocho S. Mercurialis, qui, uti ipse ait, « è Primicerio nato della Catte« drale e quindi ha in sè maggior somma di titoli, giacché se è parroco come « tutti, se è canonico come il parroco della Cattedrale, ha un terzo titolo «che spetta a lui solo come Dignità Capitolare».

Petitur igitur quid respondendum sit ad propositum dubium:

An ius praecedentiae in collegio parochorum competat canonico-par ocho cathedralis, -vel canonico Primicerio in casu.

VOTUM CONSULTORIS. — Quaestio de iure praecedentiae inter canonicum-parochum ecclesiae cathedralis Foroliviensis et parochum ecclesiae S. Mercurialis, qui simul est Dignitas seu *Primicerius natus* dictae ecclesiae cathedralis, haud difficulter videtur solvi posse, si opportunae fiant distinctiones et iuris principia probe spectentur. Sane:

.1° Ex praescripto can. **478, § 1,** parochus ecclesiae cathedralis praecedit omnibus aliis dioecesis parochis. Eatio huius praescripti repetenda est ex dignitate praefatae ecclesiae, cuius nomine, ut patet ex ipsa vocis etymologia, intelligitur ecclesia, in qua *sedes* seu *cathedra* Episcopi exsistit, quaeque proinde merito a canonistis dicitur ecclesia *princeps, omnium ecclesiarum dioecesis matrix, caput ecclesiarum totius dioecesis* (cfr. Francés, *De ecclesia cathedrali,* cap. **I;** Garcías, *De beneficiis ecclesiasticis,* part. **12,** cap. **2,** n. **35** ss.; De Luca, *De praeeminent.,* disc. **4,** n. **13** ss.; Pallottini, *Collect, omnium conclusionum,* etc., t. **VIII**, v. *Ecclesia matrix,* nn. **3, 8, 9, 19** ss.).

Praecedentia parocho ecclesiae cathedralis competit *qua parocho,* et quidem in concursu aliorum parochorum *qua talium,* minime vero *semper*

et *absolute* in omnibus conventibus vel iunctionibus. Unde non repugnat ut interdum alius sacerdos - v. g. rector Seminarii, vel moderator pii sodalitii - praecedat parocho ecclesiae cathedralis, *si* et *quatenus* hic non qua parochus, sed qua persona privata aut simplex sacerdos intersit.

2° Etiam Dignitati Capituli - in casu nostro parocho-Primicerio - competit praecedentia, at *non qua parocho* S. Mercurialis, sed solum *qua Dignitati* seu *Primicerio.* Quare nulla profecto est repugnantia, ut hic *qua talis* iure praecedentiae gaudeat quidem in actibus capitularibus, *qua parochus* autem huiusmodi iure careat. Hinc noviter spectanda et distinguenda est diversitas respectus, quae passim verificatur atque innumeris exemplis confirmari potest.

3° Sedulo notandum, nec iure antiquo (cfr. S. R. C, *Sutrina,* 20 dec. 1603; *Agrigentina,* 2 dec. 1673, etc.; Ferraris, *Bibliotheca,* etc., v. *Canonicus,* art. 7 et 8, v. *Praecedentia;* Bouix, *De Capitulis,* cap. 5, § 1 ss.) nec iure novo statui Dignitates aliis canonicis et presbyteris *semper* atque *universim* praecedere. Codex ius praecedentiae *simpliciter et absolute* tribuit tantum: *a) Episcopo,* qui in suo territorio praecedit omnibus Archiepiscopis et Episcopis, exceptis Cardinalibus, Legatis Pontificiis et proprio Metropolita (can. 347); *b) Vicario* generali, qui praecedit omnibus clericis, non exclusis Dignitatibus et canonicis ecclesiae cathedralis, etiam in choro et actibus capitularibus, nisi clericus charactere episcopali praefulgeat, et Vicarius generalis eodem careat (can. 370, §1); *c) Dignitatibus aliisque charactere episcopali ornatis,* qui praecedunt omnibus Dignitatibus et canonicis in presbyterali tantum ordine constitutis (can. 408, §1). Id sedulo atque opportune animadvertendum duco, ne quis - uti etiam in casu contigisse apparet - erroneam prorsus interpretationem tribuat can. 468, § 1, atque inde falsa omnino consectaria, contra expressa Codicis praescripta, deducat.

Ad Dignitates et canonicos quod attinet, Codex expressis verbis admittit peculiaria statuta et legitimas consuetudines *circa ius praecedentiae.* «In « eodem Capitulo, *salvis peculiaribus statutis* vel *legitimis consuetudinibus* ... « Dignitates, servato inter se praecedentiae ordine, praecedunt canonicis...» (can. 408, §1). Tantum igitur abest, ut repugnet Dignitatem carere iure praecedentiae, uti contendi videtur in actis huius causae, quin, contra, ipsemet legislator statuta forte contraria atque legitimas consuetudines recognoscat.

Quae omnia, saltem implicite, confirmantur canone 415, qui determinat relationes inter parochum ecclesiae cathedralis et Capitulum.

4° Contra applicationem can. 478, § 1, seu in favorem Dignitatis Primicerii, non adest in casu privilegium apostolicum aut speciale statutum vel

consuetudo. Imo ex usu iampridem inducto ius praecedentiae non Primicerio *qua tali,* sed parocho *antiquiori* tribuitur. Etenim Ordinarius Forolivien., in litteris ad haec S. Congreg, die 15 dec. 1921 datis, haec habet: *« La consuetudine vigente sino alla pubblicazione del Codice* era che il par-**ie** roco *decano* precedeva gli altri colleghi, e questa regola di precedenza *« per anzianità* fu recentemente confermata dal Vescovo ... ». Et in litteris item ad hanc S. Congregationem die 13 martii 1923 datis, subdit: « *a)* Che « l'attuale Primicerio Parroco è *il più anziano dei parroci urbani; b)* Che *«nella sua qualità di più anziano* presiede le adunanze dei parroci... ».

Unde ex consuetudine vigente Primicerius, *non qua Dignitas* seu Pn-*micerius,* sed *qua parochus antiquior,* ceteris parochis hodie praecedit. Quae consuetudo manifeste ostendit, nullam huc usque repertam fuisse repugnantiam nullumque habitum esse inconveniens in eo quod, non Primicerio *qua tali,* sed parocho *antiquiori* praecedentia competat; ideoque praefata consuetudo luculenter evincit, vi iuridica omnino destitui, quae in actis affirmantur, scilicet minus decere, ut praecedentia alteri parocho, potius quam Primicerio, tribuatur.

Dicta consuetudo, si non est immemorabilis vel centenaria, a Codice (can. 5) penitus sublata est; sive autem immemorabilis vel centenaria est, et quidem debitis vestita conditionibus, ad normam eiusdem can. 5 tolerari potest, si Ordinarius existimet prudenter submoveri non posse.

5° Ex dictis liquet conclusio: vel locus est tolerantiae consuetudinis immemorabilis vel centenariae, si revera exsistit, ex qua praecedentiae ius parocho *antiquiori* competat; vel, secus, ajiplicandum est praescriptum can. 478, § 1, ita ut praecedentia ad parochum ecclesiae cathedralis spectet. Cum in actis non clare perficiatur probatio consuetudinis, et potissimum cum nulla demonstretur causa cur in casu prudenter praetensa consuetudo submoveri non possit, ex stylo huius sacri Consilii iam pluries confirmato (cfr. v. g. Zagabrien., 13 nov. 1920; *A. A. S.*, XIII, 46), standum videtur iuri communi Codicis. Quare, etc.

RESOLUTIO. — Porro in plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis habitis ad Vaticanum die 10 februarii et 9 iunii 1923, omnibus perpensis, Emi Patres proposito ut supra dubio respondendum censuere: *Affirmative* ad primam partem; *negative* ad alteram.

Facta postmodum SSmo Dno Nostro Pio Div. Prov. PP. XI relatione per infrascriptum eiusdem S. Congregationis Subsecretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem confirmare et approbare dignata est.

I. Bruno, *Subsecretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

INSTRUCCIÓN

SOBRE LA CLAUSURA DE LAS MONJAS DE VOTOS SOLEMNES

Apenas publicado por esta Sagrada Congregación, con fecha 23 de junio de 1923, el Decreto « acerca de las monjas de Francia y Bélgica », muchos monasterios de aquellas regiones se apresuraron a solicitar la facultad de que las monjas de ellos fuesen admitidas a la profesión de los votos solemnes; y pidieron con insistencia a esta Sagrada Congregación las oportunas instrucciones acerca de la ley de la Clausura Papal, que va aneja a semejante concesión.

Considerando empero la.misma Sagrada Congregación que la ley de la Clausura consignada en el Código de Derecho Canónico está tomada del Derecho antiguo, y que, observada desde el tiempo de S. Pio V, fué después reforzada con muchísimas respuestas de las Sagradas Congregaciones e ilustrada con numerosos estudios de los Doctores, juzgó oportuno publicar una Instrucción que pueda servir de norma a todos los monasterios de monjas en que se hacen votos solemnes.

Por lo mismo, después de madura ponderación, la Sagrada Congregación decretó que acerca de la ley de la Clausura Papal se observe lo siguiente:

I. Las monjas en fuerza de su profesión y de la ley eclesiástica contraen le obligación:

a) de permanecer para siempre dentro del recinto de su propio monasterio; de modo que, sin especial indulto de la S. Sede, no pueden salir de él sino en los casos que se mencionan más adelante (can. 601);

b) de no admitir tampoco dentro del mismo recinto a persona alguna de cualquier linaje, condición, sexo o edad, sin licencia de la S. Sede, a no ser que la persona esté exceptuada por el Derecho, como se dice después (can. 600).

Tal es la ley y la obligación de la Clausura Papal, la cual se extiende aun a aquellos monasterios en que el número de las monjas sea cuanto se quiera menguado.

II. El monasterio, pues, junto con los huertos y jardines anejos (can, 597, § 2), debe estar, en lo posible, de tal modo cercado que no se pueda ver desde fuera a las personas de dentro, ni desde dentro a las de fuera (can. 602).

1° Si hay ventanas que den a alguna plaza pública ó a las casas vecinas, o que permitan la comunicación con los de fuera, deben estar provistas de vidrios opacos o de persianas de modo que se impida la vista de una y otra parte.

2° Si, para que las monjas vean el altar, el coro tiene rejillas, éstas deben estar de tal manera dispuestas que los fieles, desde el lugar a ellos reservado, no puedan ver a las mismas monjas.

3° El confesonario debe estar situado de tal modo que el confesor quede fuera de la clausura y las penitentes dentro.

4° El comulgatorio de las monjas ha de estar cerrado, o con puertecilla o con cortina, de suerte que las monjas no puedan ser vistas por los fieles.

5° En la portería del monasterio, en la sacristía y dondequiera que se crea necesario, coloqúese un torno en el muro por donde poder pasar las cosas necesarias. ÍTo hay inconveniente en que en tales tornos haya un agujerito por el que se pueda ver qué es lo que se pone en el torno.

6° No va comprendida dentro de los límites de la Clausura Papal la iglesia pública, ni su sacristía, a las cuales por tanto no pueden llegarse las monjas sin indulto de la Santa Sede.

III. De dos maneras puede violarse la ley de la Clausura Papal: o por la indebida *salida de las monjas* del recinto del monasterio, bajo cualquier pretexto que se verifique, aunque sea por breve tiempo (can. 601); o por la indebida *entrada de cualquier otra persona,* sin licencia de la Santa Sede.

I° La *salida* del monasterio, sin licencia de la Santa Sede, después de la profesión, sólo se permite a las monjas en caso de iminente peligro de muerte o de otro mal gravísimo. Este peligro, si el tiempo lo consiente, ha de ser reconocido per escrito por el Ordinario del lugar (can. 601).

a) Tales peligros son: los de incendio, inundación, ruina del edificio, los terrores de la guerra, invasión militar y otros semejantes. Pueden también provenir estos peligros de parte de alguna monja, atacada, por ejemplo, de peligrosa demencia o de enfermedad epidémica, en cuyo caso dicha monja debe salir de la clausura para poner a salvo la comunidad. Con todo, si el tiempo lo consiente, el Ordinario del lugar, a petición de las monjas, debe reconocer por escrito el peligro y la suficiencia de la causa para salir de la clausura.

b) Por consiguiente, sin licencia de la Santa Sede, no puede trasladarse una monja de un monasterio a otro, aun de la misma Orden, ni siquiera por poco tiempo; ni salir para hacer una nueva fundación, ni para ejercer el cargo de Abadesa o Superiora o de Maestra de novicias; ni para reponerse en la salud; ni para vigilar las obras de construcción de un nuevo monasterio. Sin embargo la Sagrada Congregación suele conceder estos permisos por justos motivos y prescribiendo las debidas condiciones.

c) Si el monasterio tiene azotea, podran subir a ella las monjas con tal que esté debidamente rodeada de celosías por todas partes.

d) Como quiera que muchísimas veces es necesario que, por el decoro de la casa de Dios, hagan las monjas por sí mismas en la iglesia externa todo cuanto se requiere para que resplandezca siempre en ella la debida limpieza y pulcritud, y principalmente para adornarla convenientemente en las fiestas más solemnes, la Santa Sede concede a los monasterios que lo piden la facultad de que la Superiora designe cuantas religiosas parezcan necesarias, para que puedan salir a la iglesia, cuando esté completamente cerrada y en ella no haya nadie, y llevar a cabo en ella todo lo que concierne al adorno y limpieza de la misma iglesia.

e) Aunque las aspirantes al habito religioso están sujetas mientras hacen el postulantado a la ley de la clausura, (can, 450, § 3), pueden sin embargo salir del monasterio libremente y sin licencia de la Santa Sede, cuando acontezca que ellas mismas espontáneamente vuelvan al siglo, o sean despedidas por las Superioras; y lo *mismo* hay que decir de las novicias o de las profesas de votos temporales, una vez expirado el término de los votos, o cuando fueren legítimamente despedidas.

2º La entrada en el monasterio sin licencia de la Santa Sede, es lícita en virtud del can. 600 a las personas siguientes:

a) Al Ordinario del lugar o al Prelado regular cuando hacen la visita del monasterio, como también a otros Visitadores delegados suyos, les está permitido entrar en la clausura sólo por causa de inspección y con la precaución de ir acompañados por lo menos de un clérigo o religioso de edad madura (can. 600,1)

b) Así, pues, solamente para hacer la visita *local* es lícito al Visitador penetrar en la clausura. La visita *personal* debe hacerse de fuera de la clausura, a la reja. Ni al Ordinario ni al Superior regular ni al Visitador está permitido entrar dentro de la clausura, por razóií del cargo, fuera del acto de la visita.

c) El Ordinario del lugar o su delegado no deben penetrar en la clausura para la exploración que el mismo Ordinario o su delegado ha de hacer antes de la vestieión y de una y otra profesión, ni para la elección de Superiora (can. 506 § 2, 552 § 2).

d) Si el Obispo u otro Sacerdote preside la vestieión o profesión de las monjas, ni a ellos les es lícito penetrar en la clausura, ni a la postulante o a la profesanda salir de la misma.

e) Al entrar el Visitador en la clausura para hacer la inspección, debe ir acompañado por lo menos de un clérigo o religioso, aun lego, de edad madura, que no se aparte de él por todo el tiempo que permanezca dentro del monasterio.

/) El confesor, o quien haga sus veces, puede, con la debidas cautelas, entrar en la clausura para administrar los Sacramentos a las enfermas o para asistir a las moribundas (can. 600, 2º). Esta facultad atañe al confesor ordìnario del monasterio o a quien hace sus veces, a los cuales en fuerza del can. 514 § 2 toca la administración de los Sacramentos y la asistencia a las moribundas en los monasterios de monjas; a falta de ellos puede también entrar en la clausura otro sacerdote.

g) Para oir las confesiones de las enfermas pueden entrar en la clausura, cuantas veces fueren requeridos, no solamente el confesor ordinario, sino también el extraordinario y el adjunto, o cualquier otro confesor llamado por una enferma grave, a tenor de lo que se dice en el can. 523.

Ti) Las cautelas que se deben guardar *para la administración de la Comunión* se hallan consignadas en el Decreto de la Sagrada Congregación de Religiosos del dia 1 de Septiembre de 1912, y son: « Es necesario que cuatro reli-
ée giosas de edad madura, a ser posible, acompañen, desde que entra en la

« clausura hasta que sale de ella, al sacerdote, el cual debe llevar el sagrado copón « con algunas partículas consagradas, administrar la sagrada Comunión, volver « a la iglesia y reservar el sagrado copón, guardando las rúbricas que prescribe « el *Ritual Romano* para la Comunión de los enfermos ».

i) Para oir la Confesión se prescriben las seguientes cautelas: dos monjas acompañarán al confesor hasta la celda de la enferma, y allí, ante la puerta abierta de la misma celda, aguardarán, mientras oye la Confesión, para poder acompañarle de nuevo, cuando vuelva a la puerta del monasterio.

~k) Siempre y cuando ocurra que un sacerdote entre en la clausura para desempeñar alguno de los referidos ministerios, debe salir del monasterio tan pronto como haya acabado el tal ministerio.

l) Si no se pudiere predicar cómodamente a las monjas la palabra de Dios desde las rejas, se ha de pedir licencia a la Santa Sede, que no suele negarla si la abonan graves razones, para que los predicadores puedan entrar dentro de la clausura y predicar en el coro o en la sala capitular, mas siempre guardando las advertencias y cautelas señaladas anteriormente para la entrada del confesor.

m) Pueden entrar en la clausura los que actualmente ejerzan la soberanía en los pueblos y sus esposas con el séquito; asimismo los Cardenales de la Santa Iglesia Romana (can. 600, 3°).

n) Corresponde a la Prelada, empleando las debidas cautelas, el permitir la entrada a los médicos, cirujanos y demás, cuyos servicios sean necesarios; mas ha de haber obtenido previamente la aprobación, siquiera habitual, del Ordinario del lugar; con todo si la necessitad es urgente y no hay tiempo de pedir la aprobación, ésta se supone de derecho (can. 600, 4°).

o) Así, pues, la Prelada, en virtud de la facultad que, a tenor de esta misma ley, le concede la Santa Sede, puede permitir la entrada a todas aquellas personas, cuyos servicios sean necesarios dentro del recinto del monasterio; advirtiendo, sin embargo, que debe obtener previamente la aprobación, siquiera habitual, del Ordinario del lugar. De donde se ha originado la práctica de que las monjas, al principio de cada año, escriban en un determinado libro la lista de todas aquellas personas, cuyos servicios se juzga que serán ordinariamente necesarios durante el año en el monasterio o en la huerta o en las oficinas que se hallan dentro del recinto del monasterio (tales como médicos u otras personas necesarias para curar a las enfermas, hortelanos, bodegueros, estableros, artesanos y otras personas por el estilo); el cual libro, presentan al Ordinario con el fin de que lo suscriba en orden a la concesión de la referida aprobación habitual. Pero si en algún caso extraordinario apremia la necesidad de entrar en el monasterio y no hay tiempo para pedir al Ordinario la aprobación, esta aprobación se presume de derecho, o sea que la misma ley ratifica esta presunción.

v) Sin embargo a la Prelada se le impone la obligación de emplear en cualquier caso las debidas cautelas. Estas, por lo demás, consisten en que

las personas que entren, resulte de informes fidedignos ser de óptima fama y de buenas costumbres; que sean acompañadas al lugar, donde han de prestar sus servicios, por dos monjas de las más graves; y que no se permita hablar con tales personas a ninguna monja, fuera de aquellas que han de tratar con las mismas de sus oficios.

IV. Las llaves de la clausura estarán siempre de día y de noche en poder de la Superiora, quien las entregará a las monjas designadas siempre y cuando» fuere menester.

Y si la Superiora o cualquiera otra, sin legítima licencia, introdujera en el monasterio o aunque sólo admitiera, a cualquiera persona que fuere, no solamente cometería pecado mortal, sino que además incurriría por el mismo hecho en excomunión simplemente reservada a la Santa Sede (can. 2342, I°).

Las aspirantes al hábito religioso entran en la clausura con licencia del Ordinario. Mas a las niñas no se las puede admitir en el monasterio, por motivo de educación o de otra causa, aunque sea piadosa, sin licencia de la Santa Sede.

V. En el locutorio, donde pueden las Monjas, dentro de los límites prescritos en las Constituciones de cada religión, recibir a personas de fuera, ha de haber dos rejas, distantes entre sí como unos veinte centímetros y clavadas en el muro, de manera que no se puedan abrir. Si lo permiten las Constituciones, puede haber también torno en el locutorio. En todo lo demás que se refiere al locutorio, principalmente en orden a la continua vigilancia sobre lo que allí se hace y se dice, obsérvense con exactitud las Constituciones de cada monasterio.

VI. El velar por la exacta observancia de la clausura de las monjas, aun de las sujetas a los Regulares, corresponde al Ordinario del lugar, quien puede castigar después del delito a los que la infringieren, sin exceptuar a los Regulares aun con penas y censuras, y refrenarlos para que no la violen. También al Superior regular corresponde la custodia de la clausura de las monjas que le están sujetas; por lo cual podrá asimismo castigar con penas a las monjas y demás subditos suyos, que faltaren en este punto (can. 603).

Hecha, pues, relación de lo predicho a Nuestro Santísimo Señor Pio XI, Papa por la divina Providencia, en la audiencia concedida al infrascrito P. Secretario de la Sagrada Congregación de Religiosos, el dia 6 de febrero de 1924, Su Santitad aprobó la presente Instrucción y mandó que todos la guarden.

Dado en Roma en la Secretaría de la S. Congregación de Religiosos, en el dia, mes y año mencionados.

C. CARD. LAURENTI, *Prefecto*

L. $ S.

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B., *Secretario.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

SSmus D, N. Pius div. Prov. PP. XI, decreto Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, dato die 11 iunii 1924, designare dignatus est R. P. D. Alexium Lépicier, Archiepiscopum titularem Tarsensem, in Visitatorem Apostolicum dioecesium et missionum Indiarum orientalium ab eadem Sacra Congregatione de Propaganda Fide dependentium.

Decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, d. d. 30 iunii 1924, B. D. Ferdinandus Olivier, e Congregatione Missionis, renuntiatus est Praeses Pontificii Operis Propagationis Fidei pro Republica Chilena.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

S AVO N E.N.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE IOSEPHAE ROSSELLO, TERTII ORDINIS S. FRANCISCI, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM A MISERICORDIA.

In oppido maritimo *Albissola,* Savonensis dioeceseos, e matrimonio christiano Bartholomaei Rossello et Mariae Dedone, die 27 man anno 1811, nata est infantula, eademque die in sacro fonte renata, indito nomine Benedicta. Octo filii, quatuor masculi et totidem foeminae, domi religiose instituti fuerunt, sed Benedicta, e sororibus maior, vix adolevit, statim curis et pietati parentum respondere coepit prae ceteris, eiusque orationis et virtutis exemplum intra ac extra domum familiarem eluxit, praesertim diebus festis. Ipsa enim, sibi socians aequales puellas, sacram aediculam, oppido contiguam, adibat, ad preces piasque laudes recitandas et canendas. Interim, rudimenta litterarum et artium muliebrium, quae in schola didicerat, domum reversa, fratres et sorores edocebat, simulque rei familiari et matri operam suam artificiosam praestabat,

quam aliquando etiam locavit. In ecclesia Fratrum Capuccinorum Missae sacrificio assistere, conciones audire et Sacramenta suscipere solebat; et vocationis religiosae semen, quod ibi in corde suo exceperat, precibus piisque exercitiis fovere et augere satagebat, sententia sibi aliisque proposita: « Mens ad Deum, manus ad laborem ». Sexdecim aetatis annos agens Tertio Ordini S. Francisci nomen dedit. Inde a paterna domo transiit in domum Angelae Monleoni, mulieris Savonensis, satis divitis, sed prole carentis. Haec, suo coniugi chronico morbo laboranti assistens, curisque domesticis incumbens sollicito et anxio amore, validam et studiosam adiutricem habuit Benedictam, quam sibi acceptissimam in locum filiae etiam adscivit. Septem post annos Dei Famula, quum claustrum ingredi optaret ac peteret, a praeside cuiusdam monasterii Savonensis repulsam tulit ob defectum dotis. Licet enim hanc dotem meruisset ob praestitum famulatum et amorem quasi filialem, domina Angela, nolens ab ea separari, quam suorum bonorum heredem vocare promiserat, si domi maneret, hac spe destituta, necessarium et opportunum subsidium ad statum religiosum amplectendum eidem recusavit. Attamen Benedicta, haud obstante hac duplici repulsa, quae eius vocationem in discrimine ponebat, firma et invicta in proposito mansit et divinae Providentiae se totam commendavit et tradidit. Neque vero abfuit puellae roganti et fidenti eiusdem Providentiae interventus. Nam, certior factus Episcopus Savonensis De Mari de bona voluntate Benedictae, quam satis idoneam existimabat ad puellas congregandas pieque instituendas, illam, in aetate viginti sex annorum, ad hoc opus destinavit, dummodo quasdam socias eiusdem spiritus elegisset. Iam paratae erant tres foeminae electione dignae: Paulina Baria et duae sorores Angela et Dominica Pescio; cum his Dei Famula, probante et iuvante Episcopo, fundamenta iecit primamque sedem posuit sui sodalitii in domuncula benefactorum ope conducta cum paupere et exigua supellectili et cultu vitae tenuissimo. Omnes quatuor ad magisterium addictae scholam aperuerunt duplicem, unam nempe pro egenis puellis, alteram pro iis quae aliquam retributionem solverent. Ita exortum est Institutum Filiarum a Misericordia, anno 1837, mense augusto, die decima, inelyto martyri Laurentio sacra. Nascentis famuiae religiosae et scholarum regimini praeposita fuit Angela Pescio, utpote aetate maior; Dei Famulae munia demandata vicariae, oeconomae et tyronum magistrae. Vertente anno 1839 omnes et singulae religiosa vota nuncupant, et anno sequenti, aucto sodalium numero usque ad undecim, novae electiones peractae sunt in quibus soror Benedicta antistitae officium suscipere debuit, quod unanimi suffragio pluries renovato, licet animo reluctans, sed virtute obtemperans, per quadra-

ginta annos usque ad obitum rite ac recte sustinuit. Interim per legatum ab Episcopo De Mari vita functo relictum, divina Providentia novam et ampliorem domum, antiquae contiguam, crescenti Instituto comparat, regio decreto die 15 iunii anno 1841 iuridice recognitam. In atrio novae domus Dei Famula posuit simulacrum Beatae Mariae Virginis a Misericordia, eiusque castissimi sponsi S. Ioseph suamque effigiem genuflexam et tradentem claves caelesti patrono et virginum custodi in tutelam et prosperitatem domus et Instituti. - usi olite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis incrementum. Constanter agite; duce et magistra Benedicta, amodo in religione Maria Iosepha, saepius exhortante: « Mens ad Deum, manus ad laborem ». - Novus autem Episcopus Savonensis Alexander Eiccardi, qui anno 1845 Instituto dederat Eegulas et novis sodalibus habitum religiosum, domum clericorum seu parvum Seminarium adolescentibus in sortem Domini vocatis instituendis erexit. Ancilla Dei consilio et opere hoc Seminarium episcopale, quantum potuit, adiuvit etiam cum ingressu in ipsum quorumdam ex clericis quos eadem alebat in utilitatem sui Instituti et Savonensis dioecesis. Neque parvum auxilium praebuit alteri operi redemptionis puellarum nigritarum quas pii sacerdotes Olivieri et Verri in africanis oris quaerebant et pretio redimebant, quasque Maria Iosepha in domo religiosa colligere, nutrire et christiana institutione imbuere satagebat. In regendo Instituto maxime sollicita erat de solida vocatione alumnarum Deo serviendi, qua probata, eas etsi pauperes et dote carentes, memor adhuc antiquae repulsae quae sibi contigerat, libenter recipiebat, et receptas in sancta religione conservabat sub legum observantia, ipsa praeeunte prudentia, caritate et exemplo. Sororibus infirmitate affectis Samaritani evangelici curas exhibebat suasque filias ad haec officia ita excitabat, dicens: Sorores infirmas habendas esse uti solidas columnas, quae patientia, aegritudine, oratione cum amore Dei et proximi propriam domum sustentant atque Institutum religiosum, caelestia dona a Patre misericordiarum et Deo totius consolationis impetrando et obtinendo. Institutum a Misericordia eiusque Sorores et opera pulchra et varia progressu temporis amplissimos edidit atque attulit fructus tam religiosae quam civili societati. Sub anno 1921 enumerabat sorores 2830, domos 189, quarum 125 in Italia, 60 in Republica Argentina et 4 in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis. Spiritualis et corporalis misericordiae actus atque apostolicum zelum sodales impendunt in asylis infantiae, in scholis inferioribus et superioribus, in valetudinariis, in orphanotrophia et in recessibus poenitentiae; omnesque suas vires hauserunt et hauriunt, suffragante Deipara Virgine misericordiae matre, cum eius castissimo sponso. Ioseph, a patente et perenni

fonte divino Corde Iesu cum promissione et spe aeternae retributionis et beatitatis. Tandem soror Maria Iosepha^ tertiana fidelis et discipula sancti patris Francisci ac mater primaria et exemplar Filiarum Misericordiae, iam septuagenaria, labore et aegritudine fracta ac vetusto cardiaco morbo affecta, Sacramentis Ecclesiae recreata, sodalibus aliisque adstantibus supremum vale dicens, ope ac protectione sanctae Familiae Nazarenae, spiritum placidissime Deo reddidit die septima decembris anno 1880. Vix de obitu Servae Dei rumor civitatem pervasit, magnus populi concursus ad asceterium factus est, ubi quatuor dies corpus mansit expositum ut desiderio et pietati fidelium satisfieret. Solemnia funebria primum in templo sororum, postridie in ecclesia parochiali S. Ioannis Baptistae et post mensem iterum in templo sororum praesente Episcopo, clero ac populo civitatis Savonensis persoluta sunt. Exuviae in publicum coemeterium delatae ac sepultae, deinceps ipsarum Sororum studio et cura Savonam translatae in viridario religiosae domus sub aediculam cypressibus circumscriptam in marmorea urna compositae in pace Christi quiescunt. Interim sanctitatis et virtutum fama quam Dei Famula in vita adepta fuerat, post eius obitum magis in dies firma et clara, assertis quoque signis et prodigiis diffundebatur, ut super ea Processus auctoritate ordinaria, in ecclesiastica Curia Savonensi institutus sit; eoque absoluto et Romam ad Sacram Rituum Congregationem transmisso, omnia parata sunt iuxta ordinem iuris, et, revisione scriptorum ipsius Servae Dei rite peracta, decretum est nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur. Quare, instante R. P. Antonio Maria Santarelli, Ordinis Fratrum Minorum et huius Causae postulatore constituto, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Capitulorum, et Ordinum Rehgiosorum, auctoritatum civilium et municipalium Varazzensium et Savonensium, una cum universo Instituto Filiarum Nostrae Dominae a Misericordia, Emus et^ Rmus Cardinalis Raphaël Scapinelli di Léguigno, eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum, de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 15 iulii 1924.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum

relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ra um habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Iosephae Rossello, e Tertio Ordine S. Francisci, Fundatricis Filiarum a Misericordia. Die 23 iulii 1924.

A. **C**ARD. **V**ICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le iscrizioni per la pratica del diritto presso lo *Studio* della Sacra Congregazione del Concilio, si chiuderanno il 10 novembre prossimo e che il 18 successivo se ne inizierà il corso.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, in data 22 luglio 1924, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato annoverare l'Emo Sig. Card. Evaristo Lucidi, fra i Porporati componenti la *S. C. dei Religiosi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

18	*agosto*	*1923.*	Monsig. Francesco Fisher Nevin, dell'archid. di Filadelfia.
19	»	*1924.*	Monsig. Giuseppe Feiten, dell'archidiocesi di Colonia.
»	»	»	Monsig. Rocco Pellettieri, della diocesi di Marsico e Potenza.
23	»		Monsig. Agostino Rousset, della diocesi di Susa.
26	»		Monsig. Andrea A. Olaizola, della diocesi di Santa Fé.
»		»	Monsig. Giuseppe Rosenberg, della diocesi di Paderborn.
»	»	»	Monsig. Giovanni Linneborn, della medesima diocesi.
2	*settembre*	»	Monsig. Giovanni Zagórski, della dioc. di Luceoria e Zitomir.
3	»	»	Monsig. Paolo Birroni, dell'archidiocesi di Milano.
5	»	»	Monsig. Paolo Luigi Fages, della diocesi di Guadalupa.

Prelati Domestici di S. S.:

7	*agosto*	*1924.*	Monsig. Giovanni Giuseppe Murray, dell'archid. di Baltimora.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Luigi Cunnane, della medesima archid.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Cassidy, della medesima archidiocesi.
13	»		Monsig. Andrea B. Meehan, della dioc. di Rochester (S. U. A.)
»	»	»	Monsig. Giovanni Francesco O'Hern, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Michele I. Nolan, della medesima diocesi.
16	»	»	Monsig. Maurizio Me Auliffe, della diocesi di Hartford.
23	»	»	Monsig. Adamo Langhauser, della diocesi di Spira.
26		»	Monsig. Cristiano Bartels, della diocesi di Paderborn.
»			Monsig. Bernardo Bartmann, della medesima diocesi.
»	»		Monsig. Bernardo Rasche, della medesima diocesi.
4	*settembre*	»	Monsig. Giovanni Nogara, della diocesi di Molfetta.
5	»	»	Monsig. Paolo Boyer, della diocesi di Guadalupa.
6	»	»	Monsig. Ludovico Kirschbaum, dell'archidiocesi di Colocsa.

6 settembre 1924. Monsig. Giovanni Battista Filippucei, del vicariato apostolico di Costantinopoli.
16 » » Monsig. Francesco Eomaisz, della diocesi di Cinque Chiese.
» » » Monsig. Mattia Slavic, della diocesi di Lubiana.
17 » » Monsig. Gaetano Malchiodi (Eoma).
22 » » Monsig. Ettore Castelli, della diocesi di Fano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:

30 agosto 1924. Al sig. Guglielmo Dreesmann (Olanda).

La Commenda dell'Ordine Piano:

2 settembre 1924. Al sig. Edgardo Bonnet (Egitto).

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

18 agosto 1923. Al sig. dott. Ernesto Laplace, dell'archidiocesi di Filadelfia.
14 marzo 1924. Al sig. Edoardo Zurstrasse, della diocesi di Liegi.
21 agosto » Al sig. Don Romano Paz, Ministro de Relaciones y Culto in Bolivia.
30 » » Al sig. prof. Emmanuele de Oliveira Lima, dell'archidiocesi di Baltimora.
1 settembre » Al sig. Ferdinando Paleari, dell'archidiocesi di Milano.
2 » » Al sig. conte Carlo de Serionne (Egitto).
4 » » Al sig. Adolfo Hardy, dell'archidiocesi di Malines.
5 » » Al sig. dott. Nicola Giovanni Lorenzo Brantjes, del vicariato apostolico di Curaçao.
19 » » Al sig. Paolo Daher (Marsiglia).

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

11 giugno 1924. Al sig. Federico Vlöebergh, dell'archidiocesi di Malines.
18 agosto » Al sig. Filippo Maria Beccari, dell'archidiocesi di New York.
23 » » Al sig. Guglielmo P. Mac Phee, della' diocesi di Denver.
» » » Al sig. Taddeo Mac Donald, della diocesi di Wichita.
» » » Al sig. archit. Francesco Kirchhof, della diocesi di Denver.
» » » Al sig. avv. Giovanni H. Heddin, della medesima diocesi.
2 settembre » Al sig. barone Luigi de Benoist (Egitto).
» » » Al sig. prof. Giulio Barberi, dell'archidiocesi di Bologna.
6 » » Al sig. Cesare Marchesi (Roma).
» » » Al sig. Salvatore Calcagnini (Roma).
» » » Al sig. Claudio de Riálp y Navinés, della dioc. di Barcellona.
13 » » Al sig. dott. Eugenio Courbis, della diocesi di Valence.-
» » » Al sig. dott. Giovanni Hoyois, dell'archidiocesi di Malines.
16 » » Al sig. Giuseppe Teodori, della diocesi di Viterbo,

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

21 agosto 1924. Al sig. cap. Salvatore Busacca (Smirne).

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

16 agosto 1924. Monsig. Guglielmo Enrico Flynn, della diocesi di Hartford.
23 » » Monsig. Giuseppe Piccirilli, della diocesi di Sora.
25 » » Monsig. Pietro Waékiewicz, della diocesi di Vladislavia.
27 » » Monsig. Antonio Magini, della diocesi di Fano.
30 » » Monsig. Ludovico Zajaczkowski, della diocesi di Kamieniec.
» » » Monsig. Riccardo Bohusz-Szyszko, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Bossle, della diocesi di Spira.
» » » Monsig. Alfonso Lattanzi, della diocesi di Alatri.
2 settembre » Monsig. Guglielmo Liese, della diocesi di Paderborn.
» » » Monsig. Guglielmo Peters, della medesima diocesi.
10 » » Monsig. Giovanni Delaney, della diocesi di Kildare e Leighlin.
13 » » Monsig. Tommaso Zavattaro, della diocesi di Casale Monferrato.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

5 settembre 1924. Monsig. Guglielmo Otten, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Giovanni Schündelen, della medesima archidiocesi.
13 » » Monsig. Ambrogio Arrigoni, dell'archidiocesi di Milano.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

25 agosto 1924. Il sig. Mario Vacchini (Roma).
5 settembre » Il sig. cav. Carlo Carletti (Roma).

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

14 febbraio 1922. Monsig. Bernardo De Felicis (Roma).
13 settembre 1924. Monsig. Giuseppe Franzone, della diocesi di Caserta.

NECROLOGIO

2 giugno 1924. Monsig. Ferdinando de Schlör, Vesc. di Würzburg.
2 settembre » Monsig. Natale Serafino, Vesc. tit. di Trícala.
18 » » Monsig. Matteo Vìdo, Arciv. di Naxos, Andros, Tine e Micone.
19 » » Monsig. Antonio Augusto Intrecciargli, Arciv. di Monreale.

Anijius XVI - Vol. XVI 5 Novembris 192á Num. U

ACTA APOSTOLIGAEIEDÌ

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PBOPBIO

DE PECULIARI LITTERARUM LATINARUM SCHOLA IN ATHENAEO GREGORIANO CONSTITUENDA.

PIUS PP. XI

Latinarum litterarum quae quantaque sit dignitas ac praestantia, nulli obscurum putamus, qui antiqua earum monunumenta non ignoret atque in humanitatis optimarumque artium studiis aliquem sensum habeat. Eomani enim scriptores - quos perperam dixeris, exscribendo imitando que, meros Graecorum pedisequos fuisse, cum horum, contra, sapientiam atque inventa ad patrium accommodaverint ingenium suaque ipsorum industria elaboraverint - tali commentaria et volumina sua rerum sententiarumque gravitate ornavere, eamque in amplo apteque composito verborum circuitu praeferunt maiestatem cum concinnitate elegantiaque coniunctam, ut latinam linguam, quae, in omnes gentes pervagatissima, Imperii universitati servierat, Eomanus Pontificatus delegent habueritque dignam, qua tamquam magnifica caelestis doctrinae sanctissimarumque legum veste uteretur. Nec facile quisquam infitiabitur, complures e Patribus, Doctoribus et christianae fidei defensoribus latine ita scripsisse, ut optimis ethnicorum non multum vi ac venustate orationis

cedere videantur, idque praeterea Ecclesiae esse honori tribuendum, quod non modo vetustissimos latinos codices iniuriae temporis eripuit incolumesque posteritati servavit, sed etiam quod, hac latinitatis laude si qui saeculorum decursu floruerunt, ii plerumque aut in utroque clero numerabantur aut Urbis plausum ac praemia assecuti sunt. E qua quidem operosae artis quasi palaestra alium percipi licere fructum, eundemque sane laetissimum, est apud intellegentes communiter receptum: scilicet, quo plus studii laborisque in latinas insumitur litteras, eo maiorem inde efficientiam aptioremque verborum structuram ad usum patrii sermonis traduci. Quo in genere memoriae proditum est, Iacobum Bossuet et Paulum Segneri, qui inter oratores suae quisque gentis principem locum obtinent, solitos fuisse dicere, si quid dignitatis ac virtutis in suis orationibus esset, id se in primis Marci Tullii studio acceptum referre.

Cum igitur non tam humani civilisque cultus quam religionis ipsius Ecclesiaeque catholicae interesset, latini sermonis plenissimam in clero scientiam provehi ac propagari, eandemque non praeceptis et arte circumscriptam, sed etiam ad usum exercitationemque polite ornateque scribendi translatam, nihil mirum si decessores Nostri, nunquam, pro rerum temporumque condicione, sibi temperaverunt, quin latinitatis rationibus prospicerent: quod eo studiosius egerunt, quo deteriorem in statum latinae litterae decidissent. Quem quidem suum purioris latinitatis amorem iidem Romani Pontifices vel hoc ipso ostendere visi sunt, quod, quotiescumque sibi licuit - atque non uni quidem eorum licuit - adiutoribus usi sunt latinae scriptionis haud mediocriter peritis. Commemorare autem vix refert, cum in re versemur notissima, quam impense imm. mem. decessor Noster Leo XIII litterarum disciplinam, praesertim latinarum, in clericis provehere studuerit. Ad Nos vero quod attinet, quae hac in re esset mens Nostra, haud semel - datis videlicet Epistolis Apostolicis *Officiorum omnium* et *Unigenitus Dei Filius,* altera die i mensis augusti anno **MDCCCCXXII**, altera xix mensis martii hoc anno - aperte significavimus: sive enim de Seminariis et de

studiis clericorum promovendis, sive de alumnis Ordinum regularium aliarumque Sodalitatum religiosarum rite instituendis loquebantur, non tam peremptorium, ut aiunt, Codicis praescriptum invocavimus, quam, addita argumentorum copia, velle Nos diximus, praecipuaque quadam voluntate, ut linguam latinam uterque clerus haberet scientia et usu perceptam. Qua in re etsi non dubitamus quin adfutura Nobis sit moderatorum diligentia, in quos cura et periculum recidit aptae suorum institutionis, in spem sacri ordinis succrescentium, nullum tamen non experiri consilium volumus, ut laus illa, quae antehac in utroque clero eluxit, perfectioris latinitatis, ne omnino depereat, immo etiam, quoad fieri poterit, feliciter augescat. Consentaneum enim est, ut Eomanae Curiae, Cancellariis episcopalibus, religiosis Sodalitatibus adiutores seu officiales non desint, qui in decretis sententiisque conficiendis, in epistolarum, quod vocant, commercio, tam decore latinum tractent sermonem, ut eorum scripta Ecclesiam, optimarum artium altricem, nullo pacto dedeceant.

Itaque haec, quae sequuntur, Motu proprio, apostolica Nostra auctoritate decernimus:

I. Apud Athenaeum Gregorianum, Societati Iesu iterum centesimo ante anno ab Apostolica Sede concreditum, a proximo mense peculiaris esto Schola litteris latinis tradendis.

II. Quemcumque Societatis vel Athenaei moderatores ad tale munus, de Nostro consensu, delegerint, is sibi religiose proponat, ut auditores, seu praestantissimorum latinitatis exemplarium commentatione, seu crebris latine scribendi exercitationibus, ad exquisitiorem orationis formam excolat atque evehat.

III. Eiusmodi litterarum latinarum curriculum, in praesens atque interim, biennio contineatur. Auditoribus, qui, post completum biennium, se, periculo facto, delectis iudicibus probaverint, testimonium, seu diploma, curriculi egregie peracti tradatur. Quod quidem testimonium, seu diploma, quicumque impetrarint, iidem in certaminibus ad quaevis officia apud Sacras Congregationes, Curias dioecesanas et Seminariorum ludos consequenda propositis, ceteris paribus, praeferantur.

IY. Qui, dato post biennium latinae scriptionis experimento, non modo reliquis condiscipulis praestiterit, sed iudicibus peculiari dignus praemio communiter visus erit, eundem nomismate aureo donabimus.

V. Schola^ omnibus pateat, ne laicis quidem hominibus exceptis. Eandem celebrari cupimus ab iis etiam Seminariorum religiosarumque Sodalitatum alumnis, qui aut domi aut apud alia Athenaea docentur, immo - quod certe emolumento vacuum non foret - vel a sacerdotibus iunioribus, qui Eomanae Curiae operam suam navant. Episcopi autem Italiae atque exterarum gentium rem dioecesibus suis utilissimam Nobisque pergratam facturi sunt, si quos habent clericos heic disciplinis sacris imbuendos, eorum aliquem, prae ceteris ad latinitatis studia propensum, Scholam propediem aperiendam frequentare iusserint.

Quae quidem supra constituimus, ea rata firmaque sunto, contrariis quibuslibet non obstantibus. Interea, Dei praesidio in primis, praetereaque operae dilectorum filiorum Praepositi Generalis Societatis Iesu et Athenaei Gregoriani moderatorum, quorum erga Nos pietas atque observantia est Nobis exploratissima et probata alias haud semel voluntas rerumque agendarum sollertia, ut res ita bene vertat quemadmodum velimus, vehementer confidimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MABIANNENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS DIOECESIS DE ((JUIZ DE FORA»

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad sacrosancti apostolatus officium Nobis, divina dispositione, commissum, pertinere dignoscimus dioeceses per orbem dividere et erigere, prout Cbristi fidelium utilitas atque temporum et locorum circumstantiae requirunt.

' Mariannensis archidioecesis, etsi in plures Ecclesias iam fuerit sapienti consilio divisa, adhuc tamen latissime patet, ita ut eius Praesul vix possit, intra canonicum tempus, eam ex toto visitare. Quapropter venerabilis frater Helvetius Gomez de Oliveira, hodiernus Mariannensis Archiepiscopus, a Nobis suppliciter petiit ut suam, dioecesim dividere velimus aliamque in civitate *Juiz de Fora* erigere: eiusque preces enixe hodiernus Apostolicus Nuntius in Brasiliana Eepublica commendavit.

Nos autem ad salutem spiritualem fidelium facilius obtinendam, supplicum vota benigne excipere statuimus, eo magis, quia in urbe *Juiz de Fora* plures iam adsunt religiosa Instituta, hospitalia, orphanotrophia ibique commercia industriaeque florent.

Audito igitur venerabilium fratrum Nostrorum Sacrae Congregationis Consistorialis Cardinalium voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, facultate utentes in Apostolicis sub plumbo Litteris *Ad universas orbis Ecclesias,* diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimo, nonagesimi secundi, Apostolicae Sedi reservata, novam dioecesim, de *Juiz de Fora* nuncupandam, Apostolica auctoritate erigimus, et ad illam sequentes parochias tribuimus, quas ab archidioecesi Mariannensi distrahimus, nimirum: *8. Antonio de Juiz de Fora, N. 8. da Gloria, 8. Anna da V argem Grande, 8. Anna do Deserto, 8. Anna de Pirapetinga, N. 8. da Assumpçâo de Chapeu d' Uvas, 8. Antonio da Otaria, 8. Antonio do Chiador, 8. Antonio de Aventureiro, 8. Antonio da Providencia,*

Bom Jesus do Bom Jardim, Bom Jesus do Bio Pardo, S. Barbara do Monte Verde, S. Barbara do Bio Novo, N. S. da Conceiçâo de Ibitipoca, N. S. da Conceiçâo do Formoso, N^>. da Conceiçâo do Rio Novo, N. S. das Dores de Tam Assu, N. S. das Dores de Parahybuna, N. S. das Dores da Unido, N. S. das Dores de Lima Duarte, Espirito Santo de Guararà, Espirito Santo de Piaú, S. Francisco de Paula, S. José de Bicas, S. Joâo Nepomuceno, S. José de Alem Parahyba, S. José de Bio Preto, S. Joâo da Serra, N. S. do Libramento da Ayuruoca, N. S. do Livramento de Sarandy, 8. Miguel de Palmyra, Madre de Deus de Angustura, N. S. das Merces de Mar de Hespanha, N. S. do Porto do Turvo, Bom Jesus dos Passos do Rio Preto, S. Pedro de Alcantara (olim *Simâo Pereira), N. S. do Rosario da Bocaina, S. Rita de Ibitipoca, S. Rita de Jacutinga, N. S. do Rosario de Juiz de Fora, S. Sébastiâo do Barreado, S. Sebastiâo da Estrella, S. Sebastiâo da Chácara, SS. Trindade do Descoberto.*

Huius novae dioeceseos fines igitur iidem erunt ac fines parochiarum quibus ipsa constituta est.

Dioeceseos autem sedem atque cathedram constituimus in Jurbe vulgo *Juiz de Fora,* a qua dioecesis nomen mutuatur, eamque idcirco ad civitatis episcopalis fastigium evehimus; ecclesiam ibidem exstantem, Sancto Antonio Patavino dicatam, ad Cathedralis statum et dignitatem pariter evehimus et extollimus, simulque ipsi et eius pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina iure communi, vel legitima consuetudine, pollent ac fruuntur.

Ipsam Cathedralem Ecclesiam suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Mariannensis, eiusque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi Mariannensis subiicimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi huius dioeceseos dismembrationem quoties opportuna videatur.

Quum autem tempora adiuncta prohibeant, quominus in praesenti in hac dioecesi Capitulum Canonicorum instituatur, iubemus ut, loco Canonicorum, dioecesani Consultores ad normam canonis 423 et sequentium Codicis iuris canonici eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium dioecesanum, iuxta eiusdem Codicis dispositiones et regulas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, erigatur: itemque mandamus ut, dioeceseos sumptibus, duo delecti iuvenes, aut saltem unus in praesenti, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur. Quod autem attinet ad huius Ecclesiae administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium

iura et onera, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod vero* ad clerum in particulari spectat, statuimus n t, statim, ac dioeceseos erectio facta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio legitime exstant. Mariannensis Ordinarii erit omnia documenta et acta novam Ecclesiam respicientia ipsius Cancellariae tradere ut in eius archivo serventur. Episcopalem autem mensam constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter ea quae iam ad hoc collecta sunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere, aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Nostrum Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem et in Brasiliana Eepublica Apostolicum Nuntium eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate, vel oppositione, imposito eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a data praesentium computandos, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi?

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Eomae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die prima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno secundo.

PETRUS CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

gß C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *S. G. Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi Cagiiesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco gg Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. 19.

II

. GOYASENSIS

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS PRAELATURAE « NULLIUS » SANCTI IOSEPHI DE « ALTO TO C ANTINS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad muniis pastorale Nobis commissum ab aeterno Pastorum Principe spectat dioeceses peramplas dividere et illas Praesulibus donare, qui bonum spirituale Christi fidelium magis magisque curent.

Goyasensis dioecesis, quae dimidiam partem civilis Status vulgo *Goyaz* complectitur, adeo ampla est ut ab uno Antistite rite gubernari nequeat, cum latius pateat quam tercenta kilométra quadrata. Quare, matura deliberatione, venerabilis frater Praesul illius dioecesis, collatis cum Apostolico Nuntio consiliis, Nobis suppliciter petiit, ut in huius dioeceseos septentrionali regione Praelaturam *Nullius* erigeremus, quae modo tresdecim parochias, ab eadem dioecesi Goyasensi distrahendas, complecteretur.

Quare Nos, cui salus spiritualis Christi fidelium suprema lex est, oblatas preces excipere non dubitavimus. De consulto igitur dilectorum filiorum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis Patrum et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, prae oculis quoque habentes quae in Apostolicis sub plumbo Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi Nobis et Sedi Apostolicae hac de reservantur, a dioecesi Goyasensi sequentes tresdecim parochias distrahimus, quas vocant: *Nossa Senhora da Conceiçâo de Crizâa, Nossa Senhora do Pilar, Nossa Senhora do Rosario de Flores, S. Sebastiâo do Forte, S. José do Tocantins, Nossa Senhora da Conceiçâo de Trahyras, S. Rosa, Nossa Senhora da Abbadia, Sant'Anna da Posse, Sant'Anna do Cavalcante, S. Domingo, S. Theodoro de Nova Roma, S. Antonio do Amaro Leite.* Intra quarum parochiarum fines praelaturam *Nullius S. Iosephi de Alto Tocantins* nuncupandam erigimus, donec ea in propriam ac distinctam dioecesim constituatur.

Sedem ac praelatitiam Ecclesiam huius praelaturae constituimus in urbe vulgo *8. Jose do Toeantins.* Cui sedi ac praelaturae Ecclesiae tribuimus omnia iura et privilegia, quibus coeterae sedes ac episcopales Ecclesiae in Brasiliana Republica iure communi gaudent ac fruuntur et Codicis iuris canonici statuta permittunt.

itemque in hac Ecclesia instituimus sedem ac dignitatem praelatitiam, ad instar episcopalis dignitatis, pro uno Praelato *Nullius* dioecesos, qui ipsi Ecclesiae ac Praelaturae praesit, cum iuribus, officiis, mensa, honoribus ac privilegiis, quibus Ecclesiarum Praesules in Brasiliis utuntur et gaudent: iis dumtaxat exceptis,, quae ex iure, vel ex peculiari indulto, ad Episcopos tantum, pertinent.

Ut vero constitutus Praelatus in assignato sibi territorio omnia munera sua explere possit, uti Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut charactere ac dignitate episcopali sit insignitus: ipsi igitur, una cum Praelatura, titularis Ecclesia episcopalis erit conferenda.

Quae autem in memoratis Apostolicis sub plumbo Litteris diei vigesimae septimae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi nonagesimi secundi hac de re disponuntur, religiose servanda iubemus iuxta Codi*eis iuris canonici et Concilii Plenarii Americae Latinae statuta. Itemque mandamus ut huius praelaturae dotationem constituant oblationes, subsidia et donationes quaecumque titulo gratuito ad hunc finem collata et conferenda.

Hanc denique ita erectam praelaturam *Nullius* archidioecesi Mariannensi, eiusque pro tempore Archiepiscopo, tamquam suffraganeam subiicimus.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Henricum Gasparri, Archiepiscopum titularem Sebastensem et in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, tribuentes ei necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem, infra sex menses a praesentium Litterarum receptione computandos, fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis buius Nostri mandati transmittendi.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quarto, die vigesima quinta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno tertio.

PETRUS **C**AED. GASPARRI, *a Secretis Status.*

© **C. C**ARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi.

Eeg. in Cane. Ap., vol. XXX, n. *20.*

EPISTOLA

AD EMUM **P.** D. FRANCISCUM S. R. E. DIACONUM SANCTI CAESAREI IN PALATIO CARD. EHRLE, AETATIS SUAE OCTOGESIMUM ANNUM; INGRESSURUM.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Vel si quis amplissimam, quam obtines, romanae purpurae dignitatem mente et cogitatione seiungat, tale est de doctrina tua, de tuis scriptis deque opera, quam Bibliothecae Vaticanae regundae dedisti, eruditorum atque intellegentium virorum iudicium, idque cum prolixiore erga te voluntate coniunctum, ut diem septimum decimum huius mensis, quo die octogesimum es aetatis tuae ingressurus annum, communiter celebrare studioseque cogitent. Quo in certamine animorum sane nonestissimo ii ceteris praestant - nec pauci sunt ex ipsis acatholicis - quos, cum litterarum monumenta in ea Bibliotheca pervestigarent, consilii scientiaeque tuae luminibus mirifice adiuvare consuevisses. Quibus quidem ex viris cum satis multi, ad te per hanc octogesimi natalis faustitatem honestandum, consilium iniissent, ut aliquam lucubrationem, Nobis auspicibus qui tibi olim in praefectura Bibliothecae suceessimus, exararent singuli, coniunctim cum reliquis eiusmodi scriptis divulgandam, non modo consilium probavimus, sed etiam varios illos commentarios ad Nos allatos, exquisitaque refertos doctrina, in quinque digerì ordinarique volumina et typis edi iussimus. Erat quidem Nobis in optatis, si aliquantulum otii

perfunctio apostolici muneris reliquisset, pro ea quae in Nobis inesset haud dissimilibus ex studiis facultate, aliquid eiusmodi scriptis, ut hodie moris est, quasi praef ari. Verum, cum ad hanc rem nihil habuerimus vacui temporis, restat ut paterno hoc publicoque Litterarum officio in partem laetitiae tuae gratulabundi veniamus. Laetitiae tuae, inquimus: nam quid vetet, ne iucundo animo in praeteritum vitae spatium respicias, quo vertente, cum in quaerenda Dei gloria, tum in disciplinis historiae litterarumque colendis desudavistf? Aut quare ipse non gaudeas - quod Nosmet gaudemus - ad summam te senectutem pervenisse, eundemque tam bene valentem ac vegetum, ut in studia ob veterem consuetudinem pergrata insistere etiamnunc tibi liceat? Certe tam diuturnum vitae curriculum ita, Deo dante, emensus es, ut nec actuosius videaris nec utilius emetiri potuisse. Nam, ut de tempore sileamus in iuvenes instituendos et in procurandam animarum salutem insumpto, cum, paulo post initum a te sacerdotium, moderatores Societatis Iesu te, ob aequam ingenii tui aestimationem, delegissent, qui adiutricem operam ephemeridi « Stimmen aus Maria Laach » seu, mutato postea eius nomine, « Stimmen der Zeit » scribendo tribueres, non modo religiose sapienterque officio satisfecisti, sed etiam, tum et deinceps, tabulariis late per Europam non uno perlustratis itinere, eam collegisti materiam copiamque rerum, unde ponderosos, quos identidem edidisti aut editurus adhuc es, libros ac commentarios, subtili temperatione ac tractatione, conficeres. Quo in genere cuinam ex viris historicarum disciplinarum studiosis atque existimatoribus nota probatave non sint, praeter gravia quaedam rerum Ecclesiae gestarum capita seorsum carptimque perscripta, aut « Archivum pro litterarum Ecclesiaeque mediae aetatis historia », quod, a te atque a cl. mem. religioso viro H. Denifle edi coeptum, plurimis gravissimisque scriptis ornasti, aut ampliora illa tua de philosophia ac de theologia Scholastica, et de Bibliotheca deque Aedibus Pontificalibus tam Avenionensibus quam Vaticanis volumina[1]? Verumtamen inter tot egregie facta maxime elucet atque est pervulgatissima peritia illa actioque assidua, quam, in locum Isidori Carinii necopinato demortui a fel. rec. decessore Nostro Leone XIII suffectus, ad Bibliothecam aptius ordinandam provehendamque contulisti. Eem leviter attingimus, quam longius commemorari oporteret. Bibliothecae enim praefectus, omnia gradatim commoda atque adiumenta suppeditare aggressus es, quae studiosorum laboribus magis prodesse viderentur. Nec quisquam iucunde non didicit, Bomani Pontificis providentia, tua :autem opera, Vaticanos codices, quibus ex fortuito incendio nonnihil visum esset impendere discriminis, tutiorem in locum abductos; aulam

maximam, multa luce claram, continentibus undique eruditis hominibus patere;^fesce ipsis in promptu esse, ex nova, quam induxeras, disciplina, non tam codicum indices, a Bibliothecae scriptoribus, impulsu ductuque tuo, confectos, quam codices ipsos, praetereaque ad unum omnes e proximis aulis libros editos; numerum denique dierum horarumque Bibliothecae adeundae provide auctum congruenter studiosorum necessitatibus atque optatis. Norunt autem omnes, ad locupletandum codicum thesaurum, saluberrimo te consilio effecisse, ut, munificentia Pontificis, Burghesiani et Barberiniani codices Vaticanis accederent et adiungerentur; ad incolumem vero eundem servandum, temet Institutum codicibus ab tabe interituque vindicandis condidisse feliciter. Quodsi talibus distento negotiis et occupationibus, quos scribere coeperas libros, perficere eos tibi non licuit, at tamen, praeterquam quod, te auctore, eiusdem Bibliothecae scriptores bene multa in lucem prodidere litterarum rerumque gestarum monumenta, ipsemet praeterea antiquas Urbis descriptiones edendas et complura maximi momenti manu scripta phototypice, ut aiunt, reddenda sollerter curavisti. Cum autem Praefecti munus, venia tandem, quam iterato poposceras, impetrata, decimo ante anno dimisisses, otio tibi dato usus es, ut te ad gratissima studia denuo liberum referres et opera iam pridem inchoata compleres atque absolveres: quod, ceteroqui, te minime prohibuit, quominus eodem tempore Instituti Biblici alumnis praecepta usumque antiquas interpretandi litteras, seu palaeographiam, quam vocant, traderes et enucleares. Quae quidem tua tam praeclara in Ecclesiam inque studia humanitatis et litterarum promerita ut proximus decessor Noster, cum sexagesimum ab inita religiosa vita annum expleres, epistula agnovit praeconii laudumque plena, ita eas, quibus communiter afficiebaris, honoris atque existimationis significationes Nosmet, te inter Purpuratos Patres adlegendo, cumulavimus: at multo prorsus maiora remunerator bonorum Deus est tibi aliquando, servo suo fideli, praemia delaturus. Sempiternam profecto eiusmodi beatitatem cupimus, producta tibi diutissime vita atque alacritate, differri et Ecclesiae causa, quae labores sibi tuos adhuc pollicetur, et causa Nostra, qui te mirifice diligimus atque amamus. Cuius interea benevolentiae Nostrae testem caelestiumque donorum conciliatricem, accipe apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die i mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

DE AGUASCALIENTES-DE GUADALAJAEA

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

.DECRETUM:

Iam ab anno **1914** Ignatius Valdespino, Episcopus de Aguascalientes, a Sancta Sede efflagitavit ut, quo consultius profectui cleri et gregis pro videret, duae paroeciae vulgo» nuncupatae de *Encarnación* et *Teocaltiche* a metropolitana Ecclesia de Guadalajara, cui subiacent, distraberentur et iurisdictioni parvae suae dioecesis adnecteretur; eo vel magis quod ipsae, ad portas civitatis episcopalis de Aguascalientes sitae, facilius ab eius Ordinario administrari possint. Quocirca Ssmus Dominus Noster Pius PP. XI, accedente consensu R. P. D. Francisci Orozco, Archiepiscopi de Guadalajara, et suffragantibus Illmo ac Revmo Dño Ernesto Filippi, Archiepiscopo Sardicensi, iam in Mexicana Republica Delegato Apostolico, et Revmo **Dno** Tito Crespi, qui modo eamdem Delegationem Apostolicam regit, suppletoque, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, hoc Consistoriali decreto praefatas paroecias de *Encamación* et *Teocaltiche,* prout anno **1914** erant, cum omnibus et singulis fidelibus ibi exsistentibus et commorantibus, cum clero et ecclesiis, inclusis etiam novis paroeciis vulgo *El Bajío, Michoacanejo* et *Belén* nuperrime intra fines ipsarum paroeciarum erectis, illaque tantum de S. Sebastiano seclusa, quae eidem archiepiscopali sedi de Guadalajara relinquitur et servatur, a praedicta archidioecesi de Guadalajara in perpetuum separat atque avellit et dioecesi de Aguascalientes coniungit et unit: quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dnus deputavit R. P. D. Iosephum Mora y del Rio, Archiepiscopum Mexicanum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad

effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen ei imposito ad hanc S. Congregationem Consistorialem, intra sex menses a data praesentium computandos, mittendi exemplar authenticum exsecutionis peractae.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 mensis martii anni 1924.

jjg C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonieen., *Adsessor.*

II '

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

16 octobris 1924. — Titulari episcopali Ecclesiae Samariensi praefecit R. P. D. Antonium Lippolis, hactenus Episcopum Uxentinum.

21 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Novariensi, R. P. D. Iosephum Castelli, hactenus Episcopum Comensem.

23 octobris — Titulari episcopali Ecclesiae Lycopolitanae, R. P. D. Ludovicum Antonium Castro, hactenus Episcopum S. Caroli de Ancud.

26 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Caroli de Ancud, R. P. D. Abrahamum Aguilera, hactenus Episcopum titularem Issensem.

28 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Thermularum, cum Ecclesia cathedrali Larinensi ad personam unitae, R. P. D. Odonem Bernacchia, Episcopum Larinensem, qui posthac Episcopus Thermularum et Larinensis appellabitur.

Praeterea decreto diei 13 iunii 1924 Ssmus Dnus Noster Pius PP. XI, R. P. D. Antonium Antunes, Episcopum titularem Rhithymnensem., in praesenti Auxiliarem R. P. D. Emmanuelis Al. Coelho a Silva, Episcopi Conimbricen., eiusdem Episcopi Coadiutorem, cum iure futurae successionis nominavit.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

i

DEOBETUM

DE NORMA SERVANDA CUM COETUS CATECHISTICI ALIIQUE PRO SCHOLIS DE RELIGIONE CONVENTUS INDICUNTUR.

Ad aptiores rationes comparandas atque «vulgandas, quibus Christi fideles universi, praesertim vero pueri atque adolescentes, christianam doctrinam melius ac facilius edoceantur, coetus catechisticos aliosque pro scholis de religione conventus, conferre plurimum nemo est qui non videat.

Quapropter praeclare faciunt atque peropportune, qui in eos coetus legitime parandos ac celebrandos incumbunt, eo spectantes, ut, collatis peritorum virorum consiliis, actio catechistica universa efficienter promoveatur.

Cum vero de re agatur, quae summam Ecclesiae requirat vigilantiam et curam, cumque ad haec praestanda peculiare Officium apud hanc S. Congregationem sit institutum, Emi Patres eiusdem S. Congregationis, in plenariis comitiis diei 12 aprilis currentis - anni, haec, quae sequuntur, servanda esse decreverunt:

I° Coetus catechistici aliique pro scholis de Religione conventus, tum nationales, tum provinciales, posthac ne habeantur, quin antea, una cum nuntio uniuscuiusque coetus, disceptandarum in eo rerum libellus seu exemplar huic S. Congregationi tempestive exhibeatur.

2° Decet quam maxime ac sane optandum, ut etiam in coetibus dioecesanis convocandis, eadem norma, quae supra dicta est, servetur.

Haec omnia, in audientia diei 16 eiusdem mensis infrascripto Secretario concessa, Ssmus D. N". Pius PP. XI dignatus est approbare, eademque per hoc decretum publici iuris fieri mandavit.

D. CARD. SBARRETTI, *Praefectus.*

L. © S.

f Iulius, Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

II

NICOSIEN.

OPTIONIS ET ELECTIONIS CANONICORUM

9 iunii 1923

SPECIES FACTI. — In cathedrali ecclesia S. Nicolai, dioecesis Mcosiensis, collatio beneficiorum canonicalium fit per gradatam optionem et per electionem alternatim factam ab Episcopo et a Capitulo, exceptis dignitate archipresbyterali et canonicatibus theologali et poenitentiario. Quae praxis nititur praesertim bulla Pii VII *Superaddita* diei **.17** martii **1816,** qua ecclesia S. Nicolai, iam collegiata, erecta fuit in cathedralem.

Verum, cum in Codice, can. **396 § 2,** prohibeatur optio, sive quoad dignitates sive quoad canonicatus (Pont. Comm., **14** nov. **1920**), reprobata contraria consuetudine, non obstante speciali indulto apostolico (Pont. Comm., **16** oct. **1919**), sed *salva fundationis lege;* et can. **403** statuatur ad Episcopum pertinere, « audito Capitulo, conferre omnia et singula beneficia ac canonicatus..., reprobata quavis contraria consuetudine et revocato quolibet contrario privilegio, sed *firma contraria fundationis lege* »; quaeritur: «An dicta bulla *Superaddita* haberi debeat uti lex fundationis pro Capitulo cathedrali Nicosiensi ad sensum cann. **396 § 2** et **403 ».**

VOTUM CONSULTORIS. — In re beneficiaria *fundare* est dare fundum seu dotem pro beneficio; hoc sensu Codex, cann. **1417, .1448, .147.1,** et analogice cann. **1489-1494,** loquitur de fundatoribus, de conditionibus in limine fundationis appositis, etc.; sed aliquando *fundare* beneficium, in usu canonico idem est ac constituere, erigere: sic, can. **1435 § 1,** n. **2,** reservantur beneficia *fundata* (idest, erecta) extra Romam, et Conc. Trid. (Sess. **25,** c. **V,** *de ref.)* vult ut serventur quae statuta sunt in « beneficiorum quorumcumque *erectione* seu *fundatione* ».

Consequenter etiam *lex fundationis, sensu stricto,* significat conditiones a fundatore seu dotatore legitime appositas; *sensu minus stricto* significat etiam statuta in actu erectionis condita ad tecta servanda vel compensanda iura quaesita tertii, ex. gr. potestatis civilis propter concordata vel alius personae ecclesiasticae, quae ex nova erectione patiatur damnum; *sensu lato* significat insuper concessiones gratiosas seu, prout vocabantur in reg. IX Cane, «privilegia in hmine erectionis concessa», quae privilegia maiorem firmitatem habent ac illa quae post erectionem completam conceduntur.

His declaratis, ut pateat solutio difficultatis ab Episcopo Nicosiensi propositae, inquirendum est: I°, *in facto:* quo sensu ius optionis et alternae electionis in casu censeri debeat niti lege fundationis? 2°, *in iure:* quo sensu intelligenda est clausula can. 396 § 2 et 403: *salva vel firma fundationis legef* Ad rem haec ponimus:

I° *Ius alternae electionis et praesertim optionis, de quo in casu nostro, nititur lege fundationis sensu lato accepta, seu privilegio apostolico concesso in limine erectionis.* Enimvero:

a) Ex bulla Leonis X diei ll*iunii 1521 ecclesia S-. Nicolai, iam paroecialis cum archipresbytero et decem cappellanis curatis, ad eius cleri instantiam, ut videtur, erigitur in collegiatam cum dignitatibus, canonicatibus et beneficiis simplicibus, quorum dotatio assignatur ex reditibus ipsius ecclesiae S. Nicolai, provisio vero statuitur facienda semper, per electionem Capituli et confirmationem Archiepiscopi Messanensis, ex clericis eiusdem paroeciae si idonei reperiantur.

Porro, hoc ius electionis Capitulo concessum, in primis, quid magnum et rarum videri non debet pro illo tempore quo longe potiora ac nostra aetate erant generatim iura canonicorum (Weinz, t. II, n. 780). Praeterea, species propriae dictae fundationis nullimode apparet: deest enim necessaria alteritas inter ecclesiam dotantem et ens dotatum; favor huic non illi conceditur; auctoritas erigens nec innuit quidem se moveri ad concessionem ex consideratione dotationis.

Opponi potest quod, dotatione facta ex massa communi, ipsa iuris dispositione oriebatur ex veteri disciplina (c. 25, X, III, 38) ius patronatus circa singula beneficia in favorem ecclesiae dotantis, quod ius, cum in casu ecclesia sit collegiata, exercetur a Capitulo. Ast etsi ius non necessariam declararet expressam fundatoris reservationem ad acquisitionem iuris patronatus, nullibi tamen concessit quod ad talem acquisitionem sufficeret dotatio facta ex massa communi quocumque modo: porro in casu nostro non intelligitur quomodo Capitulum vel ecclesia collegiata mereri possint ius electionis dotando semetipsa. Etiam advertendum, citatam iuris dispositionem valere de iure praesentandi, non vero -de iure eligendi, quod est valde diversum, ita ut doceant canonistae quod, si patronus patiatur ecclesiam patronatam fieri collegiatam, ius patronatus cessat, quia tunc non amplius praesentatio locum habet, sed electio (Eeiffenstuel, in 1. III, t. 38, n. 125). Ius igitur electionis Capitulo collegiato Nicosiensi concessum non fuit propter fundationem stricte dictam.

Sed neque ad tecta servanda vel compensanda iura tertii; nam quisnam esse poterat hic tertius cuius iura pessumdarentur? Ex actis non apparet. Aequum quidem erat ut archipresbyter et cappellani actuales

üerent canonici; etiam ad dispositionem qua promovendi assumendi erant ex clericis paroeciae Pontifex moveri potuit ex rationibus aequitatis, nempe qua bona ecclesiae S. Mcolai supponere poterat acquisita ex paroecianorum oblationibus; ast quoad ius electionis idem dici non potest et nihil aliud remanet nisi ut teneamus Pontificem ex mera benevolentia concessisse Capitulo privilegium quod tunc temporis multa alia Capitula habebant, quo imo et maiora habebant (cf. ex. gr. 1. 31, X, I, 6 et causas citatas apud *Monitore eccl.,* an. 1904, p. 442-443).

b) Vi Bullae Pii VII *Superaddita,* diei 17 martii 1816, ecclesia collegiata S. Nicolai, postulante rege Ferdinando I, cui conceditur ius praesentandi Episcopum, erigitur in cathedralem, Capitulum numero augetur, dotatio item desumitur ex reditibus ipsius ecclesiae, relinquitur Capitulo ius eligendi sed alternatim cum Episcopo, admittitur tamen ius optionis, excepta dignitate archipresbyterali et canonicatibus theologali et poenitentiario conferendis ab Episcopo praevio concursu (ibidem, p. 12, 14). De cetero confirmantur omnia quae antea Capitulo concessa fuerant.

Hac bulla igitur Capituli ius electionis valde imminuitur et reducitur fere ad tramitem iuris communis ex quo tunc electio canonicorum competebat simultanee Episcopo et Capitulo (Ferraris, *Bibl.,* v. *oanonieatus,* art. II, n. 1, 5; Wernz, t. II, n. 781); unde ex hoc capite loqui non vacat de concessione ex aliqua fundatione stricte dicta. Sed neque ius optionis tali titulo niti, patet ex eo quod etiam in hac bulla nulla species stricte dictae fundationis apparet, qua canonici ius illud mereantur. Praeterea, Pontifex *admittit* ius optionis, quod forsan acquisitum fuerat ex consuetudine, prout apud alia Capitula accidit (Wernz, 1. c., n. 780), vel ex privilegio apostolico, prout innuitur in eadem bulla p. 7 in fine. Hypothesis favorabilior canonicis est ut ius optionis ortum sit in compensationem limitationis factae circa ius electionis; sed hoc ius, ut vidimus, fuit ex privilegio concessum in limine erectionis; ergo etiam ius optionis non potest melioris huius esse naturae.

c) yi Bullae Pii IX *Ad amplificandum* 14 iulii 1847, Capitulo cathedrali S. Nicolai unitur Capitulum collegiale S. Mariae Maioris. Quoad canonicorum iura optionis et electionis nihil de novo disponitur, nisi quod haec iura, prout habentur in bulla *Superaddita,* extenduntur ad canonicos et beneficiarios addictos servitio ecclesiae S. Mariae (ib., p. 6). Quae in hac bulla difficultatem facere videantur sunt verba haec dumtaxat: « Quibus « praeiactis ... praestat omnino ut pristina iura, etiam *patronatus,* quibus « unumquodque illorum huc usque potiebatur in ipsummet cathedrale Capi- « tulum, simul iuncta conferantur », etc. Sed si contextus inspiciatur, clare

patet, ex mente Pontificis iura illa patronatus non esse nisi ius alternae electionis de quo in bulla *Superaddita,* quod, de cetero, acquisitum fuisse per gratiosam concessionem factam in limine erectionis Pontifex nequaquam denegat.

Ex hucusque dictis satis demonstratum videtur: ius electionis et praesertim optionis Capituli cathedralis Nicosiensis niti lege fundationis lato sensu accepta. Et hoc ex praefatis • documentis positive evincitur, ita ut aliorum documentorum existentia, quibus contrarium probari possit, supponi nequeat.

2° Sed difficultatem habemus in iure: can. 396 § 2 et 403 relinquunt ne firmam legem fundationis ***laie*** acceptam?

Affirmativa seni entia tenenda, cui videatur: *a)* ex eo quod a proprietate verborum non egreditur, et eum correctio iurium sit odiosa, applicanda videtur norma can. 6 n. 4 et 23; *b)* quia etiam Concilii Tridentini (Sess. 25, c. IX, *de raf).* amplae revocatione hac in re benignam interpretationem receperunt in favorem Capitulorum, uti docet De Luca *(Theatr. veril,, De benef.,* disc. 17, n. 9) citans resolutiones S. C. Concilii et decisiones Eotae; *c)* quia si voluisset revocare privilegia concessa in limine erectionis, legislator expresse dixisset, sicut fecit in reg. IX Cane; *d)* lex fundationis videtur quod sit idem ac *tabulae fundationis,* sed istae complectuntur descriptionem totius constitutionis instituti (can. 1490 § 1); ergo. Neque abs re erit advertere quod Codex cum vult significare solas conditiones a fundatore appositas, eas vocat *voluntatem* fundatoris, oblatoris (can. 420 § 2, 422 § 2, 493, 494 § 2, etc).

Negativam vero sententiam suadent rationes haud spernendae: *a)* usus verbi *fundatio* in sensu stricto est magis proprius et longe frequentior in materia beneficiaria; *b)* iuxta declarationem Pont. Comm., diei 16 oct. 1919, per can. 398 § 2 censetur revocatum *speciale* etiam indultum, et per can. 403 revocatur *quodlibet* contrarium privilegium concessum in limine erectionis; *c)* manifesta est in Codice intentio legislatoris restaurandi Ordinariorum ius liberae collationis in quantum., salva aequitate, fieri potest; conformiter ad hanc intentionem Episcopus non amplius exquirere debet consensum Capituli in collatione beneficiorum et canonicatuum (can. 403), ius patronatus non amplius acquiri potest (can. 1450 § 1), iam existens prudenter removeri debet (can. 1451 §1); d!) lex fundationis salva remanet *p er exceptionem,* exceptio autem stricte interpretanda est, eo magis quod Ordinarius circa collationem beneficiorum habet intentionem in iure fundatam (can. 1432 § 1).

Hisce itaque hinc inde libratis, videant Emi Patres, quid in casu respondendum sit.

RESOLUTIO. In plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitis, habitis die 9 iunii 1923 in Palatio Apostolico Vaticano, proposito dubio: *An post Codicem iuris canonici ius optionis et lectionis alternativae, sustineatur in casu,* Emi Patres responderi mandarunt: *Negative.*

Facta postmodum relatione SSmo **Dno** Nostro in audientia infrascripto S. Congregationis Subsecretario concessa, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruño, *Subsecretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i '

BELLICEN.

CANONIZATIONIS BEATI IOANNIS BAPTISTAE MARIAE VIANNEY, CONFESSORIS, PAROCHI VICI « ARS ».

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet, post indultam a Sede Apostolica eidem Beato venerationem, in casu et ad effectum, de quo agitur?

Quantum utilis et quantum fructuosa iure merito sit existimanda Beati Ioannis Baptistae Mariae Vianney Canonizationis causa, facile perspiciet planeque sibi suasum habebit qui parumper attendat eumdem Beatum Ioannem Baptistam Mariam, per integros sui sacerdotii annos, qui tres supra quadraginta adnumerantur, obscuri cuiusdam oppidi fuisse Parochum; eumque in hoc perarduo non minus quam universo christiano populo saluberrimo explendo munere adeo fidelem Dei administrum eiusque dispensatorem iugiter constanterque, ad pretiosum usque eiusdem obitum, mirifice sese probavisse, ut, ipsius Dei et hominum iudicio, in tantam venerit nominis celebritatem, quantam suspiciunt et admirantur omnes, et quantam ostendit aperteque significat insignis sane atque conspicuus progressus, quem, per hodiernum apostolicum Decretum, facit sibique adquirit lectissima haec Causa.

Quid enim sit, quod sacri huius fori conditae exposcunt leges, ut qui iam Beatorum apud homines in Ecclesia militanti publicae venerationis fruuntur honoribus, in canonem Sanctorum referri postea queant, apposite inquirit Benedictus XIV, e proposito haec tradens: «Et a Beatificatione « transitus fiat ad Canonizationem, retento semper argumento Causarum

« Confessorum, quae procedunt per viam non cultus opus est, ut pro « obtinenda Canonizatione nova post indultam Beatificationem miracula « superveniant, et a sacra Congregatione et a Summo Pontifice examinentur « atque approbentur » (Lib. I, cap. XXV, n. 1). Quae vero causa sit, cur haec novorum miraculorum post Beatificationem accessio, discussio et approbatio exigantur, idem scite aperit Benedictus XIV, cum pergit sic scribere: *Ut novorum scilicet miraculorum interventu habeat Summus Pontifex nova Divinae voluntatis signa; cum a cultu tantum permisso et restricto, qualis est, qui in Beatificatione indulgetur, transitus fit ad cultum praeceptivum atque ad universam Ecclesiam extensum, cuiusmodi est ille, qui conceditur in Canonizatione* (Ibid). Quapropter *haec nova Divinae voluntatis signa,* iuxta Causae actorum vota, in hisce duabus praesto forent sanationibus, quas idcirco ipsis curae fuerat ad cognoscendum proponere. Haec tamen eorum assumptio, uti statim patet consideranti, duplici innititur, ut inquiunt, *supposito,* quorum unum in praevia situm est riteque peracta Beati invocatione; alterum autem in eo consistit, utrum hae binae, de quibus est sermo, sanationes veri nominis prodigio essent nec ne adsignandae. Sed enim, si primum, quod de invocatione est, probare, et clare et iuridice probare, nullius negotii et operis est; quandoquidem aegrotae ambae mulieres ad gloriosum Beati Ioannis Baptistae Mariae rjeregrinatae sunt sepulcrum, eoque desuper, aliis comitantibus, adstantibus eumdemque .in finem preces fundentibus, praesentissimum ipsius Beati exorarunt expertaeque sunt patrocinium; non item vero de altero dicendum, quod circa utriusque secutae sanationis ingenium atque indolem, totum quantum est, versatur. Isto siquidem ex capite non paucae semel, bis ac tertio excitatae fuerunt difficultates, quae nihilominus, sicut ipsarum fert natura, illud, initae disceptationis decursu, secum attulerunt commodi, ut faciliorem atque planiorem redderent potestatem capiendi certam ac tutam iudicii deliberationem.

Evolventi namque studioseque perlustranti exhibiti Summarii tabulas non difficili constitit negotio, iuridicum praescriptoque legis consonum, cum de miraculis agitatur quaestio, utriusque facti suppetere fundamentum, cfuo una et altera regitur et sustentatur sanatio. Certum pariter factum est atque manifestum, utriusque facti elementa, prout iudicialibus enarrantur et describuntur in actis, probe inspecta et perpensa a viris in arte peritis, tanti ponderis tantique momenti existirnata ab eisdem fuisse, ut communi concordique sententia persuasum illi habuerint sibi, sacraeque huius Congregationis Disceptatoribus apte simul atque valide suaserint quoque, sanationem utramque, quippe quae, duplici hac praedita qualitate, instantánea videlicet atque perfecta, organico ex morbo fuerat obtenta, ne-

quaquam viribus naturae contingere potuisse. Quod si quis, ad primam quod attinet, sanationem, e tribus adlectis iudicialibus peritis videri fortasse potuerit minus aptis verbis suam exprompsisse sentetiam, ex officio tamen rogatus, novam scriptionem exarandam ille curavit, qua, clariori usus sermone, si qua inopinate irrepserit, quamlibet e medio sustulit dissipavitque ambigendi et tergiversandi rationem.

Quibus igitur ex omnibus illud bono licet inferre iure, quod scilicet rem, quam demonstrandam assumpserant actores, eam, suo praeeunte experto sagacique Patrono, et multum, pro auctoritate, quae e credito promanat munere, iuvantibus lumenque admoventibus viris in arte peritis, ex officio accitis, iidem demonstrarse dicendi sunt actores. Binas quippe praehabitas de more Congregationes, antepraeparatoriam videlicet atque praeparatoriam, generalis subsecuta est Congregatio, quae, die quinta superioris mensis augusti, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa. XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Antonio Vico, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An, et de quibus miraculis constet, post indultam a Sede Apostolica Beato Ioanni Baptistae Mariae Vianney venerationem, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Singuli tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores proprias exposuerunt sententias, quas tamen Sanctissimus Dominus noster, intento laetoque prosequutus quum fuisset animo, mentem Suam aperire distulit, fervidis foederatisque interim fusis Deo precibus, praesidium ac lumen a Patre luminum impetraturus. Quumque supremam Suam sententiam patefacere postea statuisset, hodiernam designavit faustissimam diem, quippe quae sacra est Omnium Sanctorum solemnitate ideoque, Divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum causaeque Relatorem, una cum E. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Constare de utroque proposito miraculo;* de primo nempe *instantaneae perfeetaeque sanationis sororis a S. Eugenio, Congregationis S. Caroli, ab ulcere varicoso in laevo erure;* deque altero *instantaneae perfeetaeque sanationis puellae Mathildis Rougeol a laryngite chronica tuberculari cum omnimoda vocis amissione.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae rituum Congregationis referri mandavit Kalendis novembris anno MDCCCCXXIV.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verae, *Secretarius.*

II

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI IOSEPHI CAFASSO, SACERDOTIS SAECULARIS, COLLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATORIS.

SUPER DUBIO

*An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem praefati venerabilis Servi Dei Beatificationem^*

Quamvis hic, qui fere est in exitu, quartus supra sexagesimum recurrat annus, ex quo venerabilis Dei Famulus Iosephus Cafasso a mortali hac statione recessit, eius tamen memoria, quin temporis edacitate aliquid caperet detrimenti, viget immo et fiorescit in dies, praeclaris fota et roborata omnigenarum virtutum exemplis quae venerabilis Dei Servus post se reliquit, et eiusdem suffulta maximeque adhaerescens operibus,, quae suos pergunt ferre et perennare fructus, eo pretiosiores, quo Dei provehendae gloriae aeternaeque procurandae hominum saluti maximopere conducunt.

Huc spectavit profecto insignis Taurinensis ecclesiae Pastor, ei. me*. Augustinus Cardinalis Richelmy, cum, post inquisitionem, cui ordinaria potestate adornandae metropolitana in Curia manus admota fuerat, ad exitum perductam, muneris sui esse duxit, hanc alteram ad Romanum Pontificem dandam epistolam, ut causa Beatificationis Servi Dei Iosephi Cafasso suum apud Apostolicam Sedem sumeret exordium. « Due ragioni «sovra tutto - sic ille scribebat - mi spingono a rinnovare, come Pastore « della Chiesa Torinese, e come capo, sebbene indegno, della provincia « Subalpina, le preghiere già fatte in unione coi venerandi miei Confra« telli, i Vescovi del Piemonte. - U piissimo Giuseppe Cafasso appare oltre« modo benemerito del Clero per avere saputo unire l'esercizio delle virtù « più eroiche, proprie dello stato ecclesiastico, ad una soavità singolarissima « di modi: Salesio novello egli ha resa amabile la santità; ed ha mostrato «facile, tanto colla parola, quanto coll'esempio, l'arduo cammino della « perfezione sacerdotale. In secondo luogo una specialissima riconoscenza « è dovuta dal Vescovo, dal Clero e dal popolo di questi luoghi al Servo « di Dio, sacerdote Giuseppe Cafasso; perchè, grazie al suo zelo indefesso, « ai suoi consigli sapientissimi, alle istruzioni da lui moltiplicate e sul « pergamo e sulla cattedra scolastica, si ebbe a riportare nel Piemonte

« una piena vittoria contro il Giansenismo e contro le infelici sue reliquie, « che pure fra noi avevano recato e minacciavano recare gravissimi danni » *(Summar. Addit* sup. Caus. Introduci.).

Revera, quemadmodum in superiori super virtutibus iudicio facile videre fuit, venerabilis Iosephus, solidae sanaeque theologiae principiis enutritus, sancti Francisci Salesii suavitate excultus, sancti Alfonsi Mariae de Ligorio discretione munitus, et sancti Ignatii de Loyola zelo animarum armatus et incensus, illud, quo,-per cunctos exactos in sacerdotio annos, iugiter constanterque spectavit, sine strepitu et rumore, silentibusque aridis inopportunisque scholasticis conceptionibus, fauste feliciterque fuit consequutus; ut videlicet ab inferis excitatam Iansenistarum pestem eique vaferrimae sectae addictos Novatores a dilecta patria sua eiusque confinio arceret funditusque everteret; utque proinde illae, quae proscriptae illuc usque fuerant, sanctorum Francisci Salesii et Alfonsi Mariae de Ligorio revirescerent sibique debitum in honorem restituerentur doctrinae. En vitae Servi Dei opus, quod, sui tamquam vocationem, naviter sancteque persequutus quum ille fuerit: quumque omnia et singula, quae huiusce suae vocationis propria erant, officia et munera, mira constantia et fidelitate observaverit et custodiverit, apta atque idonea, hoc ipso, suppetunt et in promptu habentur elementa, quibus ipsum venerabilem Dei Servum Iosephum Cafasso heroicae virtutis gradum atque meritum fuisse adeptum solide non minus quam dilucide suadetur et probatur. Ita, apostolicum, abhinc triennium, prodiit Decretum, quo exercitae a venerabili Iosepho, -tamquam heroica qualitate praeditae, probatae declarataeque fuerunt virtutes; atque huic apostolicum alterum nuper successit de duobus miraculis Decretum, a Deo, ipsius venerabilis Iosephi intercessione, patratis; eapropter quae pro *formali,* ut vocant, impetranda Beatificatione, iussu praescriptoque legis requirebantur, eadem adamussim servata fuisse constat.

Itaque in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae die quinta mensis augusti huius vertentis anni, coram Ssmo **Dno** nostro Pio Papa XI celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Caietanum Bisleti, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servi Dei Iosephi Caf asso Beatificationem?* omnes, qui aderant, Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores affirmativum dederunt responsum. "Verumtamen Sanctissimus Dominus noster, omnibus studioso animo attentis, iuxta Summorum Pontificum consuetudinem, supremam sententiam Sibi prorogandam duxit, ut interea humilibus precibus hac de re exoraretur Deus, qui dum in Servis suis virtutes gignit, idem Ipse est, qui de publico

ipsorum in sua Ecclesia cultu, Ecclesiaeque nomine exhibendo, per Romanum Pontificem, suum in terris Vicarium, singulari providentia disponit. Quumque Sanctitas Sua mentem Suam postmodum manifestam facere statuisset, hodiernam selegit auspicatissimam diem, in qua tam festivo gaudio laetatur in Domino Ecclesia iucundissimum celebrans festum sub honore Sanctorum omnium, materna semper providaque erga Christi fideles, filios suos, sollicitudine permota. Uti namque consulto dataque opera edisserunt principes sacrae Liturgiae Doctores, eosque inter Gulielmus Durando, « institutum fuit hoc festum *(Omnium Sanctorum)* quatuor «de causis. Primo, propter praemissam templi (Pantheon) dedicationem. « Secundo, propter omissorum festorum suppletionem. Non enim, propter «ipsorum *multitudinem,* de omnibus specialiter festare valemus. Tertio, «propter negligentiarum in festis, quae celebramus, commissarum expia« tionem. Et haec ratio tangitur in sermone, qui hac die in Ecclesia recita« tur, ubi dicitur: " Decretum est, ut die ista omnium Sanctorum memoria « habeatur, ut quidquid humana fragilitas per ignorantiam aut negligen«tiam, vel per occupationem, rei saecularis, *in solemnitatibus Sanctorum,* « minus peregisset, in hac sancta observatione persolvatur „. Quarto, pro« pter faciliorem orationum nostrarum impetrationem. Facilius enim quod « petimus, obtinebimus, si simul omnes intercedant pro nobis; quia impos«sibile est multitudinem non exaudiri. Unde in oratione hodierna dici« tur: Multiplicatis intercessoribus largiaris » *(Rationale divin, off.,* lib. VII, cap. 34). Concinit Bartholomaei Gavanto, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum Praepositus generalis, suoque tempore clarissimus sacrae huius Congregationis Consultor, quippe qui vetusti documenti, cui nomen *Ordo Romanus,* haec venerandae antiquitatis pondere et maiestate referta exhibet verba: *In Kalend. Novembris per totum orbem plebs universa, sicut in die natali Domini, ad Ecclesiam in honorem Omnium Sanctorum ad Missarum solemnia convenire studeat, illud attendens, ut quidquid humana fragilitas per ignorantiam aut negligentiam in solemnitatibus ac vigiliis Sanctorum minus plene peregit, in hac observatione sancta solvatur (Thesaur. sacror. rituum,* de festis Sanctorum, mense Novemb., section. VII, cap. 13). Quocirca Beatissimus Pater, sacrosancto Missae sacrificio prius devotissime perlitato, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Caietanum Bisleti, causae Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Iosephi Cafasso Beatificationem.*

Hoc autem. Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis inseri Litterasque Apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit Kalendis Novembris anno MDCCCCXXIV.

. £g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et 8. Eufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. & S.

Alexander Verde, *Secretarius*-.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI.

PROVISIO ECCLESIAE

SSñius Dnus Noster Pius div. Prov. PP. XI decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali die 16 iulii .1924 cathedrali Ecclesiae Munkacsien. Ruthenorum praefecit E. D. Petrum Gebe, eiusdem Ecclesiae canonicum et Vicarium generalem.

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA MOTA

Citatio edictalis

NEAPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (COLUCCT-MIGNATTI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Caietani Mignatti, in causa rei conventi, eumdem citamus ad comparendum, per se vel per suum Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Via delia Dataria, 94), die 29 novembris 1924, hora XI, **ad**-concordandum de dubio disputando vel in trascripto subscribendum, et ad diem designandam pro causae definitione:

DUBIUM

An constet de matrimonii nullitate, m casu f

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis Dñi Caietani Mignatti curare debent ut de citatione hac edictali ipse commoneatur. *

Iulius Grazioli, *Ponens.*

L.. **83** S. . '

Ex **Cancellaria** Tribunalis 8. R. Rotae, die 25 octobris 1924,

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr. Gaétan Mignatti, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 29 de novembre 1924, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la discussion de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les Curés, les prêtres, fes fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr. Gaétan Mignatti, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACEA CONGBEGAZIONE DEI EITI

Martedì 21 ottobre 1924, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Vico, Ponente della Causa di Canonizzazione del Beato Pietro Canisio, Confessore, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparataria*, per discutere il dubbio sopra due miracoli che sì asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Beato, i quali vengono proposti per la sua Canonizzazione.

TBIBUNALE DELLA SACBA EOMANA BOTA

Giovedì 16 ottobre, all'augusta presenza del Santo Padre, fu solennemente inaugurato l'anno giuridico, nella Sala del Trono del Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento dei Signori Uditori, Ufficiali e Avvocati. In tale occasione il Pro-Decano, Monsignor Massimo Massimi, impetrata venia da Sua Santità, lesse il seguente indirizzo:

Beatissimo Padre,

« Chiudemmo il 20 agosto l'anno giuridico 1923-1924, nel quale furono decise dal Tribunale della Rota quarantotto cause, non computando in questo numero quelle giudicate dagli Uditori *ut Praelati,* e le numerose altre che, per transazione, o altrimenti, ebbero termine senza che si giungesse alla definitiva sentenza.

« Ora, passato il breve periodo delle vacanze, nell'inaugurare il nuovo anno giuridico, alla vista del grave lavoro che ci attende, l'animo è preso al solito da un senso di sgomento, che non deve fare maraviglia a chi si renda conto delle diffir coìta, che presenta il nostro compito, e delle responsabilità, che ne incombono

« Difficoltà tecniche, maggiori di quelle che s'incontrano negli altri tribunali, sorgono dalla singolare natura della Rota, Tribunale di appello della S. Sede per le cause di tutto il mondo, e per ogni genere di cause. Giudici nel regno che non ha confini, vediamo alternarsi, alle cause più frequenti d'Italia e di Francia, quelle di tutte le altre parti di Europa e del mondo, con la varietà più grande. Ogni anno ci offrono materia di giudizio anche le terre delle Missioni, dalle regioni di Africa aH'estremo Oriente. Similmente per gli argomenti: ora si discute di diritto civile e ora di diritto criminale; ora si tratta di cose spirituali, o annesse alle spirituali. Le stesse cause matrimoniali presentano questioni di diritto quanto mai diverse tra loro. Quindi la difficoltà di rendersi conto dei vari ambienti, per bene stimare il « fatto »; talvolta anche delle varie legislazioni, ove lo richieda la natura dell'argomento, per stabilire il «diritto».

« D'altra parte, troppo giustamente preoccupa il pensare che la Rota giudica in nome dell'autorità suprema della Chiesa. È il Tribunale della S. Sede, del Romano Pontefice, cui ricorrono, pieni di fiducia, i fedeli da ogni parte del mondo. Perchè - come osservava S. Bernardo a Eugenio III - non era possibile al Papa *de mane usque ad vesperas litigantes audire,* fu necessario che Egli affidasse la cognizione delle cause ad altri. Ma i fedeli, rivolgendosi a noi, intendono rivolgersi al Sommo Pontefice. Quale dunque responsabilità sarebbe la nostra, se, per no-

stra colpa, fosse delusa la loro legittima e viva speranza di trovare verità e giustizia, ricorrendo a Roma!

« Sopra tutto grave è la cognizione delle cause matrimoniali, in cui si tratta di sì grande sacramento. Mentre giustizia vuole, è il bene delle anime esige, che si riconosca la nullità di un vincolo, che in realtà non esiste, risuona terribile, contro ogni fallace indulgenza, la voce ammonitrice di Cristo: *Quod Deus coniunxit, homo non separet!* Ora, nelle cause di ogni genere, se a volte la decisione si presenta facile, talvolta invece la convinzione del giudice non si forma se non a traverso lunghe meditazioni. Ma, nelle cause matrimoniali, tali ricerche e riflessioni preoccupano particolarmente, per l'importanza della cosa, il giudice, il quale, consapevole del suo ufficio, non voglia confondere con gli argomenti efficaci, i difettivi sillogismi, che ugualmente gli sono posti dinanzi.

« Nel giusto timore, il primo conforto ci viene dalla preghiera. Rendendoci conto di quanto facilmente possiamo essere tratti in inganno, siamo portati a chiedere l'aiuto dall'alto. Or ora invocavamo, ai piedi dell'altare, dopo la celebrazione degli ineffabili misteri, lo Spirito Creatore, che visitasse le nostre menti, e insieme levavamo lo sguardo alla bella immagine di quell'unica Sposa dello Spirito Santo, Madre del buon Consiglio, supplicando che c'impetrasse la grazia di non errare nelle nostre decisioni. E, tutte le volte che conveniamo a giudicare, preghiamo il medesimo divino Spirito, che venga a noi, e sia con noi, c'insegni ciò che dobbiamo fare, ci suggerisca il giusto, l'equo giudizio.

« Altro conforto è per noi presentarci, Beatissimo Padre, al Vostro Trono. Di là, donde ci viene la missione di giudicare, ci venga l'aiuto a giudicare bene. Ci sarebbe assai caro, prima di prendere le definitive decisioni, prostrarci ogni volta ai Vostri piedi. Ma quello che non possiamo fare le singole volte, facciamo ora al principio dell'anno giuridico. Per questo sopra tutto siamo qua venuti, per impetrare dalla Santità Vostra una benedizione speciale, come speciale è la missione che ci è stata affidata; una benedizione che ci ottenga ogni grazia, necessaria e opportuna, per la retta amministrazione della giustizia.

« Ma nè la preghiera allo Spirito Santo, nè l'invocata Benedizione Apostolica, possono o vogliono essere un aiuto alla negligenza o all'indegnità. Poco fa abbiamo rinnovato il giuramento di adempiere fedelmente il nostro dovere. Memori che, dopo aver giudicato gli altri, un giorno saremo giudicati noi, vogliamo intanto giudicare noi stessi, e tutto regolare in modo che, come diciamo nella nostra consueta orazione, *in futuro pro bene gestis consequamur praemia sempiterna.*

« Questi propositi, che ci sono suggeriti ogni anno dal senso del dovere, dal sacerdozio e dall'ufficio a noi commesso, questa volta si colorano di luce più viva per l'« Anno Santo », ormai imminente. La Vostra augusta parola, o Beatissimo Padre, che, nell'indire l'universale giubileo, ne ricordava la grandissima efficacia *in excitandos universe ad altiorem sanctitatis gradum animos,* vuole essere bene compresa da noi, così vicini al Vostro Trono. L'aspirazione alla santità ci aiuterà nell'arduo nostro compito. Ci farà pazienti nei disagi, più diligenti nello studio, entusiasti della verità e della giustizia. Terrà i nostri sguardi rivolti unicamente a Dio, che è tutto, messo da parte ogni umano riguardo, che è niente. Ci attirerà sempre più copiose le grazie di Cristo, Legislatore e Giudice supremo.

« Confermate, o Padre Santo, i nostri propositi con l'affettuosa Vostra Benedizione, che istantemente invochiamo. Scenda su di noi e su quanti, cooperando come Ufficiali ed Avvocati, all'amministrazione della giustizia nel Tribunale della Rota, dividono con noi, non solo le dure difficoltà, ma anche le gravi responsabilità ».

All'indirizzo di Monsignor Pro-Decano, Sua Santità si degnava rispondere, che si compiaceva di vedere l'anno giuridico della Rota santamente iniziato ai piedi dell'Aitare e sotto lo sguardo della Madre dei Buon Consiglio. Dava il benvenuto ai figli, adunati nella casa del Padre comune, dove sono molte mansioni, tra cui importantissima quella dell'amministrazione della giustizia.

Era soddisfatto nel sentire con quale senso della loro responsabilità gli Uditori si accingessero ai lavori del nuovo anno, essendo ciò di per se stesso una garanzia di felice riuscita. Confidassero che la preghiera da loro rivolta al divino Spirito, tanto cara al Cuore di Dio, sarebbe stata largamente esaudita. Guardassero anche al passato, al lavoro felicemente compiuto, e si animassero sperando che, perseverando l'aiuto di Dio, così sarebbe per l'avvenire. L'« Anno Santo » imminente era un-pegno di speciali grazie, pure per ì'amministrazione della giustizia che è santità, come la santità è giustizia.

Tornassero nondimeno con la mente al pensiero del giudizio di Dio. Chi ha il compito di giudicare, non può applicare al suo ufficio la regola « Non giudicate e non sarete giudicati », ma deve ripetere a se stesso: « Noi,' che giudichiamo, saremo giudicati ».

Quanto alla Benedizione Apostolica, con particolare fiducia invocata, l'impartiva con effusione di animo, agli Uditori, agli Avvocati, agli Ufficiali della Rota, in pegno dei celesti, favori.

SBGBETEEIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al. Soglio Pontificio :

22 giugno 1924. Monsig. Emanuele Vieira de Mattos, Arcivescovo di Braga.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

14 ottobre 1924. Monsig. Corrado Cerowski, dell'archidiocesi di Zagabria.

Prelati domestici dì S. S. :

18 settembre 1924.	Monsig. Terenzio Brady, della diocesi di Eric
	Monsig. Edoardo Hasse, della medesima diocesi.
25	Monsig. Rocco Collaro, del patriarcato di Costantinopoli.
»	Monsig. Francesco Longoni, dell'archidiocesi di Milano.
30	Monsig. Giovanni Tarquini, della diocesi di Veroli.
3 ottobre	Monsig. Domenico Gruero, dell'archidiocesi di Torino.
»	Monsig. Angelo Callegari, della diocesi di Sarzana.
10	Monsig. Giuseppe Pietroforte, della prelatura *nullius* di Altamura.
» » >	Monsig. Giacomo Tritto, della medesima prelatura.
16 »	Monsig. Giuseppe Vallero, dell'archidiocesi di Torino.
29 »	Monsig. Giuseppe Boni, della diocesi di Pavia.

• ONORIFICENZE •

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

13 settembre 1924. Al sig. Nicola Brady, dell'archidiocesi di New York.
20 » » Al sig. Léger Sanschagrin, delia diocesi di Trois-Rivières.
15 ottobre » Al sig. conte Maurizio Beauregard, dell'archidiocesi di Parigi.
17 » » Al sig. cav. Enrico Belcoar-t, della diocesi di Arras.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, elasse militare:

8 ottobre 1.924. Al sig. colonnello conte Giovanni De la Taille (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :

13 novembre 1923. Al sig. Romano Kochanowñki, della diocesi di Lodz.
» » » Al sig. Vladislao Adamski, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Vladislao Wagner, della medesima diocesi.
» » » Ai sig. Paolo Maciiiski, della medesima diocesi.
» • » .. » Al sig. Adolfo John, della medesima diocesi.
20 maggio 1924. Ai sig. dott. Angelo Boni, della diocesi di Pavia.
16 settembre » Al sig. avv. Giuseppe Loreta, dell'archidiocesi di Ravenna.
17 » » Al sig. Giuseppe Seep, della diocesi di Erie.
» » » Al sig. Guglielmo Hanley, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giacomo Agostino Farrell, della medesima diocesi.
20 » » Al sig. Beniamino Dumoulin, della diocesi di Trois-Rivières.
22 » » Al sig. Giuseppe Serrano Orozco, dell'archidiocesi di Guadalajara.
11 ottobre » Al sig. Roberto Pfaller, dell'archidiocesi di Bamberga.
14 » » Al sig. Hernand Behn, della diocesi di Avana, direttore della « International Telephone and Telegraph Corporation of N ew York ».
15 » » Al sig. Enrico Couturier (Francia).
» » . » Al sig. Giulio Moisy (Francia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

30 settembre 1924. Al sig. Luigi Schutjes, della diocesi di Liegi.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

23 settembre 1924. Al sig. maestro Luigi Baronehelli, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Alessandro Moreno, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Santambrogio, della medesima archidiocesi.

MAGGIOEDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

25 settembre 1924. Monsig. Carlo Buttafava, dell'archidiocesi di Milano.
3 ottobre » Monsig. Francesco Liguori, dell'archidiocesi di Sorrento.
7 » » Monsig. Vincenzo Maesano, della diocesi di Acireale.
S » » Monsig. Alessandro Darricades, della diocesi di Capo Haitiano.
13 » » Monsig. Orazio Antonio Vena, della diocesi di Castellaneta.
14 » » Monsig. Giuseppe Degener, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Cristoforo Kleyboldt, della medesima diocesi.
22 » » Monsig. Tommaso Jachimowicz. della diocesi di Sandomir.
» » » Monsig Giuseppe Maczyñski, della medesima diocesi.

Camerieri di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

S ottobre 1924. Il sig. conte Federico Annoni, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Il sig. Ferdinando Alvarez de la Campa, della diocesi di Barcellona.
» » » Il sig. marchese Luigi de Alós y Mateu, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Ignazio de Lianza y de Montoliu, delto medesima diocesi.
» » » Il sig. Luigi Dalma ses y Olivar, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Narciso Pia y Deniel, della medesima diocesi.
» » » Il sig. marchese Ignazio Pascual y Pons, della medesima diocesi.
22 » » U sig. barone Arturo Reisky, della diocesi di Sandomir.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

14 febbraio 1922. Monsig. Enrico lasoni (Boma).
5' *ottobre 1924.* Monsig. Alfredo Pacini (Boma).
15 » » Monsig. Attilio Alai, della diocesi di Reggio Emilia.
22 » » Monsig. Domenico Sciskala, della diocesi di Sandomir.

NECEOLOGIO

5 agosto 1924. Monsig. Marcellino Carlo Marty, Vescovo di Nîmes.
12 settembre » Monsig. Raimondo Barbera y Boada,Vescovo di Palencia.
4 ottobre » Monsig. Vittore Carlo Quinton, Vescovo tit. di Laranda.
17 » » Monsig. Edoardo Duarte Silva, Arcivescovo tit. di Coni.
23 ' » » Monsig. Giacomo Laminne, Vescovo tit. di Usula.

Annus XVI - Vol. XVI 3 Decembris 1924 Num. 12

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULUS BASILICAE MAIORIS PRO CURIALI TEMPLO S. PETRI APOSTOLI ET S. CAECLLIAE VIRG. ET MART., CIVITATIS « MAR DEL PLATA », IN DIOECESI DE PLATA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad oras Oceani Atlantici posita civitas, quae a Platensi mari vulgo *Mar del Plata* compellatur, iure meritoque ob loci amoenitatem, civiumque atque advenarum frequentiam, inter potiores Reipublicae Argentinae recensenda est. Praecipuum huius urbis ornamentum, curiale templum, Petro Apostolo et Caeciliae Virgini ac Martyri dicatum, structurae magnificentia, molis amplitudine, splendidis picturis, marmoreis altaribus et^conspicuis artis operibus renidet. Innumerae fidelium turmae, ex omnibus^dioecesis de Plata civitatibus atque oppidis peregre confluentes, hoc templum celebrant, plurimis itemque insignibus refertum relliquiis, quas inter memorare iuvat Ssmae Crucis D. X. I. C. lignum et corpora Ss. Mm. Severi, Maximi, Iustini, Donati, Gratiae atque Elpidiae. Antistites et Praesules civitatem invisentes, hoc quidem in templo Sacris operantur et conciones ad populum habent, quos inter Apostolicus Legatus, qui, annuente venerabili fratre Francisco Alberti, Ordinario de Plata, propediem, favente Deo, sollemnem templi ipsius peraget consecrationem. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Aloisius Maria Fanton, hodiernus memoratae ecclesiae parochus, gravissimo suffultas ipsius Episcopi de Plata suffragio, preces humiliter adhibuerit, ut sacram enunciatam aedem ad Basilicae minoris dignitatem

evehere de Apostolica benignitate dignemur, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae eum ita sint, collatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Eufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, ad maiorem divini cultus splendorem et spirituale fidelium bonum, curiale templum Sancti Petri Apostolorum Principis et Sanctae Oaeciliae Virginis ac Martyris, utroque nomine et titulo honoratum, in civitate exstans *Mar del Plata* appellata, intra fines dioecesis de Plata, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ad dignitatem evehimus Basilicae minoris, cum privilegiis et honorificentiis quae minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt, nempe conopaei, omni tamen auri atque argenti ornatu ab eo excluso, tintinnabuli et stemmatis Basilicalis.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die II mensis ianuarii, anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

DE CENTENARIIS SOLLEMNIBUS DEDICATIONIS PAPALIS ARCHIBASILICAE LATERANENSIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Omnium Urbis et Orbis ecclesiarum matrem et caput, Lateranensem Ecclesiam, saeculo sexto decimo ab eiusdem dedicatione exeunte, sollemniter celebrare summopere decet, cum sedes Romanorum Pontificum ipsa sit propria, atque a christifidelibus omnibus, fere ab incunabulis religionis christianae, continenter frequentata et reverenter eulta fuerit. Maius supra Basilicae ipsius Altare a tot tantisque Romanis Pontificibus decessoribus Nostris Sacra peracta fuerunt, sive antiquioribus sive recentioribus annis, a temporibus longissime a Nobis remotis ad dies usque in quibus rec. mem. Pius PP. IX catholicam

Christi Ecclesiam regebat: quum, ob rerum publicarum immutationes libertatisque defectum, sacrosanctam Lateranensem Patriarchalem aedem, sicut antea, Romanus Pontifex haud amplius invisere potuit. Qua de causa, anno quoque MDCCCLXXXVI, Basilica, munificentissimo aere pontificio longius in abside producta ac tessellis musivis expolitis ornata, Leo Pp. XIII, qui posthac ob suum erga hanc sacram Aedem amorem in eadem propriae sepulturae locum elegit, uni e Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus commisit, ut die, quo sic renovatum templum inauguratum est, supra Altare princeps, Papae reservatum, Sacra perageret. Continens enim est traditio, quod supra Basilicarum Urbis, quae Patriarchales ac Papales nuncupantur, Altare maius solus Pontifex Romanus sollemnia egerit, interdum tamen super idem, praestantissimorum factorum vel eorumdem commemorationum occasione data, temporibus etiam recentioribus, a Summo Pontifice, quin Sacrum inibi faceret impedito, uni Cardinali licentia celebrandi data est: quod quidem et in eodem Lateranensi templo accidit anno MDCCCCXIII, cum saeculares ibidem festivitates habitae sunt pro Constantini imperatoris edicto, per quod Ecclesia tandem, post tot tantasque persecutiones, in libertatem vindicata est. At hodierna sollemnia ceteris supereminent amplitudine: redit enim feliciter sextus decimus saecularis annus a Lateranensis Basilicae dedicatione; quin etiam festum proprium celebratur Altaris Nobis reservati, quod est Altare dedicationis templi sancti, quodque clerus et populus supplici prece lustrare debent. Quoniam vero adire templum venerandum Nostrum, Sanctissimo Salvatori dicatum in aedibus Lateranis, ibique divina litare, id quod maxime Nobis in votis esset, non licet nunc Nobis, eadem sollemni die centenaria delegamus venerabilem fratrem Nostrum Basilium S. R. E. Cardinalem Pompilj, Veliternensium Episcopum, dictae Basilicae et Capituli Lateranensis Archipresbyterum, Nostramque in Urbe Vicarium in spirituali generalem, ut die Dominico, proximi mensis novembris nono, Nostra vice, Missam et alia divina officia in eodem templo in pontificalibus celebranda, ipse ad Altare maximum Summis Pontificibus reservatum, etsi Nobis absentibus, peragat, adstantibus Eminentissimis ac Reverendissimis S. R. E. Cardinalibus, nec non RR. DD. Praelatis, qui ius habent ad Cappellas Papales conveniendi, tamquam si coram Nobis Sacra illa celebrarentur.

Ad amplificandam autem sollemnitatem commemorationis centenariae huiusmodi aliam facimus facultatem, ex qua alter S. R. E. Cardinalis ad enunciatum Altare Pontificium, octavo Dedicationis die, sollemni ritu, Missam celebrare queat. Huiusmodi tamen licentiam, per has Apostolicas Litteras, uti mos est, pro hisce tantum duabus vicibus concedimus atque impertimur. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus ac Lit-

teris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, ceterisque contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM, TIT. S. EUSEBII, S. R. E. PRESB. CARD. CSERNOCH, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACERDOTII EIUS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam recte, quam merito s. m. decessor Noster Pius X, paulo ante quam ad caelestia evocatus est praemia, amplissimam Romanae Purnurae dignitatem in te collocant, vel ex eo apparet et confirmatur, quod clerus popur lusque tuus, immo etiam Hungari omnes, ad apparanda sollemnia in quinquagesimum sacerdotii tui natalem - qui dies erit huius mensis duodevicesimum - conspirant et ardent. Ex hac enim civium tuorum consensione, te praecipua quadam ratione honestare tibique talem eventi faustitatem gratulari gestientium, nemo non colligat, operam a te m Ecclesiae patriaeque bonum diutissime impensam non modo in Hungariae finibus plurimi duci atque aestimari, sed gratas etiam studiosasque popularium istorum devinxisse tibi quam maxime voluntates. Cum autem Iesu Christi Vicarium, eundemque oecumenicum catholici orbis Episcopum, deceat in primis, si qua venerabilibus fratribus in episcopatu suis singularis ac praeclara incidat laetitiae causa, eius in partem venire laetitiae, de diuturno hoc tuo sacerdotalis et pastoralis vitae curriculo cur non aliquid, in commune solacium, deliberatus? Quo in genere vel si annos praetereamus, quos cum in clericorum institutione, tum in sacri exercitatione ministerii, tum denique in gravissimis apud Strigoniensem Curiam perfungendis officiis sacerdos exegisti, mirum, postquam ad episcopalem evectus es dignitatem, qua novi muneris intellegentia quantoque animi ardore dioecesim Csanadiensem et archidioeceses Colocensem et Strigoniensem, aliam ex alia, regundas suscepisti. Quod autem visus es duabus prioribus magis ostensus quam datus, cum, brevi, ad honorificentissimam omnium ex Hungaria sedem translatus sis, id ipsum nonne argumento est illius, quam

faciebas sustinebasque, maximarum rerum exspectationis? Quam quidem te spem prorsus explevisse, res est, ut ante oculos civium tuorum posita, ita Nobis plane cognita atque perspecta. Vix sane Strigoniam, in pristinum sedulitatis tuae campum, plaudentibus omnibus, Archiepiscopus rediisti, non tam pastoralis actio tua longius latiusque patuit atque ad plures pertinuit, quam intentior facta est ac multo vehementior. Te enim curante vel patrono, hoc undecim annorum gubernationis tuae spatio, aedes lycei magni Tyrnaviensis affabre refectae sunt; muséum christianum, quod decessor tuus Pater Cardinalis Simor condiderat, item restitutum, ornatum, locupletatimi; Budapestini inque suburbio, praeter tres et viginti constitutas ab integro paroecias, longe plures erectae, ad animarum salutem quoquo pacto procurandam et tenuiores inopesque e populo sospitandos, religiosae domus; duae praeterea aedes sacerdotibus attributae, qui, eodem usi contubernio, christianam, puerorum praesertim, institutionem in se, peculiari quodam modo, reciperent. At alia profecto laus in te, dilecte fili Noster, elucet, minime indigna quam publice commemoremus: dicimus eloquendi facultatem, qua iam tum, cum, a sacerdotio recens, cooperatoris, ut aiunt, officio fungebaris, mirifice usus es, sive conciones ad populum haberes, sive in coetibus erudite dissereres. Quam quidem tuam dicendi facultatem, cum solida doctrina cumque vehementi rei catholicae tuendae provehendarumque regni utilitatum studio coniunctam, putamus effecisse, ut ter, communibus civium tuorum Szakolcensium suffragiis, orator legibus ferendis deligereris. Atque etiam nunc, quaecumque aut clerum aut populum alloquendi tibi datur occasio, eam libenter nancisceris, ut divinum verbum, et catholicam de iis quaestionibus, quae plus hodie agitantur, doctrinam diserte explanes ac scientissime. Respicito igitur fidenter in quinquennia haec decem sacerdotii tui, cum tranquillo te esse animo iubeat praestitus tam diu tamque diligenter Deo Ecclesiaeque famulatus. Quae autem proxime accepturus es ab tuis pietatis amorisque pignora ac testimonia, iis paternum Nostrae gratulationis officium in cumulum adiicimus; cupimusque tibi uno tempore, ut archidioecesi et Hungariae omni in plurimos annos vegetus incolumisque serveris atque adsis. Interea ad votum eiusmodi Nostrum atque omen accedat apostolica benedictio, quam, caelestium donorum auspicem et singularis benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et universo elero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

n

AD il. P. D. REMIGIUM GANDASEGUI Y GARROCHATEGUI, ARCHIEPISCOPUM VALLISOLETANUM: DE CONVENTU AD REM ASCETICAM PROMOVENDAM, TERTIO PLENO SAECULO AB OBITU VEN. LUDOVICI A PONTE, S. I., INDICTO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ut ex officiosissimis litteris, quas ad Nos nuper dedisti, iucunde didicimus, occasionem nanctus tertii pieni saeculi ab obitu Ludovici a Ponte, e Societate Iesu, qui, vitae sanctimonia pietatisque magisterio clarissimus, mutabilibus de virtutum disciplina deque rerum divinarum contemplatione commentariis, iisdemque in praecipuos Europaejsermones conversis,Vallisoletum, patriam istam suam, inlustra vit, decrevisti, venerabilis frater, a die tertio ac vicesimo ad tricesimum huius mensis istic, in sede honoris tui, de re ascetica et mystica haberi Conventum. Quem quidem Conventum cum magno populi concursu ac spirituali emolumento habitum iri, ipse ardor portendere videtur, quo saluberrimo eiusmodi consilio plausum undique est; id autem Nosmet, perinde ac te, delectat ac commovet, quod in re, quae prima specie pauciores afficere posse videretur, non modo sacri Ordinis viri - in iisque Cardinalis Archiepiscopus Toletanus, Nuntius in Hispania Noster et regni Episcopi ad unum omnes — sed laici quoque homines, publici civitatum oppidorumque curatores et civilium sodalitatum socii sese aut Congressui adfuturos aut operam incepto provehendo daturos suam ultro libenterque spoponderunt. Hispanos autem edoceri omnes, qua via ad altissimam vitae perfectionem contendant, eo pluris interest, quo aequius est magisque oportet, apud nationem fidei catholicae retinentissimam non oblitterari, immo potius renovari veterem eius sanctitatis laudem, quae in plurimis e gente vestra antehac nullo non tempore eluxit ac viguit. Quod ceteroqui scripsisti, velle te « haec pietatis et christianae perfectionis certamina » sub Nostra «paterna custodia» institui, id, ut recte scripsisti, ita pergratum habuimus; oculisque in vos, quemadmodum postulas, intentis, iam nunc laboribus vestris bene precamur, in eamque spem erigimur fore, ut ex ineundis propediem coetibus uberrima gratiarum utilitatumque copia in patriam vestram, Nobis carissimam, defluat. Quarum interea auspicem, paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, clero populoque tuo, itemque omnibus qui istuc conventuri sunt, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die iv mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

III

AD R. P. D. THOMAM LUDOVICUM HEYLEN, EPISCOPUM NAMURCENSEM, XXV ACTURUM SUI EPISCOPATUS NATALEM.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Praeter eos, qui ob mutuas officiorum necessitudines sunt tibi coniunctiores - Praemonstratenses dicimus viros, qui haud exigua Ordinis incrementa tibi, sodali suo, debent, itemque sacerdotes ac fideles e plus septingentis dioecesis istius paroeciis, qui etiam maiorem beneficiorum copiam tibi acceptam referunt - iure meritoque censemus, quo die quintum ac vicesimum ages episcopatus tui natalem, ne eos quidem fore a tali evènti faustitate alienos, qui extra Belgicam rei catholicae universae vicissitudinibus intentiorem cogitationem curamque adhibere consueverunt. Etenim cui non sit auditum experiendove cognitum aut de provecta a te sociali, quam vocant, actione, aut de opera a te, Consilii Praeside, data Conventibus inter nationes Eucharisticis apparandis ad effectumque adducendis? Verum qui, praeterea, pastoralis gubernationis tuae curriculum seorsum consideret, is profecto haerebit, quaenam potiora habeat et commemoret. Vixdum enim dioecesim Namixfcensem, fel. rec. decessoris Nostri Leonis XIII, tibi benevolentissime iussu, moderandam susceperas, cum, non tam, ceteroqui explorata, doctrinae virtutumque laude, quam humanitate ac benignitate, tuorum tibi devinxisti animos: quorum deinceps reverentia ac studium nunquam non crevit, nedum defervescendo intercideret. Nam tenuiores potissimum homines eosque omnes, qui maiora ex bello mala et incommoda perpessi sunt, gestare in oculis diceris et, salva doctrinae principiorumque integritate, ad caritatis legem omnia dirimere, caritate prosequi universos e grege paternaque indulgentia: unde fit, ut qua late dioecesis patet, exemplo inducta vel confirmata Pastoris, pax regnet et consensio animorum et caritas. Quodsi tui, in tantis impietatis vitiorumque incitamentis, avitam fidem morumque integritatem mordicus tenent, id nonne magnam partem navitati tuae tribuendum, qui, cum popularem christianae doctrinae institutionem provexeris, tura novas scholas, quae liberae nuncupantur, ex citasti ut pueri ac iuvenes catholice sentire perdiscerent, tum etiam diaria ephemeridesque aut passim condidisti aut latius opitulando propagasti, unde populus ad recte cogitandum agendumque proficeret? Nec quicquam, ut rem religiosam vel oeconomicam vel socialem augeant, dioecesani experiuntur, quin consilio ipsemet praesidioque tuo eiusmodi experimenta regas et fulcias;

id enim habes tibi propositum, nulla ut paroecia iis careat institutis, quae mortales ad christiane, praetereaque commode quantum per humanam condicionem licet, vivendum conducant, nulli ut parocho optimorum civium flos ac robur non adsit, qui divinarum rerum scientiae germanamque pietatis sese exhibeant ac praestent apostolos. At reliqua pastoralis actionis tuae promerita praeterire si licet, silere equidem non possumus de praeclara illa tua cum Eomano Pontifice coniunctione, quae ex reverentia et obedientia et studio, immo ex deditione constat pienissima. Quid, quod ab ipsis episcopatus tui primordiis, quasi cor tuum a thesauro suo abesse ullo pacto non posset, Apostolicam Sedem veneraturus, saltem quotannis, saepe plus semel in anno, in hanc Almam Urbem convenisti ? Atque gregem istum tuum nonne, pastoralibus litteris et contionibus, ad Vicarium Iesu Christi praecipue coléndum incendisti perpetuo? Cum autem, postremi ìtelli tempore perque annos bellum proxime consecutos, ne apud vos quidem deforent, qui, animo angustiis aegritudinibusque exasperato, Pontificem criminarentur, neutrarum partium, quemadmodum communem omnium Patrem decebat, studiosum, eiusdemque documenta et facta male acciperent atque interpretarentur, tali ipse contentione eoque exitu ista opinionum commenta, quae essent periculi plena, refutasti ac diluisti, ut filii tui in debita Romano Pontifici pietate et caritate confirmarentur, nedum ab ea misere desciscerent. Cuius quidem pietatis obtemperationisque spiritu cum clerum populumque tuum cotidie interius pleniusque imbueris, iam facile sequitur, ut, quaecumque Apostolica Sedes praecepta edit vel consilia, ea in Namurcensi/[dioecesi et obsequenter excipiantur et accurate serventur. Quamobrem plurajbo. usum apud vos inducta sunt, unde communis antehac consuetudo nonnihil refugere videbatur: exempli causa, ut crebrius, immo cotidie, populus divinum suscipere epulum assuesceret; ut pueris ad caelestem mensam primum accedere privato ritu liceret; ut legibus liturgicis, itemque proximorum decessorum Nostrorum de gregorianis concentibus deque musica sacra praescriptis, religiose pareretur; ut sodalicia Augusti Sacramenti, aliaque saluberrima instituta, in singulis paroeciis conderentur. Quoniam vero de sanctissima Eucharistia mentio huc incidit, scito, Nos magna cum animi Nostri voluptate accepisse, quotannis, vertente aestate, in unoquoque e triginta sex decanatibus, unde dioecesis constat, paroeciam in orbem deligi, in qua conventus eucharisticus habeatur; eundemque cum non illius tantummodo paroeciae, sed totius quoque regionis cives certatim participent, mirum quantum spiritualis emolumenti inde capiatur. Quae quidem praeclara pastoralis, quo flagras, studii argumenta, ut digna Nobis visa sunt quae publice commemoraremus, ita dioecesanis tuis ad paranda in faustum

eventum laeti memorisque animi sui testimonia stimulos admoverunt. In quo placuit profecto comperire, edixisse te, quantacumque a tuis pecunia in natalem eiusmodi celebrandum corrogabitur et conferetur, eam omnem domui erigendae attribui, quae sacerdotes senes vel aegros gratuito excipiat hospitio: futurum ita est, ut memoria quinti ac vicesimi anni, ex quo episcopatum inivisti quemque vehementer tibi, paterno votorum omniumque officio, gratulamur, mansuro apud posteritatem monumento consecretur. Quo autem sollemnia, quae mense hoc exeunte Namurci agi decretum est, maior spiritualis utilitatis ubertas consequatur, damus tibi libenter, ut semel, quo die ex iis celebritatis diebus malueris, Nostro nomine adstantibus benedicas, proposita iis plena admissorum venia, usitatis condicionibus lucranda. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, et universo clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VII mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IV

AD EMUM P. D. MICHAELEM, TIT. S. **ANASTASIAS,** S. R. E, PRESB. CARD. DE FAULHABER CETEROSQUE BAVARIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS: OFFICIOSA LITTERIS RESPONDET EX ANNUO CONVENTU DATIS.

Dilecte fili Noster, venerabiles fratres, salutem et apostolicam **benedi**ctionem. — Recentibus litteris, quas, cum annuum Frisingae episcopalem conventum iniretis, ad Nos communiter dedistis, eo libentius rescribimus, quo plus Nobis eaedem, in tantis Apostolici muneris sollicitudinibus, attulere solacii. Gavisi enim sumus de amplissima pietatis et studii et obedientiae vestrae testificatione, quam profecto noveramus non exteriore et usitata quadam verborum **Gomitate** contineri, sed ab interiore sensu probataque factis voluntate proficisci. Quod autem beneficia **in** po" pulum vestrum a Nobis collata grati animi effusione recolitis, id, quemadmodum vestrae mollitudinem humanitatis luculenter ostendit, ita Nos iubet, memores piosque Deo gratiam habere, qui Vicario suo facultatem necessitatibus vestris subveniendi benigne fecerit ac faciat. Utrumque vero, cum observantiae, tum humanitatis, explevistis officium, quando, occasione anniversarii Coronationis Nostrae diei, gregem quisque vestrum

ad Nos honore prosequendos precibusque iuvandos, sollemnibus intra atque extra Aedes sacras habitis, vocavistis: quem quidem morem, non sine ipsorum fidelium utilitate apud plerasque per orbem dioeceses inductum, vos quoque posthac in omni Bavaria, nomine *Dominicae Papae,* quotannis servari decrevistis. At aliae occurrunt haud minoris momenti causae, unde animi voluptatem hauriamus. Scribitis enim, elapso vos mense iulio alios Feingarn, alios Bambergam, creberrimo cum clero ac populo, convenisse, ut saecularia sollemnia sanctorum Corbiniani episcopi et Henrici imperatoris per octo dies ageretis; egisse autem eo successu, ut auctum eorundem Sanctorum cultum copiosi item aeternae animarum salutis fructus consecuti sint. Quae tam ad legendum cogitandumque iucunda quo pacto fiat ut vobis non gratulemur? Eiusmodi quidem fructus, quos Iubilaeo maximo indicendo Nobismet ipsis proposuimus, in populo vestro ut capiatis uberiores, ad hanc Almam Urbem per Anni Sancti decursum adeundam catholicos B avaros vehementer aut hortati iam aut hortatur! proxime estis, ut dicitis: quorum communium filiorum utinam quamplurimos admittere coram et ad perfectius christianae vitae institutum arctioremque cum Eomano Pontifice coniunctionem - si quidem stimulis indigent - alloquendo excitare possimus. Vos autem omnes postremo dilaudantes, quod, pro optatis Nostris, parati estis ad Institutum Orientale, beic providentia decessorum Nostrorum conditum, aliquem mittere, quantum vobis licuerit, alumnum, caelestium gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecte fili Noster, venerabiles fratres, universoque clero ac populo dioecesis cuiusque vestrae, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xn mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

V

AD EMUM P. D. LUDOVICUM, TIT. SANCTAE MARIAE IN AQUIEO, S. R. E. PRESB. CARD. DUBOIS, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM: DE CANTU GREGORIANO IN RELIGIOSIS SORORUM CARMELITARUM FAMILIIS.

Eminentissime Seigneur, — Dé vives instances Nous ont été faites de votre part, Eminence, ainsi que de la part de plusieurs autres personnalités, pour que Nous déclarions Notre pensée au sujet du chant grégorien en relation avec la récitation sans notes, dite *recto tono,* en usage aux

Carmela de France, et ceci dans le but de faire cesser des doutes, des incertitudes et des anxiétés qui se sont vérifiées à ce propos. Le désir de répondre adéquatement, autant qu'il dépend de Nous, à cette instance et à ce noble but, Nous a fait considérer:

a) que Pie X de s. m., par le *Motu proprio* 22 Novembre 1903, faisait une prescription générale du chant grégorien dans les fonctions du culte;

b) que le même Pie X, par Eescrit 12 octobre 1911, en réponse à la demande de quelque Carmel, accordait gracieusement ou ordonnait: « servetur consuetudo ab origine »;

c) que les Constitutions primitives du Carmel prescrivent pour l'Office choral la récitation *recto tono* ou sans notes, et que rien n'a été modifié, à cet égard, par la récente (février 1924) révision des mêmes Constitutions de la S. Congrégation des Religieux;

à) que l'exception (surtout si elle est très limitée) n'infirme pas la règle et que la spécialité de l'office choral en usage aux Carmels est nécessairement très restreinte et isolée, assez justifiée d'ailleurs par le caractère même de toute la vie et profession de l'Ordre;

e) que, rigoureusement parlant, il n'est même pas question d'une exception proprement dite, ne s'agissant pas, au fond, d'un chant différent du grégorien, mais d'une simple récitation;

/) qu'enfin, dans quelques Carmels d'Espagne, le chant grégorien est en usage depuis quelque temps déjà et que certains Carmels français semblent favorables à l'adopter aussi.

Pour toutes ces considérations Nous jugeons à propos de devoir déclarer et Nous déclarons ce qui suit:

I. Nous n'avons eu.et n'avons aucune intention de donner des ordres précis, ni d'exprimer des désirs formels au sujet des usages choraux susdits reçus par les Carmels de France ou de n'importe quel autre pays, laissant libre chaque Carmel de se conformer à l'un ou l'autre usage selon que l'exigent les conditions locales.

II. Notre agrément pour l'usage du chant grégorien adopté par quelques Carmels, ne veut pas dire que la récitation *recto tono,* maintenue par d'autres, Nous soit moins agréée, car si Nous apprécions la conformité à la pratique commune de la liturgie, Nous apprécions aussi la fidélité aux traditions de famille légitimement reconnues et autorisées.

C'est vous dire, Eminence, les félicitations et les souhaits que Nous réservons à l'activité incessante que votre zèle, depuis de si longues années, consacre au triomphe du grégorien sur tous les autres chants dans les fonctions liturgiques.

. C'est aussi vous dire avec quels sentiments de toute particulière bienvieillanee Nous accordons la Blhédiction Apostolique à vous, à votre Archidiocèse, à toute la France.

Du Vatican, le .12 Octobre 1924.

PIUS PP. XI

VI

AI) R. P. D. CELSUM COSTANTINI, ARCHIEPISCOPUM TIT. THEQDOSTENSEM, DELEGATUM APOSTOLICUM IN SINIS: DE PRIMO PLENARIO CONCILIO SINENSI FELICITER CELEBRATO.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ante quam Vicarii et Praefecti Apostolici, sacris Missionibus immensae istius reipublicae praepositi, tecum in Concilium Plenarium coirent, Litteras tibi inscripsimus spei laetitiaeque plenas, quibus vobis omnibus vehementer optabamus, ut eventum istud plane singulare, in Sinisque antea inauditum, ad fidem Christi latius propagandam firmiusque stabiliendam quam plurimas quamque maximas haberet utilitates. Spem quidem hanc Nostram nec fuisse nec fore inanem, nisi aliati huc celeriter nuntii de Concilii laboribus, deque permotis rituum sanctitate ac celebritate Sinensium animis, aliquo pacto significassent, ex ipsa a vobis data, Concilio absoluto, ad Nos communiter epistula iure optimo coniecissemus. Memorabile sane spectaculum cepere oculis omnes, quotquot in urbe Shanghai frequentissima, eo tempore, versabantur: conspicere nempe licuit homines unum in locum congregatos e nationibus bene multis, e clero saeculari atque e religiosis paene omne genus sodalitatibus, qui nulla originis morumque varietate ac dissimilitudine distinebantur atque impediebantur, quominus in unitate fidei et vinculo caritatis non illa quidem quaererent ac décernèrent quae sua vel natriae ac sodalitatis cuiusque suae interessent, sed ea prorsus atque unice quae ad aeternam Sinensium salutem pertinerent. Dolemus profecto, in regionibus istis, quae albae\adlmessem videantur, ex bellis intestinis saenius aut rei catholicae incrementa intercipi aut christifidelibus et Missionum stationibus caedis vastitatisque conflari pericula: utinam pro optatis vestris quae ad Nos detulistis quaeque communia vobiscum habemus, « quam citissime pax Christi, etiam in Sinis, tamquam in regno Christi stabiliatur atque usque in finem perseveret ». Sollicita igitur prece Deo benignissimo instandum, ut, tanto martyrum sanguine tantisque missio-

nalium laboribus et aerumnis in numerationem istius populi eommotus, Ecclesiam suam, Sinis quam primum ad veram fidem religionemque conversis, innumerabili prole augeat ac laetificet; nec a vobis dissentimus, scribentibus praeterea, eiusmodi conversionem ipsi totius orbis terrarum paci ac prosperitati fore utilissimam. Certe, nemo non videt, arduum, qui istic impenditur in animas Christo lucrandas laborem, catholicorum omnium ope ac largitate adiuvari et fulciri oportere. Ad Nos, ceteroqui, quod attinet, sacris istis Missionibus non modo, quantum facultas feret, adfuturi Nosmet ipsi sumus, sed etiam officio Nostro communis caritatis in earum praesidium invocandam non defuturi, ut decessores suo Nostri non defuerunt. Quibus quidem de rebus a te, venerabilis frater, Plenarii Concilii Patres, in suum quemque territorium reversos, edoceri cupimus; iidem vero ne obliviscantur, se Nobis in medullis haerere, suumque apostolatum a nullo pluris fieri quam a Nobis, qui Petro in apostolatus principatu successimus. Caelestium interea gratiarum conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, universisque Sinensis Concilii Plenarii Patribus, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xii mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VII

AD R. D. IACOBUM OGIER, ANTISTITEM URBANUM, PRAESIDEM GENERALEM SODALITATIS « PRO PONTIFICE ET ECCLESIA ».

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Sodalitatem istam inter nationes constitutam, iucunde equidem legimus, alibi, etsi tantis horum temporum conflictatur difficultatibus, bona ea condicione esse qua antehac fuit, alibi, latius propagatam, uberiores edidisse fructus, alio denique, ut in Poloniam, ut in Sinas, invectam esse feliciter. Quae cum illuc potissimum spectet, ut mentes animosque sodalium et externorum Eomano Pontifici arctius obstringat, nulla Nobis potest esse cum s. m. decessore Nostro Pio X dissensio, qui ad vos olim scribebat, Sodalitatem vestram, inspecta eius utilitate atque opportunitate, satis laudari non posse. Certe inter ea, ad quae, proxime superioribus annis, agitatio vestra pertinuit, duo digniora memoratu videntur: alterum, quod, qui « dies Pa-

pae » suavissima sane appellatione significari consuevit, eum in paroeciis, quanto pluribus licuit, agendum curavistis, fidelibus precum officio, sacrae susceptione Synaxis divinique verbi praedicatione in Ecclesiae adspectabilisque eius Capitis obsequium studiumque exardescentibus; alterum, quod Pontificis necessitatibus levandis alendaeque ipsius in bonam causam inque egenos omnes liberalitati maiorem sodales stipem aut de re sua dederunt aut undique conrogarunt. At vero spiritum, quo imbuta est inde ab initio Sodalitas quemque vos adhuc integrum laudabiliter retinuistis, non tam servari posthac incolumem quam cotidie acrius foveri quoquo pacto oportet. Ad rem maxime proderit, si graviora Romanorum Pontificum Acta et documenta sodales non ignorent, quin immo et legendo et meditando in sucum et sanguinem convertant. Quando enim rectam perceperint doctrinam de divina Ecclesiae constitutione et de Romani Pontificis auctoritate, itemque germanam habeant notionem earum, quae rei publicae debent cum Ecclesia intercedere necessitudines, discent non modo veteres recentioresque errores refellere, sed etiam grato Apostolicam Sedem amantissimoque animo prosequi, quam noverint sibi ducem tam certum ad fidei constantiam aeternaeque salutis adeptionem a benignissimo Deo constitutam. Nec minus commode sodales vitam eorum ac scripta calleant, qui superiore aetate ardenter pro Pontifice et Ecclesia propugnavere. Digni profecto ii sunt, quos vestris, dilecte fili, ad imitandum proponatis; etenim, etiamsi eorum memoria vel apud nonnullos catholicos iaceat, attamen talibus Ecclesia defensoribus eget - ut ii fuere - qui in improborum offensionem invidiamque, quotiescumque res postulat, incidere nec recusent nec dubitent. Iam nihil est reliquum, nisi ut Sodalitati vestrae Nobis carissimae maiora in dies incrementa cupiamus: quorum quidem conciliatricem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, ceteris qui Foederi vestro in sua quisque natione suove quisque loco praesunt, et sodalibus universis, sive e clero sint, sive e populo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxm mensis octobris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

VIII

AD E. P. D. LTJDOVICUM PETIT, ARCHIEPISCOPUM ATHENIENSEM: DE CONTINUATA EIUS CURIS COLLECTIONE SACRORUM CONCILIORUM IOANNIS DOMINICI MANSI.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam, sacerdote I. B. Martin adiutore, typis Huberti Welter ad laudabile inceptum magnifice conspirantis, continuandam susceperas Ioannis Dominici Mansi sacrorum Conciliorum Collectionem, eam iam nunc, te curante, properare ad exitum, vidimus, haud ita pridem, perlibenter, cum duo volumina a te Nobis officiosissime oblata pervolutaremus, quorum alterum Concilii Oecumenici Vaticani Acta Praesynodalia, alterum Synodalia a prima Congregatione ad totam undetricesimam contineret. Dum autem pervolutabamus, non modo subiit cogitatio animum, quanto id maximae molis opus studio tibi et labore stetisset, sed etiam spes bona laetaque incessit, fore ut reliqua, quae edenda superessent, volumina brevi in lucem prodirent. Etenim, cum id unum petat Ecclesia *ne ignorata damnetur,* quo facilius in communem omnium, at saltem studiosorum, notitiam postremi illius Concilii Acta pervenerint, eo quidem clarius patebit, quam inscienter, quam temere, quam impudenter Ecclesiae adversarii fecerint, cum s. m. decessoris Nostri Pii IX consilium, eiusdemque effectum consilii, criminati sunt. Quisquis profecto litterarum monumenta attente consideret, quae ad diuturnam Concilii apparationem atque ad ipsos gravissimi celeberrimique Episcoporum consessus labores referuntur ac pertinent, eum necesse est, nisi animo sit in religionem infestissimo praeiudicatisve obcaecetur opinionibus, huc demum evadere, ut agnoscat fateaturque, non sine divino afflatu et praesidio Vaticanam universam Synodum et paratam et indictam et habitam esse; Pontificem praeterea, tot nominibus aeternitas atque immortalitati commendatum, non tam aetatis suae opportunitati - quod censores imbecilla acie negabant - serviisse, quam futuri temporis prospexisse ac praesensisse necessitates. Tibi igitur cum maximam habeamus gratiam, tum stimulos, si modo opus est, adiicimus, ut pergas alacer utilissimumque insequaris inceptum: quod ubi perfeceris, praeterquam quod tibi exegeris monumentum aere perennius, praeclare etiam de Ecclesia Sancta Dei promeritus eris. In quo caelestis sapientiae, bonorum adiutricis operariorum, adsint tibi lumina, precamur; horum autem auspicem, paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis

frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die v mensis novembris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

IX

AD EMUM P. D. IANUARIUM, EPISCOPUM ALBANENSEM, S. R. E. CARD. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, XXV NATALEM EPISCOPATUS SUI PROPEDIEM ACTURUM.

Venerabilis frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Nos sane delectat optimo cuique, si quid ipsi, divinae bonitatis gratia, faustum eveniat, gratulari in laetitiaeque partem venire; maxime vero si de aliquo agatur ex purpuratis Patribus, qui quidem, cum tam praecipuam Dei Vicario in regenda Ecclesia operam navent, praecipuam quoque a Nobis, uti par est, benevolentiam merentur. Itaque libentes admodum certiores facti sumus natalem te his diebus celebrare episcopatus tui quintum et vicesimum; eo magis quod neminem latet quam praeclare gesseris, hoc toto tempore, boni Pastoris partes, virtute simul et exemplo praefulgendo. Siquidem mirari Nos consuevimus, non modo illa animi tui ornamenta dignitatemque agendi, ut multa quidem munera, in catholicae rei emolumentum, eximie expleres, sed etiam vitae sanctimoniam, ut divinae gloriae aeternaeque proximorum saluti peculiari quodam studio semper incumberes. Quare facere non possumus quin debitas tecum Deo grates solvamus quod tantopere sollertiam tuam fortunarit; eumque enixe precamur ut multos praeterea tibi annos, meritorum similiter plenos, concedere benigne velit. Quo autem hanc fausti eventus laetitiam aliquo cumulemus pontificio munere, tibi damus ut, quo die volueris, sacris sollemni ritu operatus, adstantibus Nostro nomine benedicas, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Atque in caelestium donorum auspicium itemque in peculiaris benevolentiae signum, apostolicam, benedictionem tibi, venerabilis frater Noster, tuisque omnibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis novembris anno MDCCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

UTINEK-CONCOEDIEK

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quum natae essent controversiae circa exercitium curae animarum in locis vulgo *Carbona,* dioecesis Utinensis, et de *Brische,* dioecesis Concordiensis, auditis Ordinariis utriusque dioecesis, et habita ratione de iis quae Visitator Apostolicus retulit, suppleto etiam quorum interest vel sua interesse praesumant consensu, de consulto Emorum S. C. Consistorialis Patrum, SSmus D. N. Pius PP. XI, per hoc Consistoriale decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur, haec statuenda decernit, videlicet: fideles pagi vulgo *Corbona,* a paroecia S. Pauli, archidioecesis Utinensis, distrahit, eosque dioecesi Concordiensi aggregat, cum facultate eidem Ordinario Concordiensi, vel pagum ipsum vulgo *Carbona* in paroeciam erigendi, vel eos fideles cuivis paroeciae adiungendi; insuper incolas fractionis paroeciae de *Brüche,* Concordiensis dioecesis, finítimos paroeciae de Methuna, huic paroeciae unit, totamque hanc paroeciam, sic unitam, ab archidioecesi Utinensi separat, dioecesique Concordiensi tribuendam esse decernit: mutatis hac de causa finibus utriusque dioecesis et singularum paroeciarum, prout rationabiliter Ordinarii in Domino statuere iudicaverint.

Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda, idem SSmus Dnus deputare dignatus est R. P. D. Aloisium Paulini, Episcopum Concordiensem, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntiandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura: iniuncta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, transmittendi ad hanc S. C. authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 13 novembris 1923.

£8 C. **C**ARD. **D**E **L**AI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L . & S .

f Fr. Eaphael C, Ep. Volaterranus, *Adsessor.*

II

AUGUSTAK-MOKACEIST.: ET FRISLNGEN.

DE FINIUM DIOECESIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Ordinarius Monacen, et Ensingen, ab Apostolica Sede expostulavit, ut pagus *Garbertshausen,* nunc pertinens ad parochiam *Klenau* in dioecesi Augustana, aggregetur viciniori paroeciae *Hirschenhausen,* archidioecesis Monacensis et Frisingensis, cui iam antea unitus fuerat. Porro SSmus Dominus Noster Pius PP. XI, rei opportunitatem ac necessitatem perspectam habens, atque attento consensu Ordinarii Augustam, preces benigne excepit ac decrevit, ut memoratus pagus *Garbertshausen* a parochia *Klenau* et a dioecesi Augustana respective dismembretur et parochiae *Hirschenhausen* simulque archidioecesi Monacensi et Frisingensi, tam in spiritualibus quam in temporalibus, uniatur.

Ad haec exsecutioni mandanda idem Ssmus Dnus deputare dignatus est R. P. D. Eugenium Pacelli, Archiepiscopum titularem Sardian. et Nuntium Apostolicum in Germania, eidem tribuens omnes facultates ad id necessarias ; etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto demum onere transmittendi ad S. C. Consistorialem, intra sex menses, authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Contrariis quibusvis non obstantibus*

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 19 novembris 1924.

C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L. gs S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

16 octobris 1924. — Metropolitanae Ecclesiae Barensi praefecit R. P. D. Petrum Pomares, hactenus Episcopum Fodianum.

29 octobris 1924. — Metropolitanae Ecclesiae Beîlogradensi, E. P. Raphaelem Rodic, O. F. M., adhuc Administratorem Apostolicum Banatus Serbi.

— Cathedrali Ecclesiae Scopiensi, E. D. Ioannem Gnidovec, e Congregatione Missionis.

31 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Constantiensi, E. P. D. Theophilum **M.** Louvard, hactenus Episcopum Lingonensem.

5 novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Hierichuntinae, E. D. Tranquillum Silvestri, ex Instituto Veronensi Filiorum a Sacro Corde Iesu.

8 novembris. —- Cathedrali Ecclesiae Nemausensi, E. D. Ioannem Girbeau, Antistitem Urbanum, Vicarium generalem Bituricensem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Jassensi, E. D. Antonium Laubitz, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Edmundi Card. Dalbor, Archiepiscopi Gnesnensis et Posnanensis.

13 novembris. — Cathedrali Ecclesiae Cochabambensi, E. D. Iulium Garrettj canonicum ecclesiae metropolitanae de Plata.

— Cathedrali Ecclesiae de Potosi in Bolivia, nuper erectae, E. D. Cletum Loaiza, vicarium foraneum ipsius civitatis.

— Cathedrali Ecclesiae de Oruro in Bolivia, nuper erectae, R. P. Abelem Antezana, e Congreg. Missionariorum Filiorum Imm. Cordis B. M. V.

15 novembris. — Cathedrali Ecclesiae Pacensi in Bolivia, R. P. Augustum Sieffert, e Congregatione Ssmi Redemptoris.

17 novembris. — Cathedrali Ecclesiae de Tarija in Bolivia, nuper erectae, E. P. Raymundum Font, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. **M.** V.

18 novembris. — Cathedrali Ecclesiae Carpensi, R. P. D. Ioannem Pranzini, hactenus Episcopum titularem Diocaesariensem.

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia PP. XI, decretis Sacrae Congregationis de Religiosis:

6 februarii 1924. — Congregationem Filiorum Matris Dei Dolorosae, vulgo *Fratrum Doloristarum* nuncupatam,- cuius domus princeps in loco vulgo *Badzymin,* prope Varsaviani, sita est, *laudavit eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium, approbavit.*

J-8 iunii 1924. — Instituti Sororum a SSmo Salvatore, cuius domus princeps sita est in dioecesi Argentinensi, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Instituti Sororum vulgo *Réunion au Sacré-Cœur de Jésus* nuncupati, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationis Sororum Tertii Ordinis S. Francisci, a Nativitate Dominae Nostrae, vulgo *Darderas* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est in dioecesi Barcinonensi, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Congregationis Sororum, vulgo *Terziarie Francescane Elisabettíne* nuncupatarum, cuius domus princeps sita est Patavii, *Constitutiones definitive approbavit.*

21 iulii — Instituti Sororum *Filiarum Calvariae* nuncupati, cuius domus princeps sita est in archidioecesi Mexiean., *Constitutiones definitive approbavit.*

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Brevi Apostolico nominatus est:

29 octobris 1924. — *Vicarius Apostolicus de Kartum in Africa Septentrionali :* **B.** P. Tranquilms Silvestri, presbyter ex Instituto Veronensi Filiorum a Sacro Corde.

SACKA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA **SEU** FALISCODUKEK.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI LUCTAE FILIPPINI, FUNDATRICIS ATQUE ANTISTITAE INSTITUTI MAGISTRARUM PIARUM AB EIUS COGNOMINE NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?

In hac praenobili Causa, quae de virtutibus heroicis est venerabilis Ancillae Dei Luciae Filippini, initio ducto a probationibus, quippe quae,

ceu moris est et institutae quaestionis fert natura, iuridici fundamenti ponendae sunt loco, eas, quibus utuntur actores, eiusmodi se praebere datum fuit comperire, quales, pro Causae conditione, iussu praescriptoque legis afferri opus erat. Utroque siquidem constant illae et coalescunt elemento: orali videlicet satisque anulata, quam vocant, traditione, atque coaevo fìdeque historica digno venerabilis Famulae Dei vitae Commentario, nonnullis quoque eodem in Commentario insertis ab aequalibus pariter probatisque viris datis magni ponderis attestationibus.

Has proinde, ut supra recensitas, quae adhibentur, probationes sedulo attenteque animo volvere, et perlustrati idem profecto fuit atque cominus nosse probeque intelligere, quae fuerit praefata Ancilla Dei Lucia Filippini, quaeque, dum vixit, egerit illa et operata fuerit, apprime addiscere, mente repetere atque meditari. Quibus sane ex omnibus prudens quisque, aequus iustusque rerum aestimator facile adduci potuit adductusque reapse fuit, ut suaderet sibi eamdem venerabilem Luciam in christianae perfectionis semita, quam adgressa mature fuerat, eo fuisse progressant, ut heroicae virtutis gradum atque meritum adepta sibi esse dicenda sit. Ex eiusdem namque vivendi agendique ratione, quam, sicut exhibiti Summarii enarrant describuntque tabulae, tenuit perpetuoque illa servavit, ingens emergit studium, constans atque adsiduum, quo in persequenda propria sui status vocatione totam-venerabilis Dei Famula sese devovit, nec de pristino fervore quidquam remittere unquam est passa, etsi, quae e Sanctorum vitis abesse numquam solent, multae gravesque eam quoque tribulationes invenerint, aerumnae atque asperitates.

Revera, quoad inter vivos fuit ci. me. Marcus Antonius Cardinalis Barbarigo, Faliscodunensis Episcopus, cumque, eo demortuo, novus datus est Faliscodunensi ecclesiae Pastor, Pompilius Bonaventura, per integrum circiter vicennium, res Instituti Magistrarum Piarum perquam prospere feliciterque processerunt. Praeside namque venerabili Dei Famula, post primo erectam, anno millesimo septingentésimo septimo, heic alma in Urbe, voluntate et auctoritate Summi Pontificis fel. rec. Clementis Papae XI, domum, quae nunc princeps exstat ad Gymnasios, sibique promerita praeclara existimatione florescit, non paucae subinde novae apertae sunt domus, sive in ipsa Urbe, sive in variis, quae circum erant, dioecesibus non sine magna atque uberi christianae civilisque societatis permansura utilitate, Apostolicae Sedi subiecto firmiter manente Instituto cum sua Moderatrice generali, et Praelati a Pontificiis largitionibus regimini, curae et vigilantiae concredito, iuxta peculiares Constitutiones approbatas.

Quod si, in vivis adhuc agente et operante venerabili Lucia, postremis vero suae vitae annis, adversus ipsam venerabilem Dei Famulam eiusque

Institutum magna oborta est desaeviitque tempestas, haec tamen, omnia ad bonum trábente Deo, propitia exstitit occasio, ut, dum, tamquam aurum in fornace, probarentur venerabilis Ancillae Dei virtutes eoque ex experimento generosiore^ evaderent illae atque illustriores, insimul profundiores in dies suas radices ageret ab ea conditum Institutum. Quod propterea, post pretiosum illius obitum, conspicuos suos perrexit et pergit ferre et propagare fructus, eorumque vel ipsas facere participes remotas Americae septentrionalis plagas, industri providaque Magistrarum Piarum opera, quae, amantissimae Matris suaeque Conditricis spiritu imbutae et refertae, ab illa incoeptum solideque constitutum, quo ipsis laboriosius eo universae hominum consociationi fructuosius, mira constantia et alacritate prosequuntur opus. Ita, quod intus inerat, egressum est foras patuitque insigne huius Causae meritum, unaque cum illo perspicua facta sunt etiam Causae adiuncta, quae peculiarem quamdam ipsi imprimunt notam, eamque tempori magnopere opportunam faciunt atque accommodatam.

Quae hactenus disceptata sunt, quaeque ad instructum praecipue pertinent allatarum probationum, in medium proferre atque ad sanae critices normas recteque disserendi praecepta evolvere et enucleare scite apteque egregius sategit causae Patronus ex noviter praesertim deductis in novissima, quam ille sustinuit ex eaque superior discessit, concertatone; in generali nimirum, quae binas praehabitas, antepraeparatoriam et praeparatoriam, subsecuta est, Congregatione, quaeque, die decima prima huius currentis mensis, coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI coacta fuit. In qua a Reverendissimo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium: *An constet de virtutibus Theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Lueiae Filippini, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?* Qui convenerant Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine protulerunt suffragia, quibus tamen exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster supremum Sibi reservavit iudicium, cunctosque, qui aderant, est adhortatus, ut interim Secum férvidas Deo funderent preces ad caeleste lumen implorandum. Quumque mentem Suam postmodum manifestam facere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam vigesimam quartam et ultimam post Pentecosten; ideoque, Sacris devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri iussit Reverendissimos Cardinales Antonium. Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo

Mariani Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Ita constare de virtutibus Theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum; nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servae Dei Luciae Filippini, in gradu heroico, ut procedi possit ad ulteriora; ad discussionem nempe quatuor miraculorum.*

Hoc Decretum publici iuris fieri, et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit nono Calendas décembres anno MDCCCCXXIV.

© A. **C**ARD. **V**ICO Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

BENEDICTIO SEISMOGRAPH!

T. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

1^. Qui fecit caelum et terram et terram.

T. Dominus vobiscum.

13?. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui respicis terram et facis eam tremeré, hoc seismographon tua bene©dictione perfunde: et praesta; ut signa terrae trementis in ipso congruenter adnotentur, et ad utilitatem plebis tuae atque ad maiorem tui nominis gloriam promovendam recte intelligantur. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Virgo Maria dolorosissima, esto nobis propitia et intercede pro "nobis.

Sancte Emigdi, ora pro nobis, et in nomine Iesu Christi Nazareni defende nos, et hoc seismographon ab impetu terrae motus.

Ft asperga! seismographon aqua benedicta.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, supra descriptam formulam benedictionis seismographi adprobare dignatus est, eamque Appendici Ritualis Eomani proxime futurae editionis inseri mandavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 februarii 1924.

© A. **C**ARD. **V**ICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

BENEDICTIO BIBLIOTHECAE

y. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R¿ Qui fecit caelum et terram,

y. Dominus vobiscum.

1$. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, scientiarum Dominus, bene gg dictionem tuam super hanc bibliothecam benignus infunde; ut ipsa ab incendiis aliisque periculis tuta consistat et in dies congruenter augeatur, et omnes qui vel officii vel studiorum ratione huc conveniunt, in divinarum humanarumque rerum scientia tuique pariter dilectione proficiant. 'Per Christum Dominum nostrum.

M aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ARCHIVI

T. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Ri. Qui fecit caelum et terram.

f. Dominus vobiscum.

1$. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, veritatis et iustitiae amator, super hoc archivum, rerum gestarum documentis iuriumque instrumentis a temporum hominumque iniuria servandis constructum, bene£gdictionem tuam benignus infunde; ut ab incendiis aliisque periculis tutum consistat, et omnes, qui huc studiorum ratione conveniunt, veritati et iustitiae hauriendae fideliter incumbant, in tuique dilectione proficiant. Per Christum Dominum nostrum.

M aspergatur aqua benedicta.

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI, suprascriptos ritus et formulas benedictionis bibliothecae et benedictionis archivi approbavit, et appendici Ritualis Romani inseri et rite adhiberi benigne concessit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 iulii 1924.

gg A. **C**ARD. **V**ICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

BOMANA

CREDITI

Pio PP. XI féliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno tertio, die 21 iunii 1924, RR. PP. DD. Maximus Massimi, Pro-Decanus, Ponens, *Iulius Grazioli et Franciscus Parrillo, Auditores de turno, in causa* Romana, Crediti, *inter* Pontificium Collegium Germanicum-Hungaricum, *actorem, repraesentatum per Rev. D. Franciscum de Paula Nalbone, eiusdem Collegii Rectorem, et* 'Pontificium Collegium Graecum, *conventum, repraesentatum per legitimos procuratores DD. Ioannem Guasco, Sacri Consistorii advocatum, et Franciscum Ber sani, advocatum, sequentem tulerunt in gradu appellationis definitivam sententiam.*

Romae, anno 1768, publico contractu, Collegium Graecum, accepta summa septemdecim millium scutatorum a Collegio Germanico-Hungarico, supposuit quasdam aedes et generatim omnia sua bona censui, sese obligando ad solvenda singulis annis scutata quadringenta viginti quinque favore Collegii Germanici-Hungarici. Cautum autem fuit ut census seu reditus solveretur sexto quoque mense « liber, francus et exemptus ab « omni et quacumque impositione, taxa, gabella, tam imposita quam impo- « nenda, etiam ex dato et facto Supremi Principis, et absque ulla diminu- « tione liber ». Cum igitur, post centum amplius annos, Regni italici lege, census in casu subiectus fuisset novi generis tributo, quod italice appellant *Imposta sui redditi di Ricchezza Mobile,* pronum erat ut quaestio oriretur de valore clausulae huiusmodi prae lege, natura sua, non debitorem, sed creditorem gravante. At facto nonnisi his postremis annis res inter bina Pontificia Collegia est in controversiam deducta. Etenim initio tributum impositum fuit utrique Collegio, et ab utroque solutum per evidentem errorem. JSTam ad normam legis civilis (art. 15 *Legge per VImposta sui redditi di Ricchezza Mobile)* Collegium Graecum, utpote moralis persona, pro Collegio Germanico-Hungarico tributum solvere debebat, illudque ab hoc ipso Collegio repetere, censura, seu reditum minuendo. Cum autem anno 1882 Fiscus refudisset Collegio Germanico-Hungarico integram pecuniae solutae summam, hanc idem Collegium non sibi vindicavit, sed Collegio Graeco

reddidit die 6 aprilis 1883. Annis vero, qui secuti sunt, iuxta communem legem Collegium Graecum tributum, solvit pro Collegio Germanico-Hungarico, idque a censu solvendo detraxit. Tandem Collegium Germanieum-Hungaricum, attenta instrumenti, quam vidimus, clausula, cuius mentio invenitur in epistola quadam scripta pro Collegio Germanico-Hungarico ad Administratores Collegii Graeci anno 1918, quaestionem de clausulae valore legitime promovit atque Rotae proposuit libello diei 10 iulii 1922. Infelici sane exitu. Nam ad concordatum dubium.: « An Pontificium Colle- ct gium Graecum teneatur refundere Pontificio Collegio Germanico-Hunga- « rico taxam vulgo *Ricchezza Mobile* ab hoc Pisco solutam et solvendam «super censum in sorte scut. 17.000, de quo in instrumento 16 sept. 1.768, «rog. Quassa, et quoad praeteritum a qua die» *negative* respondit sententia rotalis diei 22 iunii 1923; Appellante autem Collegio Germanico-Hungarico, quaeritur: « An confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis « diei 22 iunii 1923, in casu ».

IN IURE. - Quaestio iuris, quae personarum contendentium ratione in Rota restituta agitur, saepius agitata est in foro saeculari italico. Neque tribunalium decisiones concordes fuerunt. Interdum, enim iudices, inferiores praesertim atque antiquioris potissimum temporis, tenuerunt pactum de censu praestando a debitore sine diminutione et exempto ab omni fiscali onere imposito, vel imponendo, porrigendum non esse ad novum tributum « sui redditi di Ricchezza Mobile ». Ita, ex. gr., tribunal Appellationis Florentinum, die 18 iunii 1877: «Il patto stipulato in un antico contratto di censo, che questo debba essere esente da qualsivoglia peso, defalco, diminuzione o spesa, non rende obbligato il debitore al pagamento dell'imposta di Ricchezza Mobile. Quando ancora le parti contraenti si fossero con quel patto volute riferire alle imposte per avventura gravanti, o che avessero potuto in progresso gravare la rendita, il patto medesimo sarebbe nullo in virtù della Bolla Piana » *(Il Foro Italiano,* a. 1877, 934-938). Atque tribunal Anconitanum, die 2 aug. 1878: « Nei contratti dei censi stipulati imperante ancora la Bolla *Cum onus* di Papa Pio V erano vietati sotto pena di nullità quei patti, onde all'uno dei contraenti si fossero addossati quegli oneri che per legge e per natura del contratto gravavano l'altro contraente. Di conseguenza nullo sarebbe stato il patto, per cui si fosse voluto porre a carico del debitore del censo la tassa di Ricchezza Mobile, che avrebbe un giorno colpito direttamente il creditore » *(La Legge,* a. 1878, II, 356). Recentius vere tribunal Appellationis Neapolitanum, die 14 martii 1919: « Se è valido, nella vigente legislazione, fra i contraenti, il patto che pone a carico del debitore della rendita perpetua l'imposta di Ricchezza Mobile,

ridiicendosi ad un aumento del tasso degli interessi convenzionali, che è libero, non così può ritenersi valido rispetto alla vigente tassa il patto degli antichi censi, di doversi la rendita perpetua corrispondere franca, libera ed immune da qualunque tributo, imposto o imponendo, giacché *voluntas contrahentium non est corrigenda ad incognita et ignorata tempore contractus* » {*Diritto e Giurisprudenza,* a. 1919, 422).

Sed praevaluit contraria sententia, quam secuta sunt Suprema tribunalia. Ita Romanum, die 11 aug. 1901: « È valido il patto con cui il debitore di un censo, costituito sotto l'impero della Bolla di Pio V *Cum onus,* si addossò l'obbligo di soddisfarlo Ubero ed esente da ogni gravame, dazio e tassa, come imposta così da imporsi... Non vi ha alcuna ragione 'per non estendere la validità del patto stesso all'esenzione dall'attuale tassa sulla Ricchezza Mobile, implicitamente e sostanzialmente voluta e preveduta con la locuzione generale adoperata, per esimerne il creditore e imporne l'onere o il rimborso al debitore... *Tale è la giurisprudenza di questo Supremo Collegio* » (cfr. Cassazione di Roma, 12 marzo 1901,14 marzo 1901, 18 marzo 1901, in *Rivista di Diritto Ecclesiastico,* a. .1901, 532-538). Et tribunal Florentinum, die 31 dee. 1918: « Non contravviene alle disposizioni della Bolla *Cum onus* di Pio V vigente all'epoca della costituzione di un Censo e nel relativo contratto espressamente richiamata, il patto con cui si stabilisce che il canone, fissato in modesta misura, non debba esser gravato, neanche in futuro, di alcun peso a carico del creditore. Fra tali pesi futuri ed eventuali, da cui si volle esonerato il creditore, deve ritenersi compresa l'imposta di R. M. sul canone, la quale perciò nei rapporti fra i contraenti deve far carico al debitore » *(Il Foro italiano,* a. 1919,1019-1022).

In hac altera sententia fuerunt PP., haud dubii quin pactum controversum et validum sit, non obstante lege a Pio Y lata, et ita interpretandum ut ipsum, novi generis tributum *sui redditi di Ricchezza Mobile* complectatur.

Equidem, ad pacti validitatem quod attinet, Bulla Pii V *Cum onus,* lata anno 1570, ait (§ 9): « Annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure et ex natura contractus non spectarent ». Ende arguerunt Doctores « non valere pactum, quod debitor census teneatur exonerare emptorem census ab omni indictione, decimatione vel tributo a tyranno, iure vel iniuria, imponendo, ratione reditus per eum. adquisiti vel possessi » (Cencius, *de Censibus,* p. II, c. I, q. III, a. 6, n. 1).

Attamen rigida haec regula, hoc sensu intellecta, si unquam recepta fuit, cursu temporis in desuetudinem, vel Eomae, abiisse videtur. Ortis autem tempore Pii VII quaestionibus de pacti controversi valore, authenticae prodierunt declarationes, validitatem pacti firmantes. Etenim, in *Reformatione legum super impositione et solutione veetigalium,* diei 19 mar-

tii 1801, Pius VII statuerat: « Avendo Noi considerato che *i censi,* canoni e frutti compensativi costituiscono a favore dei creditori di essi una certa proprietà e diritto sui fondi censiti, livellari e soggetti alla prestazione dei frutti compensativi suddetti, quindi, nell'atto che obblighiamo i possessori dei fondi rustici al pagamento della Tassa di paoli sei per ogni libbra, ci è sembrato anche giusto ordinare, come in fatto ordiniamo, la loro proporzionata rindennizzazione per mezzo della ritenzione da farsi da essi di una parte dei frutti che pagano ai loro creditori, la quale però voghamo che si eseguisca *pro rata commodi,* e non in altra proporzione ». Cum onus in casu gravaturum esset creditorem ex natura contractus, iuxta ipsa pontifìcia verba, « i censi... costituiscono a favore dei creditori una certa proprietà e diritto su i fondi censiti », contrarium pactum illicitum atque nullum-fuisset ad normam regulae Pii V. Sed, contra, pactum legi praevaluit.

Nam Cardinalium Congregatio, instituta ad cognoscendas quaestiones, quibus nova lex occasionem esset datura, aperte dixit: « che in tutti i casi nei quali fra due contraenti siasi convenuto nella formazione dei loro contratti, che i canoni, *censi,* livelli, frutti compensativi e altre simili annue prestazioni, debbano farsi libere e franche da ogni gabeUa e tassa imposta e da imporsi, di qualunque genere e natura si sia, o con altri termini ed espressioni equivalenti, i prefati creditori di *censi,* livelli e frutti compensativi non saranno tenuti a concorrere in alcuna parte al pagamento della dativa reale; ma dovrà il pagamento della medesima interamente rifondersi sopra i debitori dei predetti canoni, *censi,* livelli e frutti compensativi ». Ubi patet pactum de solvendo censu sine diminutione, exempto ab omni onere fiscali « di qualunque genere e natura si sia », nullam prorsus exceptionem vel limitationem pati ad liceitatem et validitatem quod attinet.

Cardinalitiae Commissionis decisio, legitime probata, publici iuris facta est per Edictum Cardinalis Camerarii diei 21 iunii 1806. Quod Pius VII confirmavit in *Motu proprio* de reformanda publica administratione, die 6 iulii 1816, statuens: « Sono confermate e, dove faccia di bisogno, rinnovate tutte le disposizioni relative ai *patti di assunzione dei pesi,* e altri oggetti, contenuti nella Notificazione emanata a nome della Congregazione Economica... nel dì 21 giugno 1806 ». Hanc ipsam regulam, censuum creditoribus favorabilem, declaravit N. S. O., ut videre est in una *Romana, Pecuniaria,* diei 29 martii 1816, coram Bussio iuniore, et in una *Romana, Emphyteusis,* diei 14 maii 1824, coram de Cursus.

Statuta pacti validitate, eiusdem interpretatio natura sua nullam peculiarem difficultatem habet. Itaque si cautum fuit, ut census solvatur exemptus ab omni onere fiscali,' tam imposito, quam imponendo, ratio non suppetit cur excludatur a pacto imponendum onus fiscale *sui redditi di*

Ricchezza Mobile. Neque enim consistere videntur argumenta in contrarium, Nam quod voluntas trahi non potest ad incognita et ignorata, vel etiam incogitata, tempore contractus, eatenus urgeret exclusionem novi tributi a pacto convento, quatenus probaretur contrahentes nullimode potuisse praevidere novum tributi genus, quod reditum ipsum percelleret. Atqui contrarium, non tantum suadetur propter facilitatem praevisionis, sed etiam facto probatur. Ita audivimus Cencium disputantem de valore pacti, quo emptor census exoneraretur ab omni tributo imponendo, *ratione reditus* (**1.** c). Et in citata Romana, *Emphyteusis,* diei 14 maii 1824, coram De Cursus, disseritur de pacto, ubi, sub formula « purché però i dazi e i pesi non venissero posti sopra i canoni » expresse praevidetur vectigal indicendum a Principe *super unis fructibus census... seorsum a praedio* (1. c).

Minus quoque valet ratio derivata ex eo quod novum tributum, de quo agitur, impositum fuerit a civili auctoritate super ipsis bonis ecclesiasticis. Quod contrahentes Romae, sub regimine Summi Pontificis, facile praevidere non poterant. Nam voluntas contrahentium naturali rationi ferebatur non in ius, sed in factum tributi imponendi, iure vel iniuria. Quin etiam, qui cautiones adhibebat adversus factum Supremi Principis, censendus est non minus sibi cavere voluisse adversus omnem aliam auctoritatem.

Animadverterunt autem PP. assertae controversi pacti interpretationi, non tantum non obstare, sed potius favere, invocatam ab appellata sententia auctoritatem Cardinalis De Luca *(De Pensionibus,* disc. XXXIII, n. 14-15). Qui, etsi de pensione loquatur, non de censu, tamen clausulam *de exemptione ab omni onere et contributione, ex quavis cmisa, quantumvis speciali ac privilegiata,* ita interpretatur, ut exemptio procedat « quoad *onera ordinaria vel extraordinaria decimarum et collectarum aliarumque contributionum,* sive etiam quoad, realia pro expensis culturae et collectionis cum similibus », non autem « circa illas expensas quas erogare oportet in eam causam ob quam ipsa substantia pensionis sustineatur ». Atqui patet novum, tributum *sui redditi di Ricchezza Mobile,* ipsa sua natura *tributi,* accensendum esse contributionibus, non expensis erogandis ut rei substantia salva sit. Ceterum PP. adnotatum voluerunt, non sine errandi periculo argui a pensione ad censum, cum aliud, sit pensio, aliud census.

IN **F**ACTO. - Pactum, quo Collegium Graecum anno 1768 convenit cum Collegio Germanico-Hungarico, ut census solveretur «über, francus et « exemptus ab omni et quacumque impositione, taxa, gabella, tam imposita « quam imponenda, etiam ex dato et facto Supremi Principis, et absque « ulla diminutione liber », licitum validumque fuisse, constat ex iis quae supra sunt exposita. Quod ipsum suadebant adiuncta contractus, cui pactum insertum fuerat, publice initi inter duo Pontificia Collegia, idque Romae.

Sed praeterea aequum bonum pactum illud ostendit lex ipsa census constituti « ad rationem scutatorum duorum et obolorum quinquaginta « monetae quolibet pro centeno et anno ». Tenuissimus scilicet erat reditus, temporum quoque habita ratione, ut arguitur ex Constitutione, tum satis recente, Benedicti XIV *Ci è stato riferito,* reditum permittente multo maiorem (4 %). Quod hodie CoUegium Graecum negare non potest, cum facultatem contractus ineundi tunc a Summo Pontifice imploraverit, « a solo «fine di estinguere altro (censo) di simil sorte, *contratto già con le dovute « licenze,* per essere il nuovo censo *vantaggioso* allo stesso Collegio, perchè *« di minore usura* ». MI igitur mirum quod tenuis census exigeretur immunis ab omni onere fiscali, vel imponendo.

Pacti autem verba satis superque ostendunt partium voluntatem de reditu solvendo immuni ab omni prorsus onere fiscali, haud exceptis illis quae Supremus Princeps esset in posterum impositurus. Quare, post ea quae in iure vidimus, praeiudiciales rationes in contrarium adductas refutantes, iam patet Collegium. Graecum pacto teneri ad solvendum novum tributum *sui redditi di Ricchezza Mobile* pro Collegio Germanico-Hungarico, cui reditus sine diminutione est pendendus.

Susceptum vero onus Collegium Graecum excussisse contraria conventione nullatenus probatur. Nam, nullum exhibitum est documentum, praetensam habens conventionem. Quae autem adducta sunt ad arguendam conventionem, nihil probant nisi factum iam pacificum solutae a Collegio Germanico-Hungarico taxae.

Itaque constat inde ab anno 1883 Collegium Graecum, solvens ad normam legis taxam *sui redditi di Ricchezza Mobile,* pro Collegio Germanico-Hungarico, propter censum de quo agitur, ad normam eiusdem legis, censura creditori pependisse, taxa detracta. Constat quoque anno 1883, die 6 aprilis, Collegium Germanicum-Hungaricum reddidisse Collegio Graeco solutam pro anteactis annis taxam. Sed inde Collegium Graecum praescriptionem frustra ad onus excutiendum invocare, patet, ut alia omittantur, vel ex defectu temporis per legem definiti.

Profecto, si ad rem locus sit praescriptioni, haec haberi non potuit, nisi impleto quadraginta annorum spatio. Exploratum enim est legislatione canonica Codice antiquiore, contra immobiles res *ecclesiasticas,* etsi ageretur de inferioribus ecclesiis et institutis, praescriptionem non processisse, nisi ad tempus quadraginta annorum fuisset producta (Wernz, *Ius Decret.,* III, 304). In casu autem agitur de re ecclesiastica, rebus immobilibus accensenda, ut bene tenet appellata sententia, sed praescribenda ad antiquae legislationis normam, contra regulam ab appeUata sententia statutam. Cum enim lex nova brevius spatium praestituerit, annorum tri-

ginta, praescribendis rebus immobilibus, pertinentibus ad personas morales ecclesiasticas, excepta nempe Sede Apostolica alia regula utente (can. 1511), servanda est classica iuris norma, ut praescriptionis iam inchoatum tempus impleri debeat antiqua mensura, nisi antequam impleta fuerit antiqua, impleatur nova, *computanda tamen ab introducta nova lege* (Cfr. Cod. civ. ita!., *dispos, trans.,* a. 47). Neque contra requisitum quadraginta annorum spatium utiliter in casu a Collegio Graeco invocatur principium quod *privilegiati non utitur privilegio contra aequaliter privilegiatum, sed privilegia conquassantur.* Nam « privilegium speciale praefertur generali. Sic fit, quando una ecclesia praescribit contra aliam ecclesiam... ecclesia praescribens solum est privilegiata in genere ... altera vero ecclesia privilegiata in specie» (Reiffenstuel, *Ius Canon.,* IV, tit. XXXIII, n. 72).

Quadraginta vero annorum possessio non habetur in casu. Possessionis enim initium factum est anno 1883, quo primum Collegium Graecum censum minuit pendendum creditori, taxa detracta, atque pro anteactis annis taxam solutam recepit. Minime vero licet Collegio Graeco initium possessionis retrotrahere, eo praetextu quod superiorum annorum tributa ipsi refusa fuerint. Etenim possessio, cum sit res facti, hanc remotionem non admittit. Eadem de causa possessionem supplere nequit ius quod Collegium Graecum ad normam legis communis habuit, vel ante annum 1883, detrahendi a censu seu reditu solutam taxam. Cum enim facto non detraxerit, possessio prorsus defuit. Constat autem,, idque appellata sententia admittit, praescriptionem interruptam fuisse anno 1922. Nam eo anno, die 10 iulii, Collegium Germanicum-Hungaricum exhibuit Eotae libellum litis introductorium. Quod satis fuit ad interrumpendam praescriptionem. Etenim Codex, statuens praescriptionem interrumpí citatione legitime peracta (can. 1725, 4°), addit « nisi aliud cautum sit, ad normam can. 1508 », quo canone praescriptionis institutum generatim recipitur pro bonis ecclesiasticis « prout est in legislatione civili respectivae nationis ». Atqui civili lege italica: « La prescrizione... è interrotta civilmente in forza di una domanda giudiziale ... » (art. 2125, Cod. Civ.). Ceterum citatio legitime peracta est die 10 novembris eiusdem anni 1922. Possessio ergo, inchoata anno 1883, finem habuisse censetur anno 1922, antequam quadraginta annorum spatium impleretur.

Cum autem Collegium Graecum susceptum onus non excusserit, refundere debet Collegio Germanico-Hungarico taxam ab hoc indebite solutam, nisi invocata praescriptione ab hac restitutione excusetur. Iamvero nova lege canonica (can. 1508; art. 2144. Cod. civ. it.): « Si prescrivono col decorso di cinque anni le annualità delle rendite perpetue e vitalizie ... e generalmente tutto ciò che è pagabile ad anno o a termini periodici più

brevi ». Et Supremum Civile Tribunal tenuit: « Sono soggetti alla prescrizione quinquennale i rimborsi di tassa di Ricchezza Mobile sopra rendite per censo... (il debitore di un censo) non può esimersi dal rimborso al creditore delle *ultime cinque annualità* di Ricchezza Mobile pagate pel censo stesso » (Corte di Cassazione di Roma, 18 marzo 1901, e 11 agosto 1901. Cfr. decis. 14 marzo 1901, 1. c). Regulam autem hanc de praescriptione quinquennali, late receptam, atque aequitati prorsus congruentem, «ne praestationes annuae, si essent nunc solvendae, civium facultates exhaurirent » (Genicot, *Theol. Moral.,* ed. IX, n. 494), PP. duxerunt sequendam, canonico iure non repugnante, vel pro tempore antecedente Codicem iuris canonici promulgatum, attenta quoque modica vi singularum annuarum ratarum partium. Itaque Collegium Graecum utiliter invocat praescriptionem pro ratis partibus taxae maturatis ante quinquennium computandum a die oblati Rotae libelli, retrorsum, id est ante diem 10 iulii 1917. Cui neque bona fides defuit, neque iustus titulus, cum faveret communis lex, non una tribunalium civilium decisio, atque ipse modus, quem Collegium Germanicum-Hungaricum tenuisset, praesertim refundendo census debitori summam pecuniae a Fisco repetitam.

Itaque PP. dixerunt Collegium Graecum debere ipsum solvere taxam vulgo *Ricchezza Mobile* pro Collegio Germanico-Hungarico, cui integer pendendus est census, eidemque refundere taxam solutam pro ratis partibus maturatis a die 10 iulii 1917.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes: « *Negative,* ad primam partem; « *Affirmative* ad alteram », seu « senientiam rotalem diei 22 iunii 1923 esse « infirmandam ». Expensas autem iudiciales compensatas inter partes esse volumus.

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Codicis iuris canonici, praesertim tit. XVII, lib. IV* *de exsecutione sententiae,* iis adhibitis exsecutivis ac coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 21 iunii 1924.

Maximus Massimi, Pro-Decanus, *Ponens.*
Iulius Grazioli.
Franciscus Parrillo.

APPENDIX

SACROSANCTA PAPALIS ARCHIBASILICA LATERANENSIS

ROGITUS TRANSLATIONIS ET TUMULATIONIS EXUVIARUM LEONIS XIII P. M.

In nomine Domini. Amen. - Anno Dominicae Nativitatis millesimo nongentesimo vigesimo quarto, vi kal. novembres, Pontificatus Ssmi Diu nostri Pii Papae XI anno in. - Solemnium decimae sextae centenariae Dedicationis Lateranensis Archibasilicae opportunitatem nactus, Ssmus Dnus noster, precibus Emi Capituli Lateranensis favens, benigne annuit ut Summi Pontificis Leonis XIII fel. rec. mortales exuviae, abhinc annos viginti unum in temporaneo loculo Vaticanae Basilicae quiescentes, inde removerentur et ad Lateranensem Archibasilicam, in locum ab ipso Pontifice designatum ac in monumentum a Cardinalibus ab eo creatis affabre exstructum, transferri possent.

Cum vero omnia, remotis arbitris, essent parata, die vigesimo secundo huius mensis octobris, hora vigesima prima noctis, capsae in quibus Pontificis exuviae erant inclusae, privatim, nulla pompa nulloque hominum concursu, e Vaticana Basilica ad Palatium Apostolicum Lateranense, per ianuam quae Baptisterium Constantinianum prospicit, translatae sunt. Inde autem porticibus in Basilicam inlatae, in sacello a Severina gente, nigris velis mirifice ornato, depositae sunt. Quinque continuis diebus Pontificis mortales exuviae frequenti fidelium concursu magno honore affectae sunt.

Hodie, prope sacellum Ssmi Sacramenti, ante monumentum quod, artífice équité Torquato Tadolini, honori et memoriae eiusdem Pontificis erectum est ad latus dexterum magnae absidis, quam Pius IX inchoavit, ac Leo XIII magnifico opere complevit, tumulationis causa translatae sunt.

Igitur, praesentibus Emo Card. Basilio Pompilj, Lateranensis Archibasilicae Archipresbytero, pontificalibus paramentis induto, aliisque Emis Patribus Cardinalibus; Emo Capitulo Lateranensi eiusque Vicario, et singillatim Emis Dñis Petro Cisterna et Angelo Mariani, Camerariis; Ioanne Bressan et Iosepho Quadrini, fabricae Ecclesiae praepositis; Carolo Sica, Archiepiscopo tit. Damasceno, a Secretis Capituli; Carolo Eespighi, apostolicis caeremoniis praefecto, testibus a me rogatis; necnon quibusdam illustribus viris, de gente etiam defuncti Pontificis; prima capsa ex ulmo detracta est, ac a Patre Eiño Cardinali Archipresbytero aliisque praeclaris viris diligenter recognita sunt - in plumbea

secunda capsa - integra et intacta sigilla, quae in prima depositione apposita fuerunt.

Cum denique omnia, iuxta Caeremoniale depositionis Summorum Pontificum, rite peracta sunt, deducta brevi pompa, hymnumque *Benedictus* musicis caneutibus, capsa continens exuvias Leonis Papae XIII in monumentum, a parte postica, inlata est: quae pars de praesenti per fabros murarios, posito hoc titulo LEO XIII, marmore inscripto, muro clausa est.

Quae omnia ego infrascriptus Cancellarius Lateranensis Archibasilicae vidi et scripsi, adstantibus et videntibus testibus uti supra rogatis. Originale autem instrumentum, rite subscriptum, in locum depositionis immissum est: exemplar eiusdem in Archivum Lateranensis Archibasilicae servandum -traditum est.

Datum Eomae ad Lateranum, die, mense et anno de quibus supra.

L. © S.

Subsignati:

* ✠ VINCENTIUS CARD. VANNUTELLI, Episc. Ostien. et Praenestinus, *Datarius.*

✠ BASILIUS CARD. POMPILJ, Episc. Veliternen., *ArcJiibasilieae Lateranensis Archipresbyter.*

RAPHAËL CARD. MERRY DEL VAL, *Basilicae Vatieanae Archipresbyter.*

PETRUS CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

CAROLUS SICA, Arch. tit. Damascenus,
PETRUS CISTERNA,
ANGELUS MARIANI,
IOANNES BRESSAN,
IOSEPH QUADRINI,
CAROLUS RESPIGHI.

Ioannes Giontoni, *Cancellarius.*

DIARIUM ROMACTAE CURIAE

Mercoledì 20 novembre la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in Udienza solenne, per la presentazione delle lettere credenziali, S. E. il Signor Barone **GIULIO DE BORNEMITZA**, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Ungheria.

SAOEA CONGEEGAZIONE DEI EITI

Mercoledì 5 novembre .1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Beverendissimi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Giovanni Eudes, Missionario Apostolico e Pondatore della Congregazione di Gesù, e Maria, volgarmente detta degli *Eudisti,* i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì .11 novembre 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi *V* augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Lucia Filippini, Fondatrice e Superiora dell'Istituto delle Maestre Pie, dette, dal suo cognome, *Filippini.*

Martedì 18 novembre 1924, presso l'Emo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della Causa di Beatificazione o Dichiarazione del Martirio dei Servi di Dio, Giovanni De Brebeuf, Gabriele Lalemant, Antonio Daniel, Carlo Garnier, Natale Chabanel, Isacco Jogues, Sacerdoti, nonché Renato Goupil e Giovanni de la Lande, Coadiutori, della Compagnia di Gesù, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati officiali e dai Consultori teologi si è discusso il dubbio, se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi dei medesimi Servi di Dio, che si asseriscono uccisi in odio alla Fede.

Martedì 25 novembre 1924, Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria,* nella quale al giudizio degli Emi e

Rmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria della Solitudine Torres Acosta, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Serve di Maria, Ministre degli Infermi.

IL Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Emilia De Vialar, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe dell'Apparizione.

Martedì, 2 dicembre 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'Augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione Generale dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali con i Rmi Prelati Officiali e Consultori teologi, che la compongono, hanno emesso il loro voto sopra il dubbio, detto del *tuto,* per la solenne Canonizzazione del Beato Giovanni Battista Maria Vianney, Confessore, Parroco del luogo detto *Ars,* nonché sopra due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Beata Maddalena Sofìa Barat, Fondatrice della Società delle Suore del Sacro Cuore, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOTIFICAZIONE

In seguito a domanda, si notifica che *l'Unione Internazionale delle Leghe Cattoliche Femminili,* di cui la Signora F. Steenberghe-Engeringh è attuale Presidente, è la *sola* Unione Internazionale Femminile che sia stata autorizzata ed incoraggiata dalla Santa Sede, e di cui gli Statuti siano stati approvati dalla medesima.

Si richiama opportunamente su ciò l'attenzione dell'Episcopato edel Clero cattolico.

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 ottobre 1924. Gli Emi Signori Cardinali Aidano Gasquet, Francesco Ehrle e Luigi Sincero, *Membri della Baerà Congregazione Ceremoniale.*

30 » » L'Emo Sig. Card. Luigi Sincero, *Membro della Pontificia Commissione per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

» » » Monsig. Pietro Pisani, Arciv. tit. di Costanza di Scizia, *Consultore della medesima Pontificia Commissione**

10 novembre 1924. Il Revmo Sac. Prof. Ernesto Ruffini e il Revmo P. Pietro Vidal S. L, *Consultori delia Suprema Sacra Congregazione dei S. Officio.*

» » » Il Revmo P. Alberto Vaccari S. I. e il Revmo P. Giovanni Battista Frey della Congregazione dello Spirito Santo, *Qualificatori della Suprema Sacra Congregazione del S. Officio.*

» » » Monsig. Alfonso Carinci, *Consultore della S. C. del Concilio.*

14 » » L'Emo Sig. Card. Giovanni Bonzand, *Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

29 » » Monsig. Giuseppe Zaccarella, Pro-/Spretano *delle Letter e Latine.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 agosto 1924. Monsig. Enrico Quattrocolo, *Prelato Uditore nel Tribunale della Sacra Romana Rota.*

14 novembre » L'Emo Sig. Card, Giovanni Bonzano, *Protettore delle Suore della Provvidenza in « Saint Mary of the woods».* (Indiana, **U.** S. A.).

Assistente al Soglio Pontificio:

14 novembre 1924. Monsig. Carlo Falcini, Vescovo di S. Miniato.

Protonotario Apostolico ad instar participantium:

.16 novembre 1924. Monsig. Emmanuele Diaz Calderón, dell'archidiocesi di Angelopoli.

Prelati domestici di S. S.:

13 settembre 1924. Monsig. Patrizio L. Mahony, della diocesi di Nashville.

29 ottobre » Monsig. Guglielmo Quinn, della diocesi di Lincoln (U. S. A.).

6 novembre » Monsig. Pietro Stroomer, della diocesi di Harlem.

12 » » Monsig. Carlo Curran, della diocesi di Indianapolis

13 » » Monsig. Alessandro Grigaitis, della diocesi di Sejny.

» » » Monsig. Stanislao Rospond, della diocesi di Cracovia.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

12 novembre 1924. Al sig. Francesco Giuseppe Reitz, della diocesi di Indianapoli.

II Cavalierato dell'Ordine Piano:

24 ottobre 1924. Al sig. Mohammed Agha, della città di Zagho in Mesopotamiae

29 » » Al sig. Emilio Gaviez, della diocesi di Meissen.

» » » Al sig. conte Alessandro Datti, Guardia Nobile di S. S.

La Oran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

13 ottobre 1924..Al sig. conte Giuseppe Somssich de Saard (Ungheria).

10 novembre » Al sig. conte Emmanuele Peretti della Eocca, Direttore degli Affari Politici di Francia.

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe cwile:

17 maggio 1924. Al sig. Giovanni Singerberger, della diocesi di Milwaukee.

13 ottobre » Al sig. Giulio Ullmann de Eréhy, dell'archid. di Strigonia.

22 » » Al sig. cav. Gabrio Frigo, della diocesi di Vicenza.

28 » » Al sig. cav. Giuseppe Vastapane, dell'archidiocesi di Torino.

19 novembre » Al sig. Giuseppe Musso, della medesima archidiocesi. -

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

8 ottobre 1924. Al sig. Leonardo Van den Brooke (Olanda).

16 » » Al sig. ing. Luigi Antonini, dell'archidiocesi di Milano.

25 » » Al sig. avv. Enrico Eipert, della diocesi di Marsiglia.

» » » Al sig. Edoardo Michiels, dell'archidiocesi di" Malines.

» » *y>* Al sig. Edoardo De Köster, della medesima archidiocesi.

29 » » Al sig. Igino Busetti (Eoma).

» » » Al sig. Natale Pinat, della diocesi di Grenoble.

7 novembre » Al sig. Pietro Gerardo Bnskens, della diocesi di Harlem.

» » » Al sig. Paolo Ludovico Ernesto Gigon, della diocesi di Amiens.

17 » » Al sig. Giovanni Morsani (Eoma).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

4 ottobre 1924. Al sig. dott. Icilio Feliciani (Eoma).

29 » » Al sig. ing. arch. Giuseppe Momo, della diocesi di Fano.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

18 ottobre 1924. Al sig. Ferdinando Mueller, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

» » » Al sig. Stefano Bierner, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. Antonio Schlueter, della medesima archidiocesi.

29 » » Al sig. Selim Effendi Djembart, del Vicariato Apostolico di Siria.

17 novembre » Al sig. Edoardo Steyaert, dell'archidiocesi di Malines.

MAGGIORI)OMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

31 ottobre 1924. Monsig. Ferdinando Ferrari, della diocesi di Guastalla.
3 novembre » Monsig. Ernesto Ferrano, dell'archidiocesi di Milano.
5 » » Monsig. Tommaso Mika, della diocesi di Budejovice.
» » » Monsig. Francesco Ondok, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Budaf, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Edoardo Balestra, dell'archidiocesi di Ancona.
» » » Monsig. Giuseppe Radicioni, della medesima archidiocesi.
14 » » Monsig. Giovanni Madej, della diocesi di Cracovia.
15 » » Monsig. Ferdinando Hrdy, della diocesi di Parenzo.
» » » Monsig. Giorgio Hoeger, dell' archid, di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Giovanni Bednarek, della diocesi di Breslavia.
» » » Monsig. Giuseppe Bulowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Enrico Hoogveld, dell'archidioc. di Utrecht.
» » » Monsig. Giuseppe Carlo Schrijnen, della medesima archidioc.
18 » » Monsig. Giuseppe F. Fraitzheim, della diocesi di Little-Rock.
» » » Monsig. Agostino P. Gallagher, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo J. Carroll, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gualtiero J. Tymin, della medesima diocesi.
22 » » Monsig. Michele Marmora, della diocesi di Assisi.
24 » » Monsig. Luigi Cammarota, della diocesi di Caltanissetta.
25 » » Monsig. Elia Lutzu, della diocesi di Ozieri.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerart di S S.:

23 gennaio 1923. Il sig. marchese Riccardo de Ghantuz Cubbe (Roma).
6 novembre 1924. Il sig. conte Arturo de Marchant et d'Ansembourg, della diocesi di Ruremonda.
» » » Il sig. conte Rodolfo de Marchant et d'Ansembourg, della medesima diocesi.
15 » » Il sig. barone Edmondo Raitz de Frentz, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

5 novembre 1924. Monsig. Giovanni Spannbauer, della diocesi di Budejoric«,
19 » » Monsig. Carlo Cesca, del Patriarcato di Venezia.

Cameriere d'onore di Spada e-Cappa Soprannumerario di S. S.:

26 agosto 1924. Il sig. Eduardo Fernandez Molina, dell'archid. di Granata.

Chierico della Cappella Pontificia:

24 novembre 1924. Il Eev.do sac. Carlo Chiesa Bini.

NECROLOGIO

19 novembre 1924. Emo Sig. Card. Michele Logue, del titolo di S. Maria della Pace, Arcivescovo di Armagh.

Annus XVI - Vol. XVI 31 Decembris 1924 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

Feria V, die 18 decembris 1924, in Palatio Apostolico Vaticano, fuit Consistorium secretum, cuius acta ex ordine sic referuntur:

I. - OPTIONES PP. CARDINALIUM

Emus Ioannes Cardinalis Bonzano, dimisso titulo Sancti Pancratii, optavit titulum Sanctae Susannae. Emus Michael Cardinalis Lega, Diaconus Sancti Eustachii, optavit ad ordinem Presbyterorum. Emus Aidanus Cardinalis Gasquet, Diaconus Sanctae Mariae in Porticu, optavit ad ordinem Presbyterorum.

II. – ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI ET DEPUTATIO TRIUM CARDINALIUM A LATERE LEGATORUM

VENEEABILES FEATEES

Nostis qua praecipue de causa in sacrum consistorium vos hodie convocaverimus, nempe ut, quae, more institutoque decessorum Nostrorum, in Iubilaeo maximo inchoando servari oporteret, ea, vobiscum communicando, statueremus. Verumtamen, ante quam rem aggredimur, nonnulla sunt, eademque maximam partem laetabilia, quae amplissimo in hoc consessu vestro recolamus, non quo vobis sint inexplorata atque ignota, sed quia communem libet quasi renovare et amplificare laetitiam.

Praeclara sane animo Nostro obversantur ab anno ad exitum iam properante allata auspicato catholicae Ecclesiae beneficia: quae quidem talia sunt/ ut nescias utrum magis mirere, benignitatemne Dei, qui superiorum mensium eventa ad gloriam suam animarumque salutem singulari prorsus providentia ordinaverit, an excitatas acrius ad provehendum Christi regnum virorum sacri ordinis fideliumque voluntates.

Atque placet in primis de Concilio Plenario nonnihil attingere, quod in Sinis habitum iri, vobis in hac ipsa aulae maiestate mense martio nuntiavcramus: de Concilio, inquimus, quod immensis iis interminatisque regionibus, quasi quaedam inter tenebras aurora, feliciter primum illuxit. In urbem Shanghai, praeside Delegato Nostro, Sinensium sacrarum Missionum Yicarii ac Praefecti convenere ad unum omnes; nullum aut stirpis aut patriae aut religiosae sodalitatis discrimen impulit, ut in diversa studia ac consilia discederent; una iis Eedemptoris Christi caritas, una Apostolicae Sedis reverentia, una populi illius, evangelica luce carentis, miseratio. Itaque de ordinandis aptius rebus laboribusque, de maturanda Sinarum Christo adiunctione, sententias inter se conferre; ardorem quisque suum prudentiaeque fructus experiundo quaesitos communicare cum ceteris; sapientissima denique decreta conficere. Concilium sollemnibus caeremoniis et pompa, triumphi haud dissimili, absolutum: cerneros ad insuetum spectaculum efferri catholicorum civium spiritus, stupere ac commoveri ethnicos cives. Quanta autem rei catholicae in ***m*** regionibus incrementa per inductam novam rerum temperationem sint obventura, licet iam nunc prospicere, et licebit fortasse Nobismet ipsis suo tempore comperire, si quidem benignissimus- Deus huius lucis usuram protulerit: at gaudemus interea, quod in agrestem eum campum episcopi, missionales indigenaeque superiorum aetatum, immo etiam nostrae, tantum prof udisse sudoris ac sanguinis nequiquam non videntur.

Nec profecto minor laetitiae causa exstitit ex Conventu quarto, quem Pium Apostolatus Opus, a beatissimis viris Cyrillo et Methodio nuncupatum, in civitate Velehrad, prope venerabile

Methodii ipsius'sepilieran), mense iulio agendum curavit. Propositum eiusmodi Conventui, quemadmodum tribus prioribus, Orientalium populorum, qui a catholico nomine defecissent, cum Ecclesia Romana unitatem provehere. Liquet, tentari rem, cum aliqua boni exitus spe, non posse, nisi deposita hinc eâ, quam saeculorum decursu combiberat vulgus de Orientis Ecclesiarum doctrinis institutisque, vanitate opinionum, exploratâque illinc interius Patrum suorum cum latinis in unam eandemque fidt in consensione; haberi praeterea ultro citroque in spiritu fraternae caritatis disceptationes oportere. Oonstat, Venerabiles Fratres, hac de causa viros satis multos, eosdemque veteris controversiae scientissimos, in civitatem, quam nominavimus, coivissé, atque, ut optare Nos per Litteras ad Archiepiscopum Olomucensem datas significaveramus, complures e dissidentibus fratribus interfuisse, reliquis paene omnibus e longinquo in Conventus labores animum intendentibus; bona quidem voluntate utrinque disputatum; inter alia, quae possent faciliorem orientalibus munire viam ad eo, cum sanctorum caelitum Ecclesiae suae gaudio, remigrandum, unde discessio non ante saeculum nonum facta esset, visum est, incorruptam servari liturgiam veterem Slavam eiusque edi divulgarique monumenta, et non modo in athenaeis Seminariisque latinis - quo quidem spectat Institutum hac Alma in Urbe a proximo decessore conditum, a Nobis autem amplificatum et auctum - doctrinas Orientalium sacras coniunctasque cum iis disciplinas alumnis, quoad fieri poterit, copiose tradi, sed etiam de hisce ipsis argumentis, in peculiaribus coetibus, per Conventus, praesertim Eucharisticos, inter nationes in posterum habendos, accurate referri. Quid, quod hoc ipsum consilium egregii ii viri, qui Conventum Amstelodamensem ordinaverunt, absolutum, quarto die ante quam Velehradensis inchoaretur, felici quadam futurarum rerum praesensione ac scientia, occupaveranfr? Nam episcopi et sacerdotes, alii ex alio orientali ritu, sociis tum nonnullis e Sacra Congregatione Ecclesiae Orientalis negotiis praeposita adiutoribus, tum praeside illius, quod memoravimus, pontificalis Instituti, Amstelodami, in peculiarem ac proprium congregati coetum, de suae

Ecclesiae fide, historia, ritibus, praesertim quod ad Eucharistiam pertineret, et erudite et ad mentes inlustrandas percommode ' disseruerunt. Ex qua quidem studiorum materiaeque novitate recte dixeris Amstelodamensi Conventui Eucharistico, ex omnibus, nationibus septimo ac vicesimo, aliam quandam accessisse singularem notam, praeter eam, quam ipsa indiderat loci condicio, quod nempe, perinde ac Londinensis, in tali civitate haberetur, quae longe maximam partem ex acatholicis constaret. O quam « cor nostrum ardens erat in nobis », dum de eo evento sane pulcherrimo nuntii afferebantur. Atque etiamnunc videre propemodum videmur Stadium Amstelodamense in mirandam Batavae fidei pietatisque palaestram conversum, cum, coram ingenti multitudine, per Legatum Nostrum pontificalia sacra, catholicorum maiestate rituum, ibi agerentur, aut magnifica Augustum Sacramentum pompa circumduceretur: quae profecto sollemnia eum mirifice auxerunt caritatis ignem, quo vel coetus celebrando, vel sacram Synaxim suscipiendo, vel divinum Sacramentum adorando publicae venerationi propositum, fideles Batavi advenaeque frequentissimi exarserant. Nec praetereundum putamus, acatholicos ipsos cives non tani se ab violandis patriae caritatis hospitiique officiis abstinuisse, quam reverentia et inclinatione quadam voluntatis amplissimas illas fidei nostrae significationes intuitos esse ac prosecutos; quibus grato animo commemoramus Augustam Eeginam veluti praeivisse, ut quae salutem a Conventus praesidibus, omnium nomine coeuntium, officiose datam benignissimis verbis reddiderit.

Conventum Amstelodamensem - ut ceteros, quamquam non sine magno animarum emolumento actos, omittamus - nonnulli exceperunt, quorum fama atque utilitas nec facile nec proxime evanescet. Panormitanum dicimus, item Eucharisticum, quasi ad sollemnia trecentesimi anni ab detecto feliciter Eosaliae Virginis corpore dignius fructuosiusque concludenda, Praeside Cardinali Legato Nostro, habitum; Washingtoniensem praeterea Sodalicii a Sanctissimo Dei Nornine, longe lateque, per Foederatas praesertim Americae Civitates, propagati; Hannoverensem catholico-

rum ex omni Germania tertium ac sexagesimum ; Oaroloregiensem denique iuventutis catholicae Belgicae : quibus quidem Conventibus suae cuique constant peculiares laudes. Panormi enim, haud ignoratis, Venerabiles Fratres, praeter expiatam ingenti cum fructu multitudinem, ardentiores Sieulorum e tota insula spiritus in eas singularis pietatis empisse significationes, ut nihil posset supra. Ad Washingtoniani vero quod attinet, cum eo talis confluxisset sodalium advenarumque numerus, cuius parem usque adhuc, nullo unquam tempore, ii cives vidissent, res pie magnificeque acta, quo potissimum die Legatus Noster Conventum dimisit: in cumulum accessit Praesidis ipsius Foederatarum earum Civitatum contio, qui de sancto Sodalicii proposito, de reverentia Dei Nomini debita, de iniuriae in Deum turpitudine deque posito humanae auctoritatis in divina fundamento, communi adstantium omnium assensu atque plausu, et diserte et recte admodum dixit. Conventus autem Hannoverensis mentionem idcirco hoc loco facimus, tum quia seriem, post bellum, celeberrimorum redintegratam annuorum Conventu um-feliciter provexit, quibus rei catholicae prosperitatem magna ex parte Germania debuit, tum quia, - ut est in Diaspora habitus in eaque praeterea urbe, quae inlustris civis sui Ludovici Windthorst cineres immutata veneratione custodit, - visus est Nobis valde profuturus et spiritualibus ex bello damnis reparandis, quae maiora profecto sint ubi catholici mixti cum acatholicis multo pluribus vivunt, et catholicorum e Germania actioni in pristinum efficientiae gradum restituendae. Exspectationem vero omnem ii catholici e Belgica iuvenes videntur superasse, qui Caroloregium, numero ad triginta circiter millia, convenere alacres. Qui quidem, in septemdecim dispertiti coetus, quorum alii aliud argumentum . tractandum incumberet pro multiplici earum varietate rerum, ad quas hodie, plus quam alias, florentis aetatis ferri actionem oporteat, dignam senioribus ad communes disceptationes prudentiam attulerunt, quae miríficas haud ita multo post editura est utilitates ; cum autem, post signa sodalitatis quisque suae compositi instructique, hymnos concinendo, praecipuas urbis vias circumierunt, quemnam non pepulisset tam insigne et fidei et

pietatis et iuvenilis ardoris spectaculum? Quodsi in Belgica quoque haud desunt adulescentes, operarii potissimum, quorum, quod sunt sibi relicti, et religiosos sensus et emolumenta vitae tueri opus sit, certe nihil non est commodi iis opificibus ex hoc iuvenum catholicorum apostolatu sperandum.

Item in Gallia, his ipsis diebus, ex ea temporum condicione, nec felici sane nec optabili, hoc feliciter exsistit ut quotquot sunt catholicae professionis ac nominis mirabili quadam consensione foedus inter se societatemque coniungant ob tuendas religionis res: quod quidem est et gallicae gentis res praestantia - simas quin etiam animarum salutem ac Numinis ipsius iura tueri.

Habetis, Yenerabiles Fratres, quae quantaque catholici vel exterarum regionum Nobis haud ita pridem solatia praebuerint: quodsi nubes alicubi concrescere videntur, utinam offusam mentibus caliginem discuti contingat, ne in detrimentum nationum ipsiusque societatis hominum recidat quicquid odii invidiaeque Ecclesiae et religioni conflatur ac struitur. Quo loco Nos continere non possumus, quin de legationis regressu loquamur, quam ad Russos sospitandos, qui fame et multiplicibus morbis laborarent, favente coeptis Nostris, incredibili quadam liberalitate, christiano populo paene universo, in eas vastissimas regiones miseramus. Est profecto cur legatis iis Nostris publicum tribuamus praeconium, quod grave laboriosissimumque munus sic obierunt, ut plene Nobis satisfecerint: qua quidem laude Nostra eo/digniores habendi sunt, quo maiores oppetiere, aspersas sibi, molestias in ope tantae hominum, puerorumque praesertim, multitudini, misericorditer ferenda, quamquam qui, nullo habito religionis discrimine, christianae caritatis spiritu dumtaxat permoverentur ac ducerentur, eos consentaneum fuerat non modo omni impedimento exsolvi, sed ipsa reipublicae rectorum gratia atque auctoritate sustentari. Ad nos autem quod attinet, deliberatum Nobis est, quoad facultas tulerit, pergere, ut adhuc fecimus, Russis, cum domi degentibus, tum patria extorribus subvenire, qui duriore fortuna connectantur. Non uni quidem

Nos yideamur, ea beneficentiae ratione apud Russorum populum instituta, quam diximus, iuvasse quodam modo rei publicae genus, quod tantum abest ut probemus, ut contra qui in tot tantaque mala apud eumdem populum levanda animum viresque tandiu intendimus, ad officium communis a Deo commissae Nobis paternitatis pertinere censeamus omnes imprimisque populorum rectores monere enixeque in Domino hortari, ut quotquot sunt publicae prosperitatis et pacis amatores, sanctitatis familiae et humanae dignitatis cultores, viribus unitis gravissima certissimaque ex socialismo et communismo, qui dicuntur, discrimina et damna (debita sane habita ratione et cura de evehenda opificum ac generatim omnium humilium hominum condicione), a se suisque arcere studeant. Quod ut Deus optimus maximus dominator gentium et populorum servator benignissime praestet incessanter exoramus, atque ut omnes in universo mundo fideles, per annum sanctum Iubilaei Nobiscum exorent instanter rogamus.

Sed ad alia gradum iam nunc faciamus, quae Almam hanc Urbem proxime contingunt. Translatum est tandem a Petriana Basilica ad Lateranensem venerabile corpus immortalis memoriae decessoris Nostri Leonis XIII, in eoque - plerisque vestrum praesentibus - conditum sepulcri monumento, quod Cardinales ab eo creati, nobilissimo pietatis gratique animi exemplo, affabre exstruendum curaverant. Quod Pontifex vivus avebat testamentoque caverat, ut, vixdum opportunitate data, exuviae in eo templo requiescerent suae, quod, sibi non uno nomine earum, mirabili artifìcio ampliatum ornasset, id Nos effectum dari eo libentius iussimus, quo diutius, nempe ab ipsis Pontificatus primordiis, rei perficiendae consilium desideriumque in animo insederat atque in ore fuerat Nostro. Nancti autem sumus - quod idem clerus Lateranensis, deliberationi Nostrae quasi obvius, a Nobis demisse postulavit - occasionem, qua nulla videretur aptior, exeuntis sexti decimi saeculi a dedicata Christi Dei Servatoris Basilica Constantiniana. Silere autem de saecularibus hisce sollemnibus Episcopum Romanum dedeceat, quae, iussu Nostro, ab eius templi Cardinali Archipresbytero et clero splendide magnificeque

apparata atque acta, eademque a vobismet ipsis romanae Purpurae maiestate adornata, quot producta sunt in dies, tot diebus ad Ecclesiam omnium orbis ecclesiarum matrem et caput, mirum quam multi e populo confluxerint. Et confluxere quidem, non quasi ad spectaculum, ut interdum homines consueverunt, sed ut, excitata acrius avita fide, qua ethnicam pravitatem devictam et Basilica et cetera in Laterano monumenta declarabant, itemque animis divini epuli susceptione incensis ad insistendum maiorum vestigiis, coram Imagine Christi Servatoris Acheropita ad altare princeps proposita, suae officia pietatis exsequerentur. Ista quidem quam iucunda, quam grata Nobis acciderint, facile, Venerabiles Fratres, intellegitis : verum Nostram ardor ille explevit delegationem, quo plerique episcopi et canonicorum ordines per terrarum orbem, cum gratulando, tum collata pro viribus stipe, tum etiam habitis ad populum contionibus indictisque supplicationibus, insignem hanc Romanae Ecclesiae faustitatem laetitiamque f3articiparunt.

At vero multo uberiorem exspectationem spiritualium fructuum Nobis Iubilaei maximi celebratio commovet, quam propediem, singulari Dei beneficio, auspicaturi sumus. Annum Sanctum, ut nemo unus ignorat, inchoari consuevit aperiendis Basilicarum Patriarchalium Portis, eo nimirum ritu, qui, cum vetustissimam revocet publicae paenitentiae consuetudinem et publice paenitentium disciplinam, natus aptus ad fovendam animorum expiationem videatur. Itaque pridie Natalis Domini, exemplo decessorum Nostrorum, Portam Sanctam Basilicae Vaticanae Nosmet ipsi, Deo dante, aperiemus. Cum autem id ipsum ad reliquas Patriarchales Basificas eodem die eademque hora per Legatos Nostros fieri oporteat, auctoritate Dei omnipotentis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, Legatos Nostros eligimus ac renuntiamus Venerabiles Fratres Nostros Caietanum S. R. E. Cardinalem De Lai, Episcopum Sabinensem, Sacri Collegii Subdecanum, qui Portam Sanctam Basilicae sancti Pauli nomine Nostro aperiat; item Basilium S. R. E. Cardinalem Pompilj, Episcopum Veliternum, Basilicae Lateranensis Archipresbyterum,

qui Portam eiusdem Basilicae nomine Nostro aperiat; denique Vincentium S. B. E. Cardinalem Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum, Basilicae Liberianae Archipresbyterum, qui Portam eiusdem Basilicae nomine Nostro aperiat. In nomine Pa £g tris, et Ei gg Iii, et Spiritus £g Sancti. Amen.

Legatis autem hisce Nostris facultas esto, omnibus, quotquot praesentes sacro ritui intererunt, auctoritate Nostra, plena proposita admissorum venia, benedicendi.

Undique interea, Venerabiles Fratres, nuntiatur atque affertur fideles bene multos, per Anni Sancti decursum, huc esse peregrinaturos, immo etiam non paucos eo ipso, quo Iubilaeum inchoabimus, die in hac Alma Urbe adfuturos. Quo quidem populari studio Nostris invitationibus hortationibusque obsequendi confidere profecto iubemur, fore ut eiusdem Anni celebritas non sine praeclaris praetereat utilitatibus. Placet quoque certiores vos facere, quae Expositio sacrarum Missionum Vaticana vocari solet, fieri non posse quin ea ex optato succédât, novumque, per inusitatum rerum ac paene laborum spectaculum, intuentium animis ardorem iniiciat ad largiter missionalium indigenarumque necessitatibus opitulandum. Benignitati igitur Dei Nobiscum, Venerabiles Fratres, gratiam habetote, quod proximus annus, cum reditum ad gratiam aut altioris perfectionis adeptionem fidelibus quamplurimis, tum infidelibus longe, quam ante, frequentioribus aditum ad veram Christi Ecclesiam maturabit.

Relinquitur ut Sacrum Episcopalem Ordinem suppleamus.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Tum Ssmus Dominus Noster his, quae sequuntur, Ecclesiis proprios Pastores assignavit, nimirum:

Metropolitanae Ecclesiae Ss.mi Salvatoris in Brasilia praefecit E. P. D. Augustum Alvarum da Silva, hactenus Episcopum Barrensem.

Metropolitanae Ecclesiae Caesaraugustanae, E. P. D. Eigobertum Domenech y Valls, hactenus Episcopum Maioricensem et Ibusensem.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cyrrhensi, R. P. Seraphinum Cimino, O. F. M., Delegatum Apostolicum in Republica Mexicana.

Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mytilensi, B. D. Antonium Ioachimum Pereira, canonicum ecclesiae cathedralis Portugallensis eiusdemque dioeceseos Vicarium generalem, quem deputavit in Auxiliarem Emi P. D. Antonii Cardinalis Mendes Bello, Patriarchae Lisbonensis.

Cathedrali Ecclesiae Ripanae, cum Ecclesia Montis alti in personam unitae, R. P. D. Aloisium Ferri, Episcopum Montis alti, qui posthac Episcopus Montis alti et Ripanus appellabitur.

Cathedrali Ecclesiae Fodianae, cum Ecclesia Troiana in personam unitae, R. P. Ï). Fortunatum Farina, Episcopum Troianum, qui posthac Episcopus Troianus et Fodianus appellabitur.

Cathedrali Ecclesiae Oxoniensi, R. P. D. Michaelem de Sanctis Diaz y Gomara, hactenus Episcopum Thagorensem.

Cathedrali Ecclesiae Massanae, cum Ecclesia Liburnensi in personam unitae, R. P. D. Ioannem Piccioni, Episcopum Liburnensem, qui posthac Episcopus Liburnensis et Massanus appellabitur.

Cathedrali Ecclesiae Brictinoriensi, cum Ecclesia Sarsinatensi in personam unitae, R. P. D. Antonium Scarante, Episcopum Sarsinatensem, qui posthac Episcopus Sarsinatensis et Brictinoriensis appellabitur.

Cathedrali Ecclesiae Flacentinae in Hispania, R. P. D. Iustum Rivas y Fernandez, hactenus Episcopum Prienensem.

Cathedrali Ecclesiae de Santos nuper erectae in Brasilia, R. P. D. Iosephum Mariam Ferreira Lara, hactenus Episcopum Amazonensem.

' *Cathedralibus, Ecclesiis Hagulstadensi et Novocastrensi,* invicem perpetuo unitis, RJ. D. Iosephum Thorman, parochum Sancti Andreae in civitate Novocastrensi.

Cathedrali Ecclesiae Lancastrensi, nuper erectae in Anglia, R. D. Wuistanum Pearson, e Congregatione anglica O. S. B.

Cathedrali Ecclesiae Sancti Christophori de Laguna seu de Tenerife, R. P. Albinum Gonzalez Méndez Reigada, O. P.

, *Titulari episcopali Ecclesiae Ticeliensi,* R. D. Silverium Velasco Perez, canonicum poenitentiarium ecclesiae cathedralis Oxomensis, quem deputavit Administratorem Apostolicum Ecclesiae Civitatensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Platearum et Praelaturae nullius dioeceseos Ss.mae Conceptionis de Araguaya, R. P. Sebastianum Thomas, O. P.

Titulari episcopali Ecclesiae Chamachensi et Praelaturae nullius dioeceseos Sancti Iosephi de Grajahu, R. P. Iulium Colombo (Eobertum a Castellarla), O. P. M. Capuccinorum.

Titulari episcopali Ecclesiae Agathopolitanae et Praelaturae nullius dioeceseos de Bono Iesu de Piahuy, E. P. Paschalem Miguel, Ordinis Redemptionis captivorum B.M.V, de Mercede.

Titulari episcopali Ecclesiae Diocaesariensi, R. D. Ludovicum Kerkhofs, canonicum cathedralis Leodiensis et praesidem maioris Seminarii, quem elegit Coadiutorem eum iure futurae successionis R. P. D. Martini Huberti Rutten, Episcopi Leodiensis, Eupensis et Malmediensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Tricalensi, R. P. Robertum Lagaë, O. P., Vicarium Apostolicum de Uellé orientali.

Titulari episcopali. Ecclesiae Sidymorum, R. D. Paulum Leonem Cornelium Montaigne, e Congregatione Missionis, Vicarium Apostolicum de Ce-li centrali. • -

Titulari episcopali Ecclesiae Issensi, R. P. Theodorum Buddenbrock, e Societate a Verbo Divino de Steyl, Vicarium Apostolicum de Kansù occidentali.

Titulari episcopali Ecclesiae Usulensi, R. P. Natalem de Cleene, e Congregatione Immaculati Cordis B. M. V. de Scheut, quem elegit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Camilli Van Ronslé, Vicarii Apostolici Leopoldopolitani.

Insuper Beatissimus Pater alios quoque per Apostolicas Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet:

ARCHIEPISCOPOS : -

Ancyranum, Orestem S. R. E. Card. Giorgi, qui titulum dimisit post consecrationem.

Angelorum, Petrum Vera.

Tarsensem, Alexium Henricum Mariam Lépicier.

Anazarbensem, Raymundum Albinum Netzhammer, iam Archiepiscopum Bucarestiensem.

Cyzicensem, Antonium Papp, iam Episcopum Munkacsiensem Ruthenorum.

Beneventànum, Aloisium Lavitrano, iam Episcopum Cavensem et Sarnensem.

Barensem, Petrum Pomares, iam Episcopum Fodianum, nuper defunctum.

Beïlogradensem, Raphaelem Ioannem Bodic.

Buearestiensem, Alexandrum Cisar, hactenus Episcopum Iassiensem.

EPISCOPOS:

Sobralensem, Iosephum Tupinambà de Frota, iam Episcopum de Uberaba.

Telmissensem, Ioannem Camillum Costes.

Constantiensem, iosephum Freri.

Garzonensem, Iosephum Lopez.

Ibaguensem, Petrum Rodríguez.

Adrahensem, Iosephum Kupka.

PMladelphiensem, Agnellum Eenzullo, iam Episcopum ísTolanum.

Zaraitensem, Felicem Bilbao y Ugarriza.

Megarensem, Amandum Carolum Vanuitven.

Monoecensem, Mauritium Clement.

Soanensem-Pitilianensem, propter unionem in personam, Gustavum Matteoni, Episcopum Grossetanum.

Germanieianensem, Ioannem Sastre y Riutort.

Antiphrarum, Ludovicum JSTestorem Renault.

Arabyssensem, Stephanum Alencastre.

Venusinnm, propter unionem in personam, Albertum Costa, Episcopum Melphiensem et Rapollensem.

Mutilensem, propter unionem in personam, Rogerium Bovelli, Episcopum Faventinum.

Nolanum, Aegistum Melchiori.

Miletensem, Paulum Albera, iam Episcopum Flaviopolitanum.

Amisenum, Constantinum Bohatshewskyi.

- *Zelemem,* Basilium Takacs.

MhodiopoUtanum, Iosephum Plagens.

Sanctae Rosae de Osos, Michaelem Angelum Builes.

Gaudisiensem, Michaelem Gonzi.

Coadiutorem cum iure futurae successionis *Conimbricensem,* Antonium Antunes, Episcopum Bhithymnensem.

Hieropolitanum, Iosephum Bombera.

OMahomensem, Franciscum Clementem Kelley.

Natchetensem, Eichardum 0'Gerow.

Botucatuensem, Carolum Duarte Costa.

Sorocabanum, Iosephum Carolum Aguirre.

Be Juiz de Fora, Iustinum de Santa Anna.

Be liberaba, Antonium Lustosa.

Trapezopolitanum, Innocentium Eugelke.

Titopolitanum, Alfridum Langlois.

Tavianum, Godericum Kean.

Munkacsiensem Ruthenorum, Petrum **Gebe.**

Lebediensem, Dionysium O'Donaghue, iam Episcopum Ludovicopolitanam.

Papiensem, Iosephum Ballerini.

Reatinum, Maximum Einaldi.

Flaviopolitanum, Michaelem Franciscum Glancey.

Hamiltonensem, Ioannem Thomam Mae Nally, iam. Episcopum Calgariensem.

Thebanum, Guillelmum Bürger.

Premisliensení Latinorum, Anatolium Nowak, iam Episcopum Irenopolitanum.

Herbipolensem, Matthiam Ehrenfried.

Larinensem, Oddonem Bernacchia.

Novariensem, Iosephum Castelli, iam Episcopum Cuneensem.

Samaritanum, Antonium Lippolis, iam Episcopum Exentinum.

Lycopolitanum, Ludovicum Antonium Castro, iam Episcopum Sancti Caroli Ancudiae.

Sancti Caroli Ancudiae, Abraham Aguilera, iam Episcopum Issensem.

Thermularum, propter unionem in personam, Oddonem Pernacchia, Episcopum Larinensem.

tfcopiensem, Ioannem Gnidoveé.

Constantiensem, Theophilum Mariam Louvard, iam Episcopum Lingonensem.

Hierichuntinum, Tranquillum Silvestri.

Nemausensem, Ioannem Girbeau. -

Iassensem, Antonium Laubitz.

, *Coeabambensem,* Iulium Garrett.

De Potosí, in Bolivia, nuper erecta, Cletum Loaiza.

De Oruro, nuper erecta, Abelem Isidorum Antezana.

Pacensem, seu de Pace, Augustum Sieffert.

De T arija, nuper erecta, Raymundum Pont.

Carpensem, Ioannem Pranzini, iam Episcopum Diocaesariensem.

ABBATEM:

Beatae Mariae Auxiliatricis de Belmont, Vincentium Taylor.

IV. - ASSIGNATIO TITULORUM

Deinde Ssmus Dnus Noster evehere dignatus est pro hae vice Diaconiam Sancti Eustachii in titulum presbyteralem, quem contulit Rmo Michaeli Cardinali Lega, atque Diaconiam S. Mariae in Porticu pariter in titulum presbyteralem, quem contulit Rmo Cardinali Aidano Gasquet., Titulum vero Sanctae Susannae contulit Rmo Cardinali Ioanni Bonzano.

V. - POSTULATIONES PALLIORUM

Denique Beatissimus Pater benigne admisit postulationes Sacri Pallii, factas pro archiepiscopalibus Ecclesiis *Beneventana, Angelorum, Calcuttensi* ex successione, *Bellogradensi, Armachanae* item ex successione, *Bucarestiensi, Ssmi Salvatoris in Brasilia* et *Caesaraugustana;* itemque, ex privilegio, pro episcopalibus Ecclesiis *Constantiensi* et *Papiensi.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, dato die 12 decembris, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, praeficere dignatus est Ecclesiae metropolitanae Bucarestiensi E. P. D. Alexandrum Cisar, hactenus Episcopum Iassiensem.

II

PROVISIO ABBATIAE

Item decreto Sacrae Congregationis Consistorialis, dato die 12 decembris, Ssmus Dnus Noster, benigne confirmans electionem, a capitulo regulari monasterii canonice factam, Abbatiae *Nullius dioeceseos* B. M. Auxiliatricis de Belmont praefecit E. P. Vincentium Taylor, Congregationis Americanae O. S. B.

III

DESIGNATIO

Ad normam can. 1594 Codicis iuris canonici R. P. D. Archiepiscopus Emeritensis designavit pro appellationibus Episcopum Sancti Christophori de Venezuela. Quam designationem Ssmus Dnus Noster approbare dignatus est.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 9 dicembre 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi Signori Cardinali e con il voto dei Revmi Prelati e Consultori Teologi, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Ven. Servo di Dio Vincenzo Maria Strambi, della Congregazione dei Chierici Regolari Scalzi della Santissima Croce e Passione di Nostro Signore Gesü Cristo, già Vescovo di Macerata e Tolentino.

Martedì 23 dicembre 1924, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e con il voto dei Rmi Prelati e Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio se consti del martirio, della causa del martirio e dei segni o prodigi delle Venerabili Serve di Dio Ifigenia da San Matteo, della Congregazione delle Suore dell'Adorazione perpetua del Santissimo Sacramento; Elisabetta Teresa del Sacro Cuore di Gesù, dell'Ordine delle Orsoline; Maria Rosa, dell'Ordine di San Benedetto; Maria da S. Enrico, dell'Ordine Cistercense e Compagne, che si asseriscono uccise in odio alla Fede, in Oranges, nel luglio del 1794.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

24 novembre 1924. Monsig. Federico Umbach, della diocesi di Osnabrück.
» » » Monsig. Antonio Polánsky, della diocesi di Budejovice.
» j » » Monsig. Giovanni Datei, délia diocesi di Neosolio.
26 » » Monsig. Luigi Baldisserri, della diocesi di Imola.
1 dicembre » Monsig. Guido Duane Hunt, della diocesi di Salt-Lake.
» » » Monsig. Enrico Wientjes, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Patrizio Sheehan, della medesima diocesi.
2 » » Monsig. Domenico Saldinari, dell'archidiocesi di Modena.
11 » » Mousig. Guglielmo von der Fuhr, dell'archidiocesi di Colonia.

11 dicembre 1924. Monsig. Giovanni Brand, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Stockhausen, della diocesi di Treviri.
12 » » Monsig. Gaspare Villebaldo Kaiser, dell'archid. di Monaco.
17 » » Monsig. Agostino Bosati, della diocesi di Senigallia.
» » » Monsig. Alfonso Sanseverinati, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Benni, della medesima diocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :

28 novembre 1924. Il sig. Samuele Castner Jr., dell'archidiocesi di Filadelfia.
4 dicembre » Il sig. conte Ugo di Carpegna (Boma).
9 **B** » Il sig. Luigi Tagliapietra, del Patriarcato di Venezia.
11 » » Il sig. conte Battista Bossi, doli "archidiocesi di Perugia.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. 8.:

20 novembre 1924. Monsig. Giovanni Mayerhofer, della diocesi di Seccovia.
6 dicembre » Monsig. Giuseppe Holtzinger, dell'archidiocesi di Colocza.
» » » Monsig. Alessandro Gärtner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo Ketterer, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Colomanno Gonczlik, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Mattia Pai, della medesima archidiocesi.
16 » » Monsig. Antonio Meloni, della diocesi di Alghero.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. 8.:

28 novembre 1924. Il sig. Alfredo Bico Climent de Diego y de Arándiga, dell'archidiocesi di Valencia.
6 dicembre » Il sig. cav. Gennaro Grieco, dell'archidiocesi di Napoli.
13 » » Il sig. Domenico Patrizi, della diocesi di Civita Castellana, Orte e Gallese.
19 » » Il sig. comm. Paolo Martinucci (Roma).

Cameriere d'onore extra urbem:

19 dicembre 1924. Monsig. David Sanguineti, dell'archidiocesi di Genova.

NECROLOGIO

7 novembre 1924. Monsig. Giuseppe Lang, Vescovo tit. di Alabanda.
14 dicembre » Monsig. Pietro Pomares, Arcivescovo eletto di Bari.
18 » » Monsig. Francesco Sidoli, Arcivescovo di Genova.
30)))) Emo Sig. Card. Oreste Giorgi, del titolo di Santa Maria in Cosmedin, Penitenziere Maggiore.

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. XVI — VOL. XVI)

I. - ACTA £'11 PP. XI

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

III. - ACTA TRIBUNALIUM

II

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

ANNO	MENSE	DIE	
1923	dec.	11	*Quae catholico nomini.* - Praefectura apostolica de Zululand, novis aucta finibus, in vicariatum apostolicum « de Eshowe » denominandum, erigitur. . . . .
		12	*Quo christiani gregis.* - Dismembrato territorio vicariatus apostolici de Hupé Orientali, exinde « de Hankow » appellandi, tres praefecturae apostolicae, « de Hanyang », « de Wuchang » et « de Puchi », in Sinis eriguntur. . . . .
		27	*Ad maiorem Dei gloriam.* - Ex dismembratione vicariatus de Fo-kien, cui in posterum nomen fit « de Foochow », efformantur vicariatus apostolicus de Funing et praefectura apostolica de Tingehow in Sinis. . . . .
			Cum propagationi. - Dismembrato territorio ex praefectura apostolica Sumatrae, in posterum de « Padang » nuncupandae, eriguntur praefecturae apostolicae de Bengkoelen atque de Banka et Biliton——
1924	ian.		*Ad oras.* - Titulus basilicae minoris pro curiali templo S. Petri Apostoli et S. Caeciliae Virg. et Mart., civitatis «Mar del Plata », in dioecesi de Plata. . . . .
		23	*Surgit in civitate.* - Titulo et privilegiis basilicae minoris condecoratur ecclesia paroecialis B. M. V. Gratiarum, civitatis « Este », in dioecesi Patavina____
		29	*Cum ex Apostólico munere.* - Territorio augetur finibusque immutatur vicariatus apostolicus Leopoldopolitanus. . . . .
		31	*Vt, aucto Pastorum.* - Dismembrato territorio e vicariatu apostolico de Canton, efformatur praefectura apostolica de Kong-moon, in Sinis. . . . .
	febr.		*Exstat in civitate.* - Titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatur sanctuarium mariale B. M. V. Consolatricis afflictorum de Verdelais, in archidioecesi Burdigalensi. . . . .
		11	*In apostolico vicariatu.*- Erigitur in Congo Belgico praefectura apostolica « de Thsuapa » e dismembratione vicariatus apostolici Novae Antuerpiae . . . . .
		20	*Cum Moderatores.* - Indultum Oratorii privati conceditur sacerdotibus in Consilia Pontificii Operis a Propagatione Fidei adscitis. . . . .
	martii		*Quod ad Conventus.* - Indulgentiae, privilegia, indulta et dispensationes conceduntur iis qui Conventibus Eucharisticis celebrandis intersint vel operam navent. . . . .
		17	*Inter potiora.*- Sanctuarium Beatae Mariae Virginis « de l'Osier », intra fines dioecesis Gratianopolitanae, titulo ac privilegiis basilicae minoris condecoratur. . . . .
		25	*Pontificium opus.* - Indulgentiae, privilegia et f acuì-

VI. - **EPISTOLAE**

ANNO MENSE DIE

Veliternum, S. E. E. Card. Pompilj, vicaria potestate Urbis, antistitem, archibasilicae Lateranensis archipresbyterum: decimo sexto exeunte saeculo a dedicata primum eadem archibasilica . . . .

1924 **maii** *Quandoquidem pro Apostolicae* - Ad Emum P. D. Aloisium diaconum S. Georgii in Velabro S. R. E. Card. Sincero, quem Legatum mittit ad Concilium Plenarium Aprutinum . . . .

Ea inter opera. - Ad Einum P. Wlodimirum Ledóchowski, Praepositum generalem Societatis Iesu: de Sodalicio Gregoriano . . . .

12 *In Abbatia.* - Ad R. P. D. Iosephum Mariétan, Episcopum Bethlemensem, abbatem S. Mauritii Agaunensis: decimo quarto exeunte saeculo ab insigni SS. Sigismundi, Burgundionum regis, et Sociorum eius martyrio . . . .

27 *Allatum ad nos.* - Ad Emum P. D. Ludovicum Nazarium, tit. Ss. Vitalis, Gervasii et Protasii, S. R. E. presb. Card. Bégin, Archiepiscopum Quebecensem: peractam feliciter dioecesanam synodum gratulatur.

29 *Vitam qui velit.* - Ad Emum P. D. Gulielmum, tit. Ssmae Crucis in Hierusalem, S. R. E. presb. Card. Van Rossum, sacrae Congregationi de Propaganda Fide Praefectum: quinquagesimo appetente natali religiosae professionis eius . . . .

iunii *De catholicis Germaniae.* - Ad egregium virum Hermannum Stolberg, praesidem Consilii generalis Sodalitatis germanicae a S. Bonifacio: eiusdem societatis merita operamque commendat . . . .

Conditam a te. - Ad R. D. Georgium Laurentium Craven> sacerdotem, praesidem londinensis sodalitii in tutelam orphanorum vulgo « Crusade of Rescue », cuius operam commendat . . . .

Insuetum. - Ad Rev. D. Constantinum Gutberlet, doctorem, protonotarium apostolicum, ob longaevam aetatem probatissimum magisterium dimissurum . . . .

Postulant singularia. - Ad Emum P. D. Alfonsum Mariam, tit. S. Mariae Angelorum in Thermis, S. R. E. presb. Card. Mistrangelo, archiepiscopum Florentinum, xxv ab inito archiepiscopatu annum explentem . . . .

13 *Augustam Bracarum.* - Ad Emum P. D. Antonium, tit. Ss. Marcellini et Petri, S. R. E. presb. Card. Mendes Bello, Patriarcham Lisbonensem: de Coetu Eucharistico e tota Natione Lusitana . . . .

13 *Placet tecum.* - Ad Emum P. D. Franciscum, tit. S. Pudentianae, S. R. E. presb. Card. Bourne, Archiepi-

ANNO	MENSE	DIE	
			praesidem Consilii Hannoverensis Conventui tertio ac sexagesimo catholicorum e Germania apparando
1924	oct.		*Vel si quis.* - Ad Emum P. D. Franciscum, S. E. E. Diaconum Sancti Caesarei in Palatio, Card. Ehrle, aetatis suae octogesimum annum ingressurum . . . .
			Quam recte. - Ad Emum P. D. Ioannem, tit. S. Eusebii, S. R. E. presb. Card. Csernoch, Archiepiscopum Strigoniensem, quinquagesimo appetente natali sacerdotii eius . . .
			Tit ex officiosissimis. - Ad E. P. D. Eemigium Gandásegui y Garrochategui, Archiepiscopum Vallisoletanum: de conventu ad rem asceticam promovendam, tertio pleno saeculo ab obitu ven. Ludovici a Ponte, S. I., indicto . . .
			Praeter eos. - Ad R. P. D. Thomam Ludovicum Heylen, Episcopum Namurcensem, xxv acturum sui episcopatus natalem . . .
		12	*Recentibus litteris.* - Ad Emum P. D. Michaelem, tit. S. Anastasiae, S. R. E. presb. Card. De Faulhaber, ceterosque Bavariae Archiepiscopos et Episcopos: officiosis litteris respondet ex annuo conventu datis.
			De vives instances. - Ad Emum P. D. Ludovicum, tit. Sanctae Mariae in Aquiro, S. R. E. Presb. Card. Dubois, Archiepiscopum Parisiensem: de cantu gregoriano in religiosis Sororum Carmelitarum Familiis.
			Ante quam. - Ad R, P. D. Celsum Costantini, Archiepiscopum tit. Theodosiensem, Delegatum Apostolicum in Sinis: de primo plenario Concilio Sinensi feliciter peracto . . .
		23	*Sodalitatem istam.* - Ad R. D. Iacobum Ogier, antistitem urbanum, praesidem generalem Sodalitatis « pro Pontifice et Ecclesia » . . .
	nov.		*Quam, sacerdote.* - Ad. R. P. D. Ludovicum Petit, Archiepiscopum Atheniensem: de continuata eius curis Collectione Sacrorum Conciliorum Ioannis Dominici Mansi . . .
		20	Ad Emum P. D. Ianuarium, Episcopum Albanensem, S. R. E. Card. Granito Pignatelli di Belmonte, xxv natalem episcopatus sui propediem acturum . . . . .

SACRUM CONSISTORIUM

CONSISTORIUM SECRETUM

1924	martii	24	Traditio Camerariatus S. R. E.... .
	»		Allocutio Ssmi D. N. Pii PP. XI. Creatio et publicatio S. R. E. Cardinalium

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

III

CONSISTORIUM SECRETUM

IV

CONSISTORIUM SECRETUM

IL - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I. - **SUPREMA** S. **CONGREGATIO SANCTI OFFICII**

II. - S **CONGREGATIO CONSISTORIALIS**

III. - ACTA TRIBUNALIUM

I. - S. **POENITENTIARIA APOSTOLICA**

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

II. - **SACRA ROMANA ROTA**

III. - **SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL**

IV. - ACTA OFFICIORUM

I. SECRETARIA STATUS

II. - PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

APPENDIX

SACROSANCTA PAPALIS ARCHIBASILICA LATERANENSIS

III
INDICES NOMINUM

I. - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(NB. - *Omittuntur nomina actis subscripta)*

A

B

C

D

[1] **Male impressum: D'Hendencour.**

M

N

O

Q

B

S

T

IL - INDEX NOMINUM DIOECESIUM ALIORUMQUE LOCORUM

A

B

C

[1] **Pag. 430, lin. 14, a calce, restituendum *Cuneen.,* loco eius, quod male est, *Comen.***

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

T

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

M

O

B

S

T

U

V

IV

INDEX RERUM NOTABILIUM

D

M

N

O

P

Q

R

st.

DECIMUM SEXTUM VOLUMEN

COMMENTARII OFFICIALIS *Acta Apostolicae Sedis*

ABSOLVITUR DIE 31 **DECEMBRIS** 1924

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS